


1:

37138

*Dialectica*





102


37138

Num. 36. cap. 7. num. 28.



h. 16152372

82. mar. 1. 1700. DE. 1700





# HVMANISSIMO AC INTEGERRIMO VIRO DOMINO

Mathiae Zwagener, ædis D. Antonij apud Coloniam Agrippinam præceptori dignissimo, Ioannes Matthæus Phrissemius S. D.



**S**ENTIO NON DEFVTV  
ros mihi, uir humanissime, qui quod diu à Græcis so-  
let, nihil referre, sis ne planè inimicus an importu-  
ne beneuolus, id in neminem perinde atq; in me hoc  
tēpore censeat diu posse. neq; id fortasse immerito.  
Impulit enim huc me amor erga te meus, impulit sin-  
gularis quædam tui beneuolentia: ut quæ Scholia p-  
æstat hanc successiuis (ut aiūt) operis non tã scripsi  
quàm effudi in dialectica Rodolphi Agricola, ea et  
dedicæ tibi, & sub tuo nomine, si quæ forsan ea re

utilitatem studiosis afferre posses, sinerem in uulgum prodire. Sed enim quis nõ  
uideat, quàm hic importunus sit amor? quàm nõ apta tēpori beneuolentia? Solent  
alij, si cui suas uigilias nunciapant, ea id facere de causa, ut illius, cui eas inscribunt,  
nomen reddant illustrius posterisq; cõmendent. ego, tantum abest ut splendorem ali-  
quem accessurũ hinc credam nomini tuo, ut uerear etiã, ne quid existimationi deæ-  
dat, neue minore alij posthac tui admiratione teneatur, quod nõ magis te suspexerũ  
ego, quàm ut tam uile hoc munusculum uel inuito obtuderem: haud secus, atq; ru-  
stia quidam ineptiores solent, qui cum egregie à se honoratum uolunt hospitiẽ ali-  
quem, ita illum licet inuitum deprecantemq; pyris, malis, alijsq; id genus uugis à  
se oneratum dimittunt, ut nec ponderi ferendo ullo modo sit par, & omnino nõ ha-  
bere hospitem ruri malit, quàm eiusmodi subinde xenijs honorari. Et præstabat  
id quidem. Quamquam & in accipiẽdo liberalitatem quandam inesse aiunt, pu-  
tantq; non minus regum esse, parus interim ab amicis tenuioribus exporrecta hi-  
lariq; fronte cum offeruntur accipere, quàm uel maxima dare. Ita laudari solet  
magnus ille Persarum rex Artaxerxes, cognomento Memor: qui cum rusticus ei,  
nescio quis, aquam utraq; manu è proximo haustam flumine obtulisset, benigno il-  
lam iucandoq; uultu accepit: & de rustico altero, ingens sibi malum porrigenti, per  
Solẽ (inquit) hic uir is mihi esse uidetur, qui ex parua etiã urbe magnã possit effi-  
cere: animum uidelicet eius à quo dabatur magis spectandum ratus, quàm quod of-  
ferebatur munus. Quod ego ut & te facturũ nũc sperẽ, tua isthæc toties tã cognita  
mihi spem facit humanitas: cui uni assignes licet, quicquid à me peccatum hic est.  
quando sola ea hos nobis animos fecit, ut quò affectus uocabat, quò inclinabat uo-  
luntas, ab eo ne nos pudor aliquis reuocaret. Hoc si intellexero nõ fuisse usquequaq;  
ingratũ

ingratum tibi, causa erit profecto, quamobrem ipse mihi debeam nõ immerito gra-  
tulari: ut cui tanto ea res futura sit gratior, tanto maius gaudiũ allatura, quanto mi-  
nus, ullis meis in te meritis datũ id erit. Neq; abs te petiturus sum aliud præterea  
quicquam, nisi ut alijs per hoc commendatiora esse hæc sinas, quod non sint exclu-  
sa à te: agiq; gratias tibi, si quis forsan existet è multis unus, qui non omnem pla-  
nè operam his legendis perdidisse se arbitretur. Nam patroanio cuiusquã uel ob  
id mihi credo non fore opus, quod hæc mihi etiã ipsi humiliora uidentur, quàm  
aduersus quæ uires suas experiri uelit aliquis ex albo eruditorum. Quòd a sa-  
tis (ut dixi) erit sub tectum recipi: satis erit, munus hoc leuidentense non excludi à  
te. Et qua id fronte excludas, pro quo etiã est cur habeas gratiam, quoquo tãdẽ  
tu id animo complectare? Placebit enim, eo ipso gratia habenda erit quod placeat.  
Non placebit: nihilo minus erit quamobrem mihi habeas gratiam tu, cui semel ego  
documento futurus sim importunitate hac mea, obesse etiã solere nonnunq; huma-  
nitatem nimiam: atq; proinde ita esse hanc temperandam in posterum, ut ne alijs  
quoq; idoneus uideare, quem & ipsi, meum exemplum secuti, eiusmodi xeniolis  
non tam honorent quàm onerent. Vale Colonie. Anno 1523. Nonis Augusti.

IOANNES MATTHÆVS PHRISSEMI-  
VS CANDIDO LECTORI. S. D.

**I**NTER OMNIA EA QUAE IN  
hunc diem præter opinionem mihi accidere candidissime lector, nihil  
tam uel insperatum uel nouum fuit, quàm quod ubi ad calæ iam p-  
ducti à typographis essent hi libri, neq; quicquid superesset adhuc, nisi  
ut index rerum insigniorum cum breui totius operis argumento præponeretur,  
tum repente ad me allatum est, esse nescio quem in hac urbe, qui demirari se dicit,  
quid sit quamobrem tamen hodie à non paucis fiat Rodolphus Agricola, quãdo ni-  
hil is tradat tribus hisce libris tam longis, quod non succinctus diluadiusq; in quĩ  
to tractatu summularum suarum doceat Petrus Hispanus: aut certe quod nõ facile  
intellecturus sit is, qui illius probe teneat summulas. Quo ego dicto nihil neq; im-  
pudentius neq; imperitiũ audiui unquam. Et tamen aiunt hæc istum, mirum qua  
grauitate, quo superalio, inter rudem illam puerorum quos doceat turbam: qui &  
doctorem eum credant esse, quàm qui sua ipse opiniõe ijs in rebus fallatur, & me-  
liorem uirũ, quàm qui propter questum aliquem suum, aliud loquatur quàm sen-  
tiat: tanquam ex tripode quodam, cotidie penè dætonare solere: ea maxime occasi-  
one fretum, quod ij apud quos ista audet, neq; intelligant fraudem adhuc, & à se  
ita instituantur, ut confidat etiã nunquam esse intellecturos. Qui sit, nondum licet  
it resasare ex ijs, qui hæc ad me detulerunt. Quòd a nihil est quod in præsentia  
à me diu possit de homine, ut qui albus ille an ater sit plane nesciam. De iudicio di-

*Ioannes Phrissemius*



cam, & quidem eo audentius, q̄ & ipsi olim plus satis in Petro isto Hispaniensi at-  
triti sumus: longe melius consulturi studijs nostris, si illo longum ualere iusso, in-  
itio ad meliores literas conuolassemus. Nunc quod factum est semel, id infectum  
ut sit, fieri non potest: & in hoc arte iuuentuti profuturus est error hic meus, q̄  
credere tutius licet experto, & perquam iuandū esse id solet, sapere malo alieno,  
& alterius (quod aiunt) frui insania. Quid est, inquit Aristarchus hic noster, quā-  
obrem tanti hodie fit à quibusdam Rodolphus? cur hunc Petro Hispano præferi-  
mus? quid noui docet, quid tradit, quod non àtra negotium intelligat is, qui audie-  
rit summulas Petri Hispani? Quæ cum apud rudes adhuc auditores deblacterat  
homo impudens, parum candide sentire mihi uidetur de ingenijs ac profectu dis-  
pulorum suorum: quos si quando eò euasuros speraret, ut discernere atq; dijudica-  
re possent ea, quæ nunc à præceptoribus àtra iudicium audiunt, non tam amens es-  
set profecto, ut tam uersute, tam fraudulenter, à melioribus eos studiojs auocaret.  
Nam quid ego primum hic timerè? quid cogitem? quid dicam? Tu ne, ò os impudēs,  
nihil esse ais in Rodolpho Agricola, cui intelligendo satis nō sit Petrus Hispanus?  
Tu homini longe doctissimo, cui haud scias, ecquid unq̄ tulerit Germania parem,  
arte maiorem eloquentia atq; eruditione non tulit: ei tu comparare ulla ex parte  
audes hominem barbarum, indoctum, & quo sub sole non est alius scriptor ine-  
ptior? Pudet me lector pudet, in tam impudenti fraude detegenda uersari diu. Sed  
quando hoc tempore ita Pythagorissare coguntur boni studiosiq; adolescentes, ut  
quicquid uel per somnium exadit sophis istis, ei nephas sit uerbo ullo obstrepere:  
sātq; ratiōis sit, istos ita pronunāsse: iccirco uel inuito mihi hac de re dicēda sunt  
aliqua: non in uniuersum quidem, nimis enim q̄ longum hoc foret: sed de cau-  
sa tantum ista Hispaniensi, hoc est, de impudentia hominis istius, qui in hac urbe,  
hoc seculo, tam fraudulēter, adolescentes studiosos ac probos, ab optimi autoris le-  
ctione conatur auertere. Quem ego hominem cum hæc agit, tale quiddam animo a-  
gitare existimo, quale pictorem olim nefario quem machinatū fuisse scribit Plutar-  
chus. Is cum gallos aliquot sanè q̄ infeliatè pinxisset, puerum asidere tabula  
iussit, qui ueros gallos q̄ longissime inde abigeret, ne si illi propius accessissent,  
tum ineptitudo gallorum suorum faalius deprehendi à quouis posset. ita etiā nūc  
iste, cum ipse aliud nihil, nisi nugāssimas nugas quasdam ex suo isto Petro Hi-  
spano pueris inualat cotidie, mira quaedam arte, miris imposturis id agit, ne qd un-  
quam ueræ solidæq; eruditionis auribus illorum admoueat, quam si contingat il-  
lis gustare semel, actū fuerit de regno ipsius. Hinc ille lachrymæ, hæc illa est He-  
lena, pro qua iste, tanquam pro aris ac foas, extrema omnia sibi ferenda putat.  
Timet paruis logicalibus, timet copulatis: præter quæ cum ipse nihil in uita litera-  
rum attigerit, misere timet, ne quem admodum olim inuentis frugibus glades negli-  
gi contemniq; æpere: ita nunc ipse ueræ eruditione accedente, cum sua istac meræ  
contemptui habeatur. Alioqui quis tam cæcus quim uideat, quam ne matulam quidē

porrigere

porrigere Rodolpho possit Petrus Hispanus? quo ego neq; in eptiorè neq; magis  
indoctum scriptorem illum extitisse puto ab orbe cōdito. tantū abest ut hunc con-  
ferendum ulla ex parte putē Rodolpho. Nam ut ināpiamus à fine, & contra ho-  
minem præposterum, præpostero itē ordine ipsi utamur: quid tandem ad intel-  
ligentiam eorum, quæ toto tertio libro ab Rodolpho traduntur, faciēt summula  
ista Hispanienses? Quod in his uerbū inest de mouendis affectibus? Quid de oble-  
ctandis auribus audi torū, quid de dispositione habent? quid de breuitate & copia?  
quid de alijs multis? quæ cū uel in primis omnia necessaria sine dialectico, non ei,  
cui uulgus hoc nomen hodie falso tribuere solet, qui aliud nihil, q̄ in umbra nuga-  
tur, disputatq; cotidie, ecquid tantum septem sint artes mechanicæ, ecquid adiecti-  
ua appellent, ecquid terminus in propositione positus, possit supponere persona  
liter. Nū sine hæc uera sophismata, oē ai alfiut in arca Noe, ego bis fui, hic & Ro-  
mæ uenditur piper, totū quod est in mundo est in oculo meo. Ecquid inter axioma-  
ta ista interfit: bis comedi offam, & offam bis comedi: bis audiui missam, & missam  
bis audiui: aliq; id genus penè innumera, quibus cū neq; eruditi neq; utilitas in-  
sit ulla, ita tamē hoc tēpore data opera hisce nugis miser a obruiat adolescentia, uti  
nō modo id pdat tēpus quo hæc summo cū labore perdisat: sed in posterū quoq;  
alijs, hoc est melioribus literis inepta reddatur. Nisi forte desipuisse planè existi-  
manus laudatissimū illū iter musicæ professores Timotheū: qui dupliā doare mer-  
cede eos solebat, quos alius prior instituisset, q̄ qui nullo ante se præptore usi fu-  
issent: propterea, q̄ ut color ille primus, cādida adhuc lanæ imbibitus, elui ita nūq̄  
potest, quim aliquod in ea sui relinquat uestigiū: ita quæ rudibus adhuc animis in-  
stillantur, siue optima ea siue pessima sint, altius figere ibi radices solent, quam ut  
facile inde possint reuelli. & tamen his reuulsis est opus, priusquā meliora inseri  
queant. Ergo ut diare instituerā, si cui decretū est consensere in leptomogij istis,  
ei ego non uideo quorsum magno pere opus sit ijs, quæ tertio de inuentione libro  
docet Rodolphus. Sat est, si perfricta fronte sit egregie impudēs, si fortiter clamet,  
si oīa sursum ac deorsum uerti malit, q̄ conædere aliquid aduersario. Quæ tamen  
miror cur tam magno hodie emant multi, cum uel gratis disā possint à paulo im-  
pudentioribus mulieralis. At dialectico, hoc est ei, qui probabili acurataq; de re  
quauis uti uelit oratiōe, & in umbra ac schola disere ea, quæ postea de aulibus  
causis differēt aliq̄ allatura sine fructū: ei ego, quæ admodū diare cœperā tā esse  
hæc necessaria duco, ut nihil magis: q̄ sine quorū accessiōe, parū admodū pro-  
futura ei sint omnia ea, quæ eamq; uel de argumentis inueniendis, uel de usu argu-  
mentorū traduntur. Et quod de his rebus uerbū faat Petrus Hispanus? Vbi ho-  
rū illi in mentem uenit? Quid de his assert? quid docet? qd monet? Quid de motione  
affectuum præcipit? Quid de oblectatiōe? Quid, quomodo collocāda disponendaq;  
oratio? Quæ omnia cum non erudite minus q̄ copiose ac eleganter explanet Ro-  
dolphus, qua tu fronte illud mihi diars hō i pudētissime, nihil eē in libris uiri huius,

a iij quod



quod in summulis non docet Petrus Hispanus? nihil esse, quod non facile possit assequi is, qui preclaras istas audierit summulas? Quid tu? ecquid unquam legisti libros uiri huius an non legisti? Si legisti, quid sceleratius, quod crux dignius, quam quod scilicet ens uolensque pedis eos, quorum tibi cura mandata est, non ut pdantur a te, sed ut erudiantur? nisi forte hoc perdere illos non est, ab ineunte eos aetate instituire pessime: et cum aliud possis nihil, eiusmodi eos officijs, mēdacijs, ne dicā dolis, ab utilissimis optimi auctoris libris abducere. Sin autem non legisti, quid audacius, quid impudētius excogitari te potest hō leuissime, quam tā temere, tā impudēter, ea de re apud pueros ferre ausis sententiā, quae cuiusmodi sit, neque nosti adhuc ipse, neque unquam intellecturū te speras? Qui speres enim? quem unum esse aiunt de grege istorū, qui nec ipsi per inertiam suam aspirare ad meliora possunt: et si quē aliū non omnino infelicitate conari id uideret, ei id quod unū possunt egregie iudicant: existimantque memorabile aliquod a se factū esse, si in hunc dicta dicant: si a pud pueros, apud similes sui, in conuiuijs presertim, obliquis interim orationibus hūc perstringāt ac mordēant. Sed bene habet, quod et pueris tandem aliquando innotescunt artes imposturęque istę: a quibus tum te audio irrideri maxime, cum tu minime ridiale in Rodolphum uelitari tibi uideris: quanto melius consulturus fames atque existimationi tuę, si non toties insulsi simis istis iocis tuis ea proscinderes studia, quorum icarcone te suggillatōre esse nouerunt omnes, quam tu ea assequi nequeas: haud secus, atque uulpes olim nesāo quę, pyra ea uituperasse dicuntur, quę ex arbore deatere ipsa non posset. Libro secundo quatuor in summa sunt quę docet Rodolphus, quid dialecticę et qui eius sit finis, quę sit ei subiecta materia, quo instrumento utatur, denique quę ratione ex locis paranda sit differendi facultas. Quorū omnium, quantulū est, quod uel extremis (ut aiunt) digitis attigerit Petrus Hispanus? Finit is dialecticę quidē, sed ita finit, ut si tu dicas, homo est animans animantiū, creatura creaturarū, in cęteras creaturas omnis dominiū ac imperiū habens. Quod qui dixerit, uerū dixerit fortasse, sed tamen inepte finierit, nisi forsitan sat est, conuerti ut atque finitionē cū eo quod definitur, etiā si naturā eius parū cōmode explicet. Et quid si huc addas somnia copulatorum? Sāentiā (inquiunt) sāentiārum dialecticam uocat, non ratione dignitatis, sed ministerij. Quid? an non etiā dignitate ea ars cęteras præstat, quā icarcone apud Platonē Socrate omnibus præfert, quod sit domina et regina quedam artium omnium? Verum missa faciamus hęc, quęque alia circa hanc finitionē penę innumera philosophantur, hoc est nugantur isti, quę cum sine tā multa ut uel mille plaustribus uehi uix possint, nullam tamen afferunt utilitatem discentibus, et omnino aliud nihil, quā tempus, rem unam omnium preciosissimam, pdūt. Certe nihilo plus momenti afferunt ad intelligendā ea, quę de finitione dialecticę tradit Rodolphus, quā si in clara die, fumosam aliquam facē, lucis causa accendās. Et adhuc tu illud nobis obgannis homo impudētissime, nihil esse scriptum a uero hoc, quod non eque docet in summulis Petrus Hispanus? Aut quid tandem is habet

habet, cui uel tantillum sit cōmerti cum ijs, quę de fine ac offiāo dialecticę ab Rodolpho traduntur? Quid de quęstione, de statu, et istorum diuersitate ac discrimine docet? Quę cum non modo utilia, sed et necessaria in primis sint differēt, quid quęso de ijs omnibus habent tuę istę preclarę summulę? Nam de expositione quod hoc loco diā possit non uideo, quando huius ne per somnium quidem unquam in mentem uenit summulario isti, tantum abest ut quid recti de ea præperit. Tradit de argumentatione quędā, sed ita tradit, ut nec ipse ea quę ex Aristotelis Boetijque libris sublegit, satis intellexisse uideatur, nedū ea doceat alios. Et poterāt tamē minore cū dispēdio legi ista: poterāt, quāquā exiguus, tamen aliqs inde fructus sperari: nisi ineptissimis istis commentarijs undique conspirata sic foret, ut facilius multo fuerit resitantiē terguersantēque educere ab inferis ærberū, quā ut hinc sibi utilitatem aliquā expiscari possit iuuentus. Et nos tamen adeo etiānum miramur uenias istas, ut continuo nobis ruitura uideatur facultas artium, nisi eiusmodi nos eā colūnis fulāamus. Id quod eque erat timendū nobis, ut si cęli aliquis olim collapsurū fuisse credat, nisi humeros illi suos supposuissent Atlas et Hercules. Quorū alter etiā laudari solet, quod stabula nesāo quę fimo eo repurgasse dicuntur quę milia aliquot bouum per cōplures annos fecissent: quāto idē laudādius magis, si et hęc stabula repurgare sic queat, ut si quod forsitan non usquequaque inutile delitescat sub fimo tam alto, id quādoque se exerat, in apertūque referatur. Quę sequuntur apud Rodolphū, de solutionibus argumentationum, de orationis partibus, de usu locorum: de ijs omnibus mirum quoddā agunt silentiū istę plusquā summatę summulę, et quidem adeo firmum, ut uel rane illę Seriphicę atius uerba facturę uideantur, quā de his rebus ullum illis uerbum expresseris. Adeo inueniri nihil illic quod profit potest, adeo nugis occupata sunt oīa. Quę de re ut ne plura in presenti dicēda putē, illud mihi in causa est, quę uerear, ne et hęc multa nimium uideantur in re perspicua. Sed ignoscere par est, quando iuuentuti scribuntur hęc, cui nimis quā facile imponi solet præstigijs istis, presertim, cum Rodolphū ea nondū attigerit, atque tantos ei iam pridem fimos tenebrasque offuderit iste, ut caligantibus adhuc oculis, lucem etiā dum ferre uix queat: haud secus, ac si nunc primum, e spe cui illo Platōnico in hunc nostrum orbem egrediatur. In quo qui ab ineunte usque aetate iuncti sederunt, eos aiunt umbris illis quas ex aduerso contuentur, ita assuetos esse, ut omnino illas alias res esse negent: neque ullo modo persuaderi sibi id patientur, ut a quoquam in meliōrē aliquem locum uelint inde abduā. Porro si quę tamen eorum quoquo modo inde abduā contingat, cum prināpio egre admodum ferre solem hunc nostrū: neque aliud quā inuasare eos, qui ex felicitate tanta, in tātas se miserias cōicērint. Sed paulatim tamen id ei minus ac minus graue esse, adeoque in dies singulos dolorem hunc minui, ut et ipse tandem aliquando damnet sententiā suā, nihilque minus, quā in pristinum illum uitę statum uelit reuerti. Qui autem in specu illo degant adhuc, ab eis ita defleri casum huius, quasi non modo meliora



liora adeptus non sit, sed in summas etiam calamitates & miseras præcipitatus: Quo modo nunc etiam uoaseratur iste, perditum iri iuuentutem, si quis illam ab inanibus illis umbris ipsius, ad res ipsas uelit educere, si quis ad meliora hortetur. Sed fallit eum (são) opinio sua: quosq; hactenus in specu isto miris quibusdam pedias uinctos detinuit, si si uolent consultum sibi, exitum inde quaerent: præoptabuntq; in clarissima lux, inter res ipsas degere: quam in istis plus quam Cimberijs tenebris, inter umbras modo ac simulachra reru uersari. Sed de his alibi. Interim ad id, quod huius proprie instituti est, reuertamur. Vbi ut initio prætere am illud, quam multa de origine atq; utilitate locorum, de finiendi legibus, de partium causarumq; natura, de adiacentibus, actibus, connexis, loco, tempore, alijsq; locis dialectias habeat primo libro Rodolphus, quorum uel nullam profus mentione facit Petrus iste Hispanus, uel sic facit, ut omnino non didicisse, quam quo ille modo docet didicisse præstiterit. quid quod tam referta sunt apud hunc omnia, poetarum, historicorum, oratorumq; exemplis, ut nec pagina ulla sit, quæ non ex optimis quibusq; autoribus abditissimos difficillimosq; locos adducat? Quoties nunc Vergilij, nunc Ciceronis, nunc alterius cuiusq; locos integros affert, & quid illic artis, quid ingenij insit demonstrat? Quoties oratorum in orationibus consilia aperit? Quoties uel totarum orationu uel partium singularum artificium uelut digito indicat, oculisq; contuendum exponit? Quoties interim exempla præceptis, interim rursus præcepta exemplis accommodat? Quanta ubiq; aræ id agit, ut ita ex præceptis intelligamus uirtutes autorum, ut illorum rursus uestigia insistentes, ipsi in similibus rebus comode præceptis iisdem utamur? Quam accurate, q; disertè hoc docet, qua ratione, quaq; uia id consequi liceat, ut ex tempore etiam & quamuis subito, de re quauis, probabiliter uti oratione possimus? Quarum rerum si quis petendum sibi quicq; putat ex Petro Hispano, is eadem opera, & ab asino lanam, & è pumice aquam petat. Vt desinat aliquando tam thraſonice loqui iste: desinat iniuriari Rodolpho, cui iniuriam facit, quoties ei conferendum ulla ex parte censet hominem indoctissimū, ex quo illud modo refert iuuentus, ut cum fuerit egressus scholam, tum qd præter barbarissimos ac solocismos inde abstulerit nesciat. Quamq; non desinet ille quidem: & quo desinet minus, hoc & maiorem ignominiam sibi, & Rodolpho maiorem pariet gloriam: quando & pueris persuasum iam est, non posse illud non esse optimum, a quo iste, partim inuidia stimulantè, partim ne quid suo decedat questui, rudem adhuc iuuentutem quoquo modo auocare conetur. Quæ obrem pergat licet qua æpit homo candidus, & falsissimis salibus istis ludat quoties libet in hominem dissimillimum sui, hoc est, eloquentissimum. siquidem ita demum certo facit iuuentus maxime dignum esse lectione Rodolphum, si isti cum minime probari intelligat. Tu mihi illud expende lector, quantum fidei talibus hominibus sit habendum in rebus alijs, quibus ad faciendam hæc, sacra illa auri fames est in causa ut uelint, impudentia ut ausint.

Argumentum

ARGUMENTVM OPERIS.



Eliguum est, ut de argumento operis pauca dicamus. Nã de utilitate uel ob hoc mihi nihil dicendum est in presentia, q; artum illud esse sciam apud studiosos omnes, nõ posse illud nõ utilissimū esse, a quo isti bona ingenia tantopere studeant auocare. Fiet autem id non incommode, si quedam paulo altius repetendo, a uulgatissima illa artium diuisione inapiamus.

Artium igitur (inquunt) tria in uniuersum sunt genera. siquidem aliæ earum ad cognoscendas rerum naturas, aliæ ad uitam formandam, aliæ ad artificium orationis diandiq; regulas pertinent. Primi generis que sunt, eæ à Grecis physicae, à Latinis naturales dicuntur. Quæ secundi, hæc illi ethicas, nos morales uocamus. Quæ tertij, eas λογικὰς illi, q; ἀρὰ orationis artificium uersentur, appellant: ex nostris sunt qui uocent rationales.

Artium tria genera

nam in omni oratione, quæ modo digna sit legi, tria hæc exiguntur, ut sit emendata, ut elegans, ut probabilis. Quæ aræ tres etiam artes aræ huius aræ uersantur, grammatica, dialectica, & rhetorica, quarum prima, quo modo emendate loquamur docet: altera, quo modo probabiliter: tertia, quo modo politè atq; ornate seu eleganter.

Tria in oratione quæ exiguntur

Claret ergo ex ijs, dialecticam esse artem probabiliter de una quauis re disserendi, quatenus natura eius rei qua de agitur, probabilitatis est apax.

Dialecticæ quæ

Quisquis autem probabiliter uti uult oratione de re aliqua, ei duo cū primis necessaria sunt: alterū, ut inueniat ea quibus res proposita in hanc aut illam partem probari queat: alterū, ut inuenta illa uelut indicia quodam probet, conueniant ne instituto suo an non conueniant: ne qua fraus aut decapio inter diandum suboriatur.

Duo necessaria differentia

Hinc fit, uti tota hæc disserendi facultas, quam dialecticam dicimus, in duas diuidatur partes, unam inueniendi, alteram iudicandi. Inueniendi pars ea est, quæ certos quosdam ostendit locos, è quibus uelut thesauris quibusdam, in rem quis confirmandam refellendamue argumenta ducantur. Iudicandi, quæ formulas ac præcepta quedam argumentandi tradit, quibus æu perpendicularis atque normis quibusdam faale explores, idonea sint argumenta que inuenieris instituto tuo an non idonea, profine an officiant magis, apta sint an inepta. Neq; enim ut querenti quicq; primū occurrerit, ita & comodissimum erit in causam eam, de qua erit dicendum nobis: non magis, quam aut lapis quiuis temere oblatas, ad unamquamuis ædificij partem fulcendam est aptus: aut uniuersis morborum generibus, una aliqua salubris est mediæna. Ergo quem admodum fabri, nihil nisi examinatum exploratumq; prius, operi suo solent inserere: ita ne nos quidem, temere unumquiduis operi nostro, hoc est orationi qua fidem facere uo-

Dialecticæ partes duæ

lumus,



lumus, infulare debemus: sed uelut delectu quodam, inspicenda omnia, opti-  
ma eligenda.

Quam diale-  
ctica partem **C**harū partū quem admo dū prior, ita & diffialior ea est, qua doctur inuen-  
tradat Rodol-  
tio. Quoāra etiā hanc sibi initio explicandā existimauit Rodolphus: dein  
phus.  
de traditurus & alteram, si uita longior contigisset.

Primo libro q̄ **P**orro inuentionē cōtinēt loā quidā. Vt enim piscator, uenator, aucps, cre-  
doctantur: tos quosdam definitōsq; locos habere solent, in quibus etsi non semp tamē ple-  
runq; id quod querūt inueniant: ita et dialecticus, certos quosdā habeat locos  
oportet, e quibus au latebris quibusdā argumenta in rem oēm duantur. Atq;  
hos locos primo libro copiosissime describit Rodolphus, singulos ita expli-  
cās ac diducēs, ut scāllime qd ex quoq; duā in rē quāuis possit dispiāatur.

Que secundo **S**ed enī tanq̄ militi parū profutura sine quālibet bona arma, qui quē admo-  
dū utendū ijs sit armis ignoret: ita ne loā quidē utilitatē aliquā afferent nobis,  
nisi qua uia, quoq; mō, ex ijs copia dicēdi sit parāda scāmus. Hęc causa fuit,  
cur secandū librū adiecerit de locorū usu. Etiam si i eodem libro traduntur &  
que tertio. alia multa, quē admodū cū ad eū locū uentū erit, dicemus.

**F**it autem hoc se penumero, uti parū admodū profuerit causam docuisse, nisi  
præterea & affectibus moueatur auditor, & uoluptate quadam demulcatur.  
ac ne doceri quidem causa commode queat, nisi quæ inuenta à nobis sunt, ea sic  
disponatur, ut sint ad fidem faciendam idonea. Proinde accepit his liber tertius,  
quo de his tribus ita diserit Rodolphus, ut nec eruditius nec elegantius ijs de  
rebus diseri possit. Estq; res plane digna, cuius cū primis ratio habeatur ab  
eo, qui cū laude aliqua uel dicere uel scribere uelit, & quod cupiat dicendo es-  
fiere. Quid enim admirabilius, quid potentiū, quid efficiāus, quā & i spem  
cum libet oratione erigere homines, & in metū dei jere, & letitia ipsos sibi au-  
ferre, & dolorē lachrymasq; uel inuitis exprimere? deniq; dicēdo consequi  
illud, ut non cum uelint ipsi, sed cum tibi libeat, misereantur, indignentur, inui-  
deant, faueant, irascentur? Quid dulcius, qd iucandius, quā honesta quadam  
uoluptate ita afficere animos hominum, ut quā obrem ita afficiantur ipsi nesci-  
ant, & tamen afficiantur: itaq; extra se positi sint, ut cū nulla sit manendi nece  
sitās, tamē pinde ut si cetera illi. Herulis Gallia alligati sint, discedere à dicēte  
nō q̄ant? Quid ornatiū, qd decantius, quā quæ lōgo labore inuenta sunt, ea  
sic colloare, ut pulcherrimo omnia ordine tāquam in domo diligētis patris  
familia disposita uideantur? Atq; hęc sunt quæ cum alijs quibusdā non copiose  
minus quā eruditē tertio libro docet Rodolphus: ne quis rerum ignarus, ea  
modo de causa minoris putet faciēda hęc, quod non habeat eadem Petrus Hi-  
spanus.

Rodol-

# RODOLPHVS

AGRICOLA PLINIO SVO. S. D. P.



BSOLVI TANDEM LI-  
bros, quos de inuentione dialectica tuo sua-  
fu rogatus; aggressus sum scribere. Scis tu  
quidem eos partim paranti iter, partim in  
itinere, excidisse mihi uerius, q̄ scriptos ef-  
se. Suntq; uni tibi scripti, cui si satisfacient,  
defuncti erunt munere suo. Non addo huc

si non satisfacient. quippe cum tibi beneuolentia nostra, omnes etiā  
nugas meas approbare possit. Quanq̄ autem uni tibi destinauerim  
eos, ut qui populū os iudiciumq; in re præsertim tam scrupulosa re-  
formidem: memor tamen eius quod dici solet, oratorem nulla alia  
re tam excitari ad dicendum, q̄ audientium corona, scripsi eos  
tanquam populū mihi lectorem adhibiturus, quo maiorē ipse mi-  
hi diligentiam sollicitudinēq; operis circundarem, minusq; indul-  
gerem deficiē causis, & conarer (si qua possem) non solum iudici tibi  
fidere, sed in causa spem aliquam habere. Quod si, quemadmodū Lu-  
cilius dicebat, Consentinis & Tarētinis se scribere, sic ego possem di-  
cere, solis me Phrisijs meis ista scripsisse, minus esset uerendum for-  
tasse, ut populū admitteremus. Nunc quando studiorum partem,  
mentioe potius q̄ usu peruulgatam, tractauimus more minime per-  
uulgato, & contra ueterem uulgatamq; persuasionem ausus nonnū-  
quam sum libere proferre, quid mihi uideretur: multorum fortasse  
subeunda nobis esset censura. Quod si quis eos in manus sumpserit,  
uel Philosophus, uel ex magnis professoribus his patronisq; linguæ  
latinae: quid nī; nonne tibi protinus uideris audire, Quis nouus hic  
b ij nostris



nostris successit sedibus hospes: Ergo (ut initio dixi) tibi destinati, tibi dediti sunt. Hæc opera tibi est impensa, Et quemadmodum secundū iuriconsultos, filius qui in adoptionem datur, omnia sanguinis gentisq; exiit iura, & in alterius transit nomen; alius in eum uitæ necisq; accipit potestatem: sic ego istos manu mea emissos, tuo posthac permitto arbitrio. Ego omnem pro eis sollicitudinem depono, tu si uoles, emittes. Quod si bene cesserit, nec laudem putabo meam; nec dedecus: si secus, tuum in utraq; partem æstimabitur consilium. ego dicar obsequutus tibi, dicar præstitisse quod potuerim, plurimum certe si potuissem præstiturus. Cæterum in hoc opere, præter quod stultum exercui, plane uideo mihi operam perdidisse. Nam nisi quis meliores literas attigerit, non uideo magnopere quid possit prodesse ei, propter multitudinem exemplorum, quæ ab eruditioribus scriptoribus erant eruenda, & idcirco negligetur ab eis, ut qui balbi præter balba nihil intelligant. Contra eorum qui eruditi sunt, uel uideri uolunt, quotuscumq; ulla artis præcepta attingit: aut si attingat, nonne tibi uideris ad primum protinus conspectum audire, unde nobis ex ultima barbarie nouus Anacharsis iste, qui post Aristoteles, Cicerones, Quintilianos, aliquid inuenturum se credat: Quemadmodum apud poetam tamen scriptum est, Victurus genium debet habere liber. ita multos libros hoc solo credo uiuere, quia genium habeant. Qui si nobis sit, uiuemus etiã, sin minus, feram æquo animo interitum eius, quem tot tamq; præclara subierunt ingenia, quibus ut laborem eruditionis diligentiaq; suæ impartirent, mortalium ignauia fuit indigna.

Vale.

SCHOLIA IN EPISTOLAM PRÆCEDENTEM.



ABSOLVI tandem.) Scopus totius huius epistolæ hic est. quanquam hi de inuentione diuina libri, uni Plinio scripti destinatiq; sint, non minori tamen cura eos elaboratos esse, q; si euulgandi sint omnibus. quod uera est ipse premi eos quam edi malit, scire tamen se potestatem Plinio, ut pro suo is arbitrato, eos uel emittat uel supprimat. Porro qui sit Plinius is, qui hosce libros dedit Rodolphus, ipse in epistola quadam ad Iacobum Barbirianum his uerbis docet. Est oppidum, inquit, iudænum nobis, quod Campos uocant. Eo pridie de collationis Baptistæ, negotij cuiusdam, tum animi quoq; leuandi causa, domo profectus eram. Illic redduntur mihi literæ ex Theoderico Plinio, ornato homine, & mei amantissimo: qui iuris uilis doctor in primis eruditus, in consilio est comitis Palatini. Credo te uidisse illum superiore anno, in comitatu domini Augustensis, qui a perpetuo magistrum Adolphum nostrum assectabatur, iuuenis decora facie, & flauis crispantibusq; capillis insignis. Hæc Rodolphus. Ego coniectura quadam adducor, ut credam cum Plinio hoc in Italia familiariter uti coepisse, cum ingenij excolendi causa ageret Ferraria. (Scis tu quidem eos partim paranti iter.) Fui ego aliquando in ea opinione, ut putarem eo de itinere hic loqui Rodolphum, quod cum Ioanne Dalburgio episcopo Wormaciensi fecit Romam, cum is à Philippo comite Palatino orator missus esset ad summum pontificem Innocentium eius nominis octauum, nouam illi gratulaturus dignitatem. Sed cum in epistola quadam, quam Groninga adhuc agens Rodolphus scripsit ad Alexandrum Hegum, mentio horum librorum fiat, & in alia ite epistola ad Iacobum Barbirianum, cui titulus est de formando studio, ne æsum profecto est, ante profectioem illam absolutos eos fuisse. cum & posterior hæc epistola ante annum missa fuerit ex Heidelberga, quam oratio illa quæ inter Rodolphi opuscula extat, apud Innocentium habita sit. modo ne lectori imponat ascriptus utrobique annorum numerus. Quod ut sit ita, ex ea tamen epistola quæ est ad Hegum, satis constat ante id temporis scriptos fuisse. Mihi dum rem expendo diligentius, de itinere eo loqui uidetur, quo ex Italia, ubi aliquot iam annos absuerat, est reuersus in Phrisios. Quanquam utinam de tempore quo scripti sint parum constaret, libri omnes extarent. (Exadisse mihi uerius quam scriptos esse.) Exadere ea dicuntur, quæ subito neq; considerate satis effusa, rudia impolitaq; adhuc, in alienas manus perueniunt. Hinc Antonius apud Ciceronem libro de oratore primo, Tum ego (inquit) hæc eadem opinione adductus, scripsi etiam illud quodam in libello, qui me imprudente & inuito exadit, & peruenit in manus hominum. Et apud eundem Crassus, Petimus ab Antonio, inquit, ut ea quæ continet, neq; adhuc protulit, ex quibus unum librum exadisse iam dudum questus est, explicet nobis, & illa dicendi mysteria enuntiet. Ac rursus in eodem opere, libros rhetori-

Theodericus Plinius iureconsultus.

In quo itinere hi libri scripti sint.

Exadere.



corum iuueni sibi exadisse Cicerō ait. ¶ Oratorem nullā alia re etc. Quid in  
Orator multis exatādo oratore possit corona astantiū, Cicerō explicat in libro de claris orato-  
tudine gaudet. ribus, ubi post multa alia, Nec enim posset idē (inquit) Demosthenes dicere, quod  
dixisse Antimachum clarū poetā feruit. qui cum conuocatis auditoribus, legeret  
eis magnum illud quod nouissis uolumen suum, & cū legentem omnes prae-ter Pla-  
tonē religerent, legā, inquit, nihilo minus, Plato enim mihi unus est instar multorum  
miliū. Et recte. Poema enī reconditū, paucorū approbatione: oratio popularis,  
a sensu uulgi debet moueri. At si eundē hunc Platonem unū auditorē haberet De-  
mosthenes, cum esset relictus à ceteris, uerbum facere non posset. Quid tu Brute  
posses, si te, ut Curionem quōdam, conāo reliquisset? Ego uerō, inquit ille, ut me  
ibi indicam, in eis etiā causis, in quibus omnis nobis res cum iudiciū est, non cū  
populo, tamen si à corona relictus sim, non queam dicere. ¶ Quod si quemadmo-  
dum Luālii dicere solebat. Aemulatus est locum Cicerōnis primo libro de bo-  
norum atq; malorum finibus: quo in loco uerba illius sic habent. Nec uerō, ut no-  
ster Luālius, reasabo, quo minus omnes mea legant. Utinam esset ille Persius, Sa-  
pio uerō & Rutilius multo essent magis, quorum ille iudiciū reformidans, Tar-  
rentinis ait se, & Consentinis, & Sicalis scribere. Meminit eiusdem rei quanquā  
paulō diuersius secundo libro de oratore. Cur autem Luālius Tarentinos, Consen-  
tinis ac Sicalos, scriptorum suorum iudicis non formidaret, illud nimirum in cau-  
sa fuit, q. ij homines luxu perditū, palatum (quem admodum dicere solebat Cato)  
sapientiū haberent quā mentem. ¶ Ut populum admittetemus. Ductum ab ijs  
qui publicā ea quae eluabrat essent reātare solebant populo, illiusq; iudiciū ac cen-  
suram subire. ¶ Mentione potius quā usu peruulgatam. Verisimum hoc est,  
siquidem nomen quidem dialecticē identidem omnes occinimus, usum eius tā pau-  
ci norunt, quā multi eum nosse se arbitrantur. Ausus est dicere quidam, utinam  
non tam uere quā false, bonam partem eorum qui hodie dialecticā docent, nō in-  
telligere id ipsum studiorum genus quo alantur. Nolim tam acerbe ego. Tantum il-  
lud demoror, qui fiat, ut cum sciant utiq; uiri longe doctissimi, alium quendam esse  
dialecticē usum, quā ut perpetuo graeculorum more in umbra garriamus: ita ta-  
men ipsi totos triginta annos artis tradant praecepta, ut de uero interim usu eius ne  
uerbum quidem. Disputatur cotidie, uersetur ne dialecticā arā primas an secundas  
intentiones, sit ne speculatiua an practica, realis an rationalis. Et ut hic quisq; cla-  
mat fortissime, ita maxime à praeceptore laudari solet. At si quis interim roget il-  
lud, quemnam finem statuamus uociferationum istarum, aut quisnam fructus expe-  
ctandus sit ex studio dialecticē scholam egressis, hoc tam nefamius omnes, quā  
facere omnium referebat. ¶ Vel ex magnis professoribus his. ΕΙΡΩΝΙΚΩΣ dictum  
aduersus istos, qui cum ne nomen quidem bonarum artium quid sibi uelit satis in-  
telligant, harū tamen professores patroniq; haberi uolunt: quales sumus ferē, qui  
uocamur

Luālij satyri  
a poetae uer-  
bum.

Vsum dialecti-  
cae pauā no-  
runt,

Professores  
inepti.

uocamur magistri artū. ac proinde ita placemus nobis, quasi unā cum purpureo  
illo pileolo conferatur & eruditio: aut quisquis philosophiam gesserit acillam, is  
cōtinuo idoneus sit erudiendae iuuentuti. Satis ad docendos alios eē putamus ipsum  
magistri nomen. cui posteaq; addiderimus tria ex Petro Hispano sophismata, iam  
uel caelum digito contingere nobis uidemur. Teneas licet historias omnis, poetas  
sanctos intelligas, nihil sit in rhetorum libris quod non excusseris, nisi tamen huc  
acceperit magisterium, nihil es. Contra si duobus aut tribus ad summum sylloge-  
smis instructus, aureis aliquot mercatus es magisterium ī artibus, hic demū cristas  
licet erigere, hic repente doctus euadis: neq; ita longe iam abest, quin cum poeta  
Horatio, sublimi ferias uertice sidera. Id quod à nemine ita accipi uelim, quasi ego  
contendendas enseā promotiones, sed quod nolim ad has aditum patere indignis,  
optemq; eruditionis illas testimonium esse, nō pecuniā. Si quis reclamantibus no-  
bis probatum aliquem autorem iuuentuti audet praelegere, hic iam parum reue-  
rentialiter se habet aduersum seniores, huic praecluditur gymnasia, hūc periuuū  
& destructorem facultatis artium uociferamur, planeq; dignum esse censemus,  
quem oderint omnes, qui saxis obruatur. Quasi uerō quisquam aequae obsit facul-  
tati artium, atq; nos ipsi, qui, dum dolosi spes resurget nummi, dignos iuxta atq;  
indignos ad promotiones admittimus. Hinc est, ut qui nosse aliquid sibi uidentur,  
ij quod pecuniā sola comparari uident, contemnant: qui autem plane sunt rudes, ij  
studia negligant: & quemadmodū dicere solebat Alexandri pater Philippus, nul-  
lā urbē inexpugnabilē esse, in quam ingredi posset asinus onustus auro, ita uulgo  
iam dicunt isti, nullam se timere repulsam, dum loculos habeant differtos pecu-  
niā. Hae est pestis illa, qua ad extremam propē intermedonē est redacta facultas  
nostra. Hanc de medio tollamus oportet, si qui illam cupimus reuiuifcare. Digni  
modo à nobis promoueantur, repellantur indigni, ita breui futurū est, ut ī pristinam  
illam dignitatem suam facultas nostra restituatur. Fallimur quidem uianitate uer-  
borū, & quicquid nostro offiat quae stui, id facultati artium obesse interpretamur.  
Hoc desinamus facere nos, & aut nullos aut pauāsimos arte aduersarios habe-  
bit facultas artium. cui is demum ex animo fauere mihi uidetur, qui id agit, non ut  
ditesat ipse, non ut sit plenū erariū, sed ut quā plurimi sint, qui in ea docti euas-  
dant, quiq; uelut suppellectile quadam bonarum artium instructi, non modo unam  
facultatem hanc nostram, sed uniuersitatem totam apud exteros reddant illustri-  
rem. ¶ Quis nouus hic nostris. Verba Dionis sunt de Aenea libro Aeneidos  
quarto. ¶ Secandum uos iuriconsultos. Hoc est, secundum iureconsultos, in quo-  
rum albo & tu es. Ut ad uniuersum referatur iureconsultorū genus, non ad unum  
Plinium. Sic Terentius. Quae uestra libido est, id est, uirorum. ¶ Filius qui ī ad-  
optionem datur. Hac de re agitur apud iureconsultos, primo digestorum libro,  
capite de adoptionibus & emanationibus. Et institutionum imperialium libro  
b iij primo



Anacharsis.

primo, titulo, quibus modis soluat ius patrie potestatis. Quod autem addit Rodolphus, patrem adoptiuum uitae necisque in filium adoptiuum habere potestatem, id fortasse accipiendum cautius, quando huc nequaquam se extendit potestas patris. ¶ (Sic ego istos manu mea emissos.) Ductum à seruis, qui manumitti dicebantur, cum eis à dominis concederetur libertas. Siquidem manumissio aliud non est quam dactio libertatis. Instituitur capite de libertinis. Et ff. de manumissionibus. ¶ (Novus Anacharsis iste.) Qui talis uideri uelit, qualis fuit Anacharsis: qui cum natus esset apud Scythas homines omnium maxime barbaros, insignis tamen studijs philosophiae eius sit. Vita eius est apud Diogenem Laertium. & Plutarchus mentionem de eo facit in uita Solonis. Diare is solebat, leges sane quae similes esse telis araneorum: & quae admodum haec infirmiora animala retinentes, ualentiora transmittunt: ita legibus humiles quidem pauperesque constringit, diuites autem & praepotentes non aligari. ¶ (Post Aristoteles, Cicerones.) Longe hoc festiuus, longe etiam acrius, quam si numero singulari idem dixisset. ¶ (Sed quem admodum scriptum est apud poetam.) Martialem libro epigrammatum sexto. Est autem carmen longe festiuissimum, quare non pigebit totum ascribere.

Rem factam Pompillus habet, Faustine, legetur,  
Et nomen toto sparget in orbe suum.  
Sic leue flauorum ualeat genus vsipiorum,  
Quisquis & Ausonium non amat imperium.  
Ingeniosa tamen Pompilli scripta feruntur,  
Sed fame non est, hoc mihi crede, satis.  
Quam multi tinea pasant Blattasque disertis,  
Et redimunt soli carmina docta coa.  
Nescio, quid plus est quod chartis secula donat,  
Victurus genium debet habere liber.

Rodolphi

# RODOLPHI

AGRICOLAE PHRISII DE INVENTIO

ne dialectica, Liber Primus.

¶ Quae origo locorum, & quae eorumdem utilitas. Cap. I.



RATIO QVAECVNQVE

de re quacumque instituitur, omnique adeo sermo, quo cogitata mentis nostrae proferimus, id agere, hocque primum & proprium habere uidetur officium, ut doceat aliquid eum qui audit. Cuius rei quod certius quis propiusque capiat indicium, quam quod soli omnium animantium homini, ut rationis doctrinaeque capaci, parens ille & author rerum deus, loquendi atque orationis indulsit munus: Quod si est signum rerum, quas is qui dicit animo complectitur, oratio, liquet hoc esse proprium opus ipsius, ut ostendat id atque explicet, cui significando destinatur. Nec me praeterit maximis authorum placuisse, tria esse quae perfecta oratione fiant, ut doceat, ut moueat, ut delectet, & docere quidem rem facilem esse, & quam quisque tantum non inertissimae mentis praestare possit, concutere uero affectibus audientem, & in quemcumque uelis animi habitum transformare, allicere item, audiendi que uoluptate tenere suspensum, non nisi summis & maiori quodam musarum afflatu instinctis contingere ingenijs. Nec sane inficias iuero, esse ista praecipua bene dicendi praemia sequique orationem, uerum sequi uerius quam effici, potiusque accessionem esse ipsius quam proprium opus. Sed de his alio loco explicatius dicendum erit. Hoc in praesentia dixisse sufficiat, posse docere orationem, ut non moueat, non delectet; mouere aut delectare, ut

Propriū orati  
onis munus es  
se, ut doceat.

Obiectio.

Dilutio.



2 RODOLPHI AGRICOLAE DE INVENTIONE  
non doceat, non posse. Itaque precantes, conquerentes, sed & interrogantes quoque, quaequam aliud agere uidentur, hoc tamen primum efficiunt, ut discant audientes, cuius desiderio teneantur, quo urgeant dolore, quid sit quod scire uelint. ¶ Docemus autem nonnunquam hoc tantum pacto, ut intelligat auditor, quandoque, ut fiat illi fides. Fidem facimus non credentem, atque repugnantem trahimus. Alterum expositio fit, alterum argumentatione conficitur. Expositionem uoco orationem, quae solam dicentis mentem explicat, nullo, quo fides audienti fiat, adhibito. Argumentationem uero, orationem, qua quis rei de qua dicit fidem facere conatur. ¶ Cum uero nulli dubiae rei queat ex se constare fides, sed ex alijs quibusdam notioribus atque magis exploratis de unoquoque certitudinem colligamus necesse est: iamque alij mentis acumine freti, uberius expeditiusque argumentum, id est (ut inquit Cicero) probabile inuentum ad faciendam fidem excogitent; alij contra hebetiore mentis uis, ad rerum obtutu caligent, & uel nihil uel fero quid quaque de re dici possit, inuenire queant: utilissimum uident fecisse, qui sedes quasdam argumentorum (quos locos dixerunt) excogitauerunt; quorum admonitu, uelut signis quibusdam, circumferremus per ipsas res animu, & quid esset in unaquaque probabile aptumque instituto orationis nostrae, perspiceremus. ¶ Utilem autem esse hanc locorum rationem apparet, cum magna parti humanorum studiorum (quandoquidem pleraque in ambiguo haerent, & dissentientium certaminibus sunt exposita. Exigua enim portio eorum quae discimus, certa & immota est, adeoque si Academiae credimus, hoc solum scimus quod nihil scimus. Certe pleraque, pro cuiusque ingenio, ut acco- modatissime ad probandu quisque excogitare potuerit, alio atque alio trahuntur.

Duplex doctri-  
di ratio.

Cuius loci inueni.

Locorum diale-  
ctico-um utili-  
tatis.

trahuntur.) Tum uero eis praecipue confert, qui tractant illa, quorum nulla tradita sunt artes, dico, qui consilio rempublicam gubernant: quos de pace, bello, caeterisque ciuitatis negotijs in rem praesentem, saepe senatui, saepe populo fidem facere oportet: quique in iudicijs item accusare, defendere, petere, abnuere, quique populum docere iusticiam, religionem, pietatem, in professo habent. Quaequam enim & istorum nonnulla comprehensa sint artibus, subtiliora tamen illa & ex medijs scholis deducta, uelut exilia nimium, uel non intrant crassiores uulgi animos, uel non haerent: rudioribus & ex medio depromptis tanquam popularibus robustioribusque mouentur magis. Ut deliciae aures lyra citharae delectat, ita militem non nisi tuba accenderit. Crassae enim (quod in prouerbio est) crassa conueniunt. Nec instruere solum os facultas ista, & tantum dicendi copiam subministrare, sed prouidentiam animi, & recte consulendi quoque aperire uiam uidentur. Quando non alia re prudentiam constare apparet, quam perspicere quid in quaque re sit positum, & consentanea repugnantiaque, & quo quicque ducat, quid uenire possit, colligere. Indicio fuerint duo utriusque linguae disertissimi, Demosthenes & Cicero: quorum ut prudentissima fuit oratio, ita quam nonnulla aemuli reprehendenda sibi in ipsorum uita sumpsere, consiliorum tamen prudentiaque laus ipsis est uel inuidia consentiente concessa. Namque dicere prudenter, nisi qui prudenter cogitarit, non potest. Fit enim, ut quod prouiderit quis, non faciat: dicit certe quod non prouiderit nemo. Sed haec de origine locorum, deque ipsorum utilitate, haecenus praefatos esse sufficiat.

c ij Scholia



SCHOLIA IN CAPVT PRIMVM.

**O** Ratio quae anq. Tametsi (inquit) ad perfectam illud pertinet orationem, ut doceat, moueat, delectet: proprium tamen eius munus atq; officium est, docere. reliqua duo, potius accessio quaedam eius sunt, quam proprium opus. Quisquis autem docere cupit rem aliquam, ita ut & fidem de ea faciat, is argumentis id conetur oportet. Quae cum non cuius semper ad manum in promptuq; sint, utilissimus nimirum labor eorum fuit, qui locos quosdam descripserunt argumentorum, e quibus aut receptibus ac thesauris quibusdam ea crui in re quancq; possent.

**¶** Nec me praeterit, maximis autorum &c. Id Cicerone his uerbis docet in Bruto. Tria sunt enim, ut quidem ego sentio, quae sint efficienda dicendo: ut doceatur is apud quem dicitur, ut delectetur, ut moueatur. Idem in Oratore: Erit igitur eloquens is, qui in foro causisq; auiilibus ita dicit, ut probet, ut delectet, ut flectat. Probare necessitatis est, delectare suauitatis, flectere uictoriae. Habet eadem Fabius libro tertio. Tria sunt, inquit, quae praestare debet orator, ut doceat, moueat, delectet.

**¶** Sed de his alio loco. Is locus est libro secundo, capite quarto. Et rursus libro tertio de affectibus atq; oblectatione agitur per capita aliquot. **¶** Doemus autem. De hac duplici ratione dicendi fusiis libro secundo capite. 12. ac deinceps per compluscula capita. **¶** Argumentum, id est, ut inquit Cicerone. Cicerone in partitionibus hoc modo argumentum definit. **¶** Utilem esse hanc. Tria pauas attingit, ad tria ad quae coducant in primis loca. Primum, ad omnia humanitatis ac bonarum artium studia. Deinde, ad tractandas res eas, quae nullis etiamnum comprehensa sunt artibus. Postremo, ad prouidentiam animi, recteque consultandam. **¶** Si Academiae credimus. Nam Academiae *ἡκαταδμηφίαν* illam suam probabant adeo, ut nihil certo comprehendere cognoscereq; posse arbitrarentur. Sed de his rursus libro secundo, capite quarto. **¶** Hoc solum scimus, quod nihil scimus. Socrati in more fuisse aiunt, ut diceret, se hoc unum scire, quod esset inscius atq; omnis scientiae expertus. Lactantio uisum est, hanc Socratis sententiam esse *ἄσχετον*, hoc est, inconsistentem, quaeque ipsa se iugulet, ac falsam conuincat. **¶** Crasibus enim ut est in prouerbio. Id quam sit uerum, docet Plutarchus exemplo Atriae regis Scytharum. Is Atriae siue (ut quaedam exemplaria habent) Antreas, Ismeniam optimam tibianem bello captam, tibia canere in conuiuio iusserat, quem cum ceteri, qui in conuiuio eo aderant, ad stuporem usque admirarentur: at mihi, rex ait, longe iucundior foret uox hinnientis equi. Notum est graecum illud, *ἡμαδὲς ἐσθρὸς ὡς εἰπὲ ἢ ἡ ἑφῆσθρῳ*. Quantumuis rudius dicto, dum planius. **¶** Demosthenes & Cicerone. Non desuisse qui in horum uita aliquid reprehenderint, id constare uel ex Fabio potest, qui ita & in Demosthenem multa falso conficta fuisse, & Ciceroni nulla in re optimi diuis uoluntate desuisse contendit, ut aliorum tamen interim sententiam non dissimulet. Notus sane in Demosthenem

ad tria ad quae coducant in primis loca. Primum, ad omnia humanitatis ac bonarum artium studia. Deinde, ad tractandas res eas, quae nullis etiamnum comprehensa sunt artibus. Postremo, ad prouidentiam animi, recteque consultandam. **¶** Si Academiae credimus. Nam Academiae *ἡκαταδμηφίαν* illam suam probabant adeo, ut nihil certo comprehendere cognoscereq; posse arbitrarentur. Sed de his rursus libro secundo, capite quarto. **¶** Hoc solum scimus, quod nihil scimus. Socrati in more fuisse aiunt, ut diceret, se hoc unum scire, quod esset inscius atq; omnis scientiae expertus. Lactantio uisum est, hanc Socratis sententiam esse *ἄσχετον*, hoc est, inconsistentem, quaeque ipsa se iugulet, ac falsam conuincat. **¶** Crasibus enim ut est in prouerbio. Id quam sit uerum, docet Plutarchus exemplo Atriae regis Scytharum. Is Atriae siue (ut quaedam exemplaria habent) Antreas, Ismeniam optimam tibianem bello captam, tibia canere in conuiuio iusserat, quem cum ceteri, qui in conuiuio eo aderant, ad stuporem usque admirarentur: at mihi, rex ait, longe iucundior foret uox hinnientis equi. Notum est graecum illud, *ἡμαδὲς ἐσθρὸς ὡς εἰπὲ ἢ ἡ ἑφῆσθρῳ*. Quantumuis rudius dicto, dum planius. **¶** Demosthenes & Cicerone. Non desuisse qui in horum uita aliquid reprehenderint, id constare uel ex Fabio potest, qui ita & in Demosthenem multa falso conficta fuisse, & Ciceroni nulla in re optimi diuis uoluntate desuisse contendit, ut aliorum tamen interim sententiam non dissimulet. Notus sane in Demosthenem

ioas

ioas eius, qui dicebat non *ἀνάρχης* esse quod pateretur Demosthenes, sed *ἀσχετὸς ἀρχῆς*, quo minus dicere posset contra legatos Milesiorum. Iam quae & quanta illi obiecit Aeschines? quae ut maxima ex parte mendacia fuerint, omnia tamen falsa fuisse, mihi ego persuadere non possum. Quin uero & Ciceroni duas illas fellas, quibus solitus esset sedere, obiecit Laberius: illud nimirum significans, parum integra eum fide fuisse inter Pompeium & Caesarem. Ut tamen interim, in aperto idem mendacio deprehensus, ita elapsus est, ut diceret, prudentis & cauti patrifamilias esse, quod emere uelit, id se empturum negare, propter competitores emptionis. Sed quis est, cui ignota sint haec?

**¶** Quae quibus probandis conueniant, quomodo inueniendum iudicandumque medium seu argumentum, & quid locus. Cap. II.

**V**ando igitur de locis dicituri sumus, commodissimum fuerit definire quid sit locus. Id quo cuncta magis in aperto sint, altius repetentes, paulo uberius explicemus. Dicitum est nobis paulo ante, nullam rem de qua ambigitur, ipsam per se probari posse, quod clarius sane arbitror esse, quam ut ostendendum sit: non minus, quam tenebras si uisum oculisq; admittere debeant, illato aliunde lumine indigere. Relinquitur ergo, quicquid confirmandum est, ex aliquo alio fidem assequi. Nec tamen probandis omnibus omnia conueniunt. Quid enim differenti de optimo ciuitatis statu, & utilis ne sit eam principis unius arbitrio, quam populi consensu regi, profuerit scire, respirent necne sub aqua pisces? Quid item suadentem Caesari ut inferat bellum Pompeio, adiuuerit, ecquid habitent ex aduersa nobis regione orbis terrarum homines, quos *ἀντίχθονας* Graeci uocant? Itaque differentiibus a re praesenti abhorrentia, neque ulla ex parte coniuncta instituto orationis suae, dici solet, Quorsum haec? Et, Video quid dicas, quid uelis dicere non uideo. Quancumque autem sit apud Aristotelem, omne uerum uero consentire, neque possint plura uera discrepantia esse: aliud tamen est consentire ipsa, aliud fidem astruere. Ergo ut ad alterius confirmationem aliquid possit adhiberi, coniun-

Gellius libro 11. ca. 9.  
Macrobius libro 2. ca. 7.  
Gellius libro 12. capite. 12.  
Non omnia oibus probandis conuenire  
Re quaque peccatum posse probari, que ipsi modo quodam cognata sint.

c iij ctum



ctum quadam ratione, & uelut cognatum esse oportet illi cui probādo adhibetur, taleq; uideri, ut non subsistere res sine illo, si affirmes: non subuerti, si neges, possit. Id quo facilius accipi possit, crassiore quodam sed apertiore exemplo ostendamus. Videmus in metienda rerum magnitudine, si duo sint proposita quae aequalia esse uel inaequalia ostendere uelimus, si huiusmodi res sint, ut applicari altera alteri nequeat, accipitur tertium aliquid, quod possit utriusq; adhiberi, neq; temere illud aut quoduis, sed quod alteri saltem illorum sit aequale. Id deinde alteri adhibitū, si fuerit & illi aequale, iam aequalia illa inter se dicimus: sin inaequale, inaequalia. Quoniam certum exploratumq; est, eam magnitudinum esse proprietatem, ut quaecumq; duae cuiusq; tertiae sint aequales, sint & inter se aequales: & quarūcunq; duarū altera tertiae alicui aequalis sit, altera inaequalis, sint & inaequales inter se. Quorsum haec? ut ostendam, quemadmodum in magnitudinibus dixi, sic in omnium rerum natura esse, ut quaecumq; duo cuiusq; tertio consentanea sint, inter se quoq; esse consentanea. Consentanea autem uoco, quorum possit alterum de altero dici. Vt homini & substantiae conuenit in animali, quoniam omne animal est substantia, & omnis homo est animal, sequitur ergo conuenire ipsis inter se, hoc est, omnem hominem esse substantiam. Et contra, quorumcunq; duorum alterum consentaneum est alicui tertio, alterum dissidens, ea quoq; inter se dissident. Vt lapidi & homini. Lapidis quidem animal dissidet, homini uero conuenit: certum igitur est, lapidem & hominem inter se dissidere. ¶ Si

Quem in modum inueniendum diiudicandum sit argumentum.

qua duo itaq; conueniant inter se nec ne, uelis perspicere, si sint eiusmodi, ut quemadmodū magnitudines diximus applicari nō posse, sic & ista consentanea sint an dissidentia, ex ipsis perspicere nequeat, necesse

necesse est tertium aliquod inuenias, quod alteri horum consentaneum esse certum sit, idq; alteri deinde comparatum, proinde ut illi fuerit consentaneum uel dissentaneum, ita esse inter se ambo, quae proposita fuerant, sciamus. Id tertium, tum medium argumentationis dicitur, quoniam proposita uelut extrema duo coniungit, tū quia probabiliter propositis iungitur, instrumentumq; est faciendae de illis si dei, uocatur argumentum. Hanc partē excogitandi uel mediū uel argumenti, uocant dialectici inuentionis. Altera est pars quae iudicandi uocatur. Ea cuiusmodi sit, ex praedicta eadem similitudine indicemus. Cum mensuram aliquā metiendarū duarū magnitudinū sumperimus, ea si proba debeat esse, necesse est certa & firma sit, q; si aut extendi possit, aut in arcū contrahi, & quemadmodū ait Aristoteles de regula Lesbica, quae ad parietis flectitur formā, sic ista apte magnitudini metiendae, fallax nimirum erit. Hoc pacto, unum illud cui uel consentanea uel dissidentia ea quae proponunt diximus esse debere, id si opinione solum atq; aspectu, non reuera sit unum, fallerur argumentatione: euenietq; ut quae consentanea esse ostendi argumentatione credimus, dissideant maxime: & contra, pro dissidentibus consentanea capiamus. Vt si dicamus, aliquod animal est irrationale, homo est animal, ergo homo est irrationalis: uidentur quidem iungi in animali irrationale & homo: sed perspicuum est, non esse idem animal, de quo irrationale dicitur, et quod dicitur, de homine: sed nominis tantū ambitu, & generis similitudine idem uideri. Quod si adhibito iudicio legem syllogismi obserues, dicatq; omne animal est irrationale, homo est animal, ergo homo est irrationalis: iam quā pro consentaneis accipiuntur ea quae dissident, ut omne animal irrationale esse, nihil mirum est, homo & animal quancūq; consentanea sint, hominē tamen & irrat-

Mediu  
Argumentum

Inuentione  
qd



8 RODOLPHI AGRICOLAE DE INVENTIONE  
onale diffidere. Vt ergo certum sit atq; liquidum, id quod in argu-  
mentum assumimus, non facie, sed reuera unum esse, adhibita est in-  
uentioni hęc iudicij pars, cui omnis de modis figurisq; syllogismo-  
rum præceptio, & cautio omnis captiosarum argumentationum,  
quas fallacias dixere, subseruit. Sed nos de priore illa quæ ad inueniē-  
dum pertinet, his libris loquemur. ¶ Intuentem ergo illa quæ dixi  
de ea, non latebit uerum esse quod proposuimus, omnia quæ uel pro  
re quæq; uel contra dicuntur, cohærere, & esse ea quadam (ut ita dicā)  
naturæ societate coniuncta. Res aut̄ numero sunt immensæ, & proin-  
de immensa quoq; proprietates atq; diuersitas earum. Quo fit, ut oīa  
quæ singulis conueniant aut discrepent, sigillatim nulla oratio, nul-  
la uis mentis humanæ possit complecti. Inest tamen omnibus,  
tametsi suis quæq; discreta sint notis, communis quædam habi-  
tudo, & cuncta ad naturæ tendunt similitudinem, ut quod est omni-  
bus substantia quædam sua, omnia ex aliquibus oriuntur causis, &  
omnia aliquid efficiunt. Ingeniosissimi itaq; uirorum, ex effusa illa re-  
rū uarietate, communia ista capita, ut substantiam, causam, euentum,  
quæq; reliqua mox dicemus, excerpere, ut cum ad considerandā rē  
quampiam animū aduertissemus, sequentes ista, statim per omnem  
rei naturā & partes, percipere omnia consentanea & dissidentia iremus,  
& duceremus inde argumentum propositis rebus accommodatum.  
Hęc igit̄ cōmunia, quia perinde ut quicquid dici ulla de re potest, ita  
argumenta omnia intra se continent, idcirco locos uocauerūt, quod  
in eis uelut receptu & thesauro quodam omnia faciendæ fidei instru-  
menta sint reposita. Non ergo aliud est locus, q̄ cōmunis quædā rei  
nota, cuius admonitu, quid in quaque re probabile sit, potest inueniri.  
Sit ergo nobis locus hoc pacto definitus.

Scholia

SCHOLIA IN CAPVT SECVNDVM.

¶ Quando igitur) Toto capite hoc diat. Argumenta quibus confirmare aut re-  
fellerē uolumus aliquid, ea cōiuncta modo quodā ei rei esse oportet, quæ in  
disputationem uenit. Iam cū infinita rerum multitudine id faciāt, ut singu-  
latim ea quæ singulis coniuncta sunt rebus, explicari non queant: hinc est, q̄ ex al-  
leni ingenio uiri, omnē hanc multitudinē in cōmunia quædā capita digessere, cūq;  
uocauerūt argumentorum locos, propterea, q̄ in ijs cū thesauro atq; receptu quodā,  
argumenta cuiusq; rei confirmandæ refutandæ uel lateant reposita, ut cum usus su-  
erit, inde promantur. ¶ De optimo rei publicæ statu. Tres enim formæ sunt re-  
rum publicarū, monarchia, aristocratiā, democratiā. ¶ Respirant ne sub aqua pi-  
scis. Hoc Aristoteles negat, ait plinius, libro naturalis historię nono, capite septi-  
mo. ¶ Suadentem Cesari ut inferat bellum Pompeio. Id faciāt Curio apud Lu-  
canum pharsaliæ libro primo. ¶ Quos ἀντίχθονας greci uocant. Ἀντί con-  
tra seu ex aduerso est, χθών terra. Hinc ἀντίχθονες dicti, q̄ in aduersa no-  
bis terræ parte habitent. Sunt enim ij, qui alio uocabulo dicuntur ἀντίπῶδες, eo q̄  
contraria atq; aduersa nobis figant uestigia. Lactantius & Augustinus esse hos ne-  
gant: asserunt præter alios multos Plinius & Macrobius. Hodie certo esse à ple-  
risq; creduntur. ¶ Quorsum hæc? Diuus Hieronymus in epistola quadam ad  
uersus errores iōānis episcopi Hierosolymitani. Vetus (inquit) narrat historiam  
quidam cum diserte diceret, ferreturq; impetu et uolubilitate uerborum, causamq;  
omnino non tangeret, prudens auditor & iudex, Bene, inquit, bene, sed quō istud  
tū tam bene? ¶ Quemadmodum ait Aristoteles de regula lesbia: Ὁ δὲ  
telis hac de re quinto libro moraliū sic habent. Ἔστι γὰρ ἀόριστος ἀόριστος ἢ ὁ  
κάνων. ὡς πρὸς τὸ λεσβίαις οἰκοδομῆς ὁ μολύβδινος κώνων. πρὸς γὰρ τὸ χυ-  
μα τοῦ λίθου μετακινῆσθαι, ὅθεν μένει κώνων. Ea uerba hunc in modum uertit  
Erasmus. Si quidem in finita rei infinita item regula, quæ admodum plumbea Les-  
biæ edificationis regula. Ad lapidis enim figuram transmouetur, neq; manet regu-  
la: Diatur itaq; regula Lesbia, quoties præpostere, nō ad rationem factum sed ra-  
tio ad factum accommodatur. ¶ Cōmunis quædā rei nota. i. signum, index. Vt  
enim quondā statuæ ille mercuriales, nunc ferreæ iste aut ligneæ manus, quas cru-  
abus in biuijs affixas uidemus, indicant uiatori, quā uertendum sit iter: ita hi loci  
cum qui inuenire cupiat argumenta, ueluti manu apprehensum, ducunt eō quō ten-  
dit. Venator is qui in artus uagatur, ignarus quibus in locis feræ delitescere sole-  
ant, raro onustus præda domum reuertitur: at qui latibula earum cognita habet,  
qui sedes nouit, is etsi unum forte aut alterum domialium usum inuenit, nunq̄  
tamen discedit ita, quin alijs lustratis locis si non omnino, certe quadam tenuis uo-  
ti compos redeat domū. Hunc in modum et argumenta inuenire qui uelit, nunq̄ ei

Lactant. li. 3.  
Aug. de ciuitate  
Dei, cap. 16.  
Plinius lib. 7.  
Macro. in so-  
mniū.

Regula  
Lesbia.

Loa definitio.

Judicium

Inquiritur qd  
sit locus.

Loa aut appel-  
lati.

Quid locus



ex sententia opus proædet, nisi certos quosdam definitōsq; habeat locos, ē quibus ea ac latebris quibusdam ducantur. Quodā re recte dictum illud, locum esse notā ac signum, quod nos admoneat eorum, quæ probabiliter de re quæq; in hanc aut illam partem diā possint. Porro quemadmodum non omne mare omnem gignit piscem, neq; in una quāpiam terra omnis herba nascitur: ita neq; fieri potest, uti uno ex loco omnem in rem suppetant argumenta. Quamobrem desperandum nō erit, si exausso loco uno aut altero parum succedat. Inspiciendi sunt omnes, & quod negabit primus, id alter, tertiusue, aut etiam quartus suppedabit. Erit fortassis, cū illustratis omnibus, nihil tamen quod sit in rem nostram inueniemus. at ne sic quidem abijciendus erit clypeus, nec harena cædendum. imō uerò redeundum ad cæput, & per singulos rursus locos eundem, uidendumq; si quid forte prius oculos nostros subterfugerit, si quid minus diligenter expensum sit. Quod si faciēmus, nunq̄ erit res ulla, in quam non aliquot arte argumenta habere possimus, quæ de re plura libro secundo.

¶ Se post Aristotelem, Ciceronem, Quintilianum, Themistium, Boetium, de locis scripsisse, non ut scriberet aliquid melius, sed ut explicatius fusiūsq; de ijs ageret, & ad captum iuuentutis magis sese accommodaret.

CAPVT.

III

Difficile esse de rebus obscuris, non obscure disserere.

**P**ossimum equidem uideri crassius effusiusq; aggressus esse istis de rebus dicere, q̄ uel pro natura ipsarum, uel pro more illorum qui ante nos ista tradiderunt. Nec ego quidem sum tam rudis ueri, ut nesciam posse subtilius ista spinosiusq; dici: cum sit nihil alioqui facilius, q̄ suæ quoq; relinquere naturæ, et de obscuris obscure differere: contra uero magni sudoris esse, Cerberū ab inferis extrahere, hoc est, abstrusa & in rerum interiore recessu latentia proferre in lucem, & tanquā spectanda proponere. Sed cupio explicare ista meæ turbæ, id est crassioribus atq; harum rerum imperitis, quādo doctis quidem superuacuuus est præceptor. Vellem itaq; me non dicere modo ista, sed uel pingere si res id caperet, uel sculpere etiam posse, & tum quoq; pulchre mecum agi putarem, si nō sic etiā mihi soli ista uiderer elaborasse: sed aliquibus profuturus labor meus, aliquorum esset studia iuuaturus. Quæ mens utinam fuisset plæ-

ritq;

ritq; maximis & pari ingenio facundiaq; uiris. haberemus apertiora illustrioraq; in philosophia profecto omnia. Ut enim eos transeā, qui rerum omnium naturā uel ad numeros conati sunt, uel ad figuras redigere. ut eos etiā, q̄ omnia inuolueris atq; ambagibus quibusdam uelut mysteria texerunt. iam qui obscuritatem in dicendo secuti, rerū lumen orationis tenebris obruerunt: credas eos illa quæ sciebāt noluisse prodere. & reticere nequiuisse. De Aristotele dicā. Hic enim p̄modum solus omnium præce ætatis philosophorum permansit in manibus, hunc solum qui philosophiæ destinant attingunt, hunc primum pueri discunt, huic ultimū senū studium immoritur: hunc artes omnes, omnia studiorū genera, terunt, trahunt, discerpunt. Magnas utiq; uir, & quæ iure oīs miretur posteritas. Nec enī uel memorię uiri, absoluendis omnis philosophiæ partibus optime de studijs meriti, obiectū quicquam uelim: uel laudī, quā tot seculorū firmavit opinio, putem quicquam detrahi posse. Sed uidetur mihi dolendum esse, sedisse illud animo grauissimi hominis, ut non simpliciter atq; aperte proferret, quæcunq; inuenerat: ut præter laborem quē ipsa rerum esset habitura obscuritas, alia nobis etiam ex ipso obijceretur difficultas, quo necesse haberemus mentem ipsius uelut oraculi suspensam & ambiguam, indagine perquirere. ¶ Themistius itaq; autor est, longe aliter omnia foras esse edita ab illo, q̄ sint domi tradita. dæmentiaq; simile esse, si quis legendis libris ipsius speret illius se sententiam consecuturum. Sed quid Themistium dico? Ipse de se locupletissimus est testis. Scribit enī quadā ad Alexandrū epistola, edidisse se quæ ad philosophiam pertinent: sed perinde tamen, nisi qui ab eo audierint eadē ista, ac si edita non essent, futura. Nos tamen omnis illius nō sententiā mō, sed uerba etiam p̄tinacillime

Aristoteles.

Aristotelis in scribēdo obscuritas.

Aristotelem aliter douisse domi, quā libris euulgauerit.

d ij



& mordicus tenemus; ac si quis mouere quicquam tentet, aut disce-  
 dat transuersum (quod aiunt) digitum ab eis, non aliter atq; qui fecan-  
 tur urunturq; clamamus: faciliusq; tulerimus, de mysterijs summæq;  
 religionis aliquid auferri. ¶ Ego Aristotelem summo ingenio, do-  
 ctrina, eloquentia, rerum peritia, prudentiaq; & ut semel dicam, sum-  
 mum quidem hominem, sed hominem tamen fuisse puto, hoc est,  
 quem & latere aliquid potuerit, quicq; ut nō omnia primus iuenerit,  
 ita alijs post se inuenienda aliqua reliquerit: qui etiam non omnia  
 quæ inuenerat, crediderit in uulgus prodenda: & nonnunq̄ fortasse  
 contradicendi studio, quo maxima fere tentantur ingenia, non tam  
 quid ipse sentiret, q̄ contra quod alius sensisset, dicendum putaret.  
 Plurima ille recte, sed & alius aliquid non male. Quo iustiore ego  
 ueniam credo illis esse oportere, si qui fuerunt, qui putarent non uti-  
 q; illi tanquam scopulo usquequaq; adhærescendum esse, neq; de suis  
 desperarunt ingenijs: cum ingrati possit & inique de parente omni-  
 um natura existimantis uideri, credere ipsam omnia sua in uno illo  
 partu effundentem munera, reliquæ posteritati humani generis in  
 omne euum sterilem effœtamq; manere uoluisse. ¶ Verum ut de  
 re nostra dicamus, scripsit de locis octo libros, erudite & diserte, sicut  
 omnia: sed angustius uidetur eorum conclusisse materiam. Voluit e-  
 nim cuncta de quibuscunq; differeremus, intra quatuor quæstiones  
 contineri: ut quaeretur, definitio ne esset, an genus, an proprium,  
 an accidēs, ut sint hæc quæstiones eiusmodi, sit ne animal rationale dif-  
 finitio hominis, sit ne hominis genus animal, sit ne proprium homi-  
 nis docibile esse, sit ne accidens eius album esse. Sane quicquid ulla de  
 re quaerimus, intra aliquod horum quatuor recidit, neq; enim plura  
 sunt, quæ possunt ulla de re dici, Sed nō id agimus, ut de istis semper  
 quara-

Censura  
 Rodolphi de  
 Aristotele.

Causa prima  
 aut topica Ari-  
 stotelis minus  
 satis faciūt stu-  
 diosis.

quæramus sub nominibus illis, quæ ab Aristotele sunt posita, nec em̄  
 quæro semper, sit ne album accidens hominis: sed simpliciter, sit ne  
 homo album. Sic etiam, non, sit ne definitio defectus solis, interpositio  
 lunæ inter solem & aspectum nostrum, sed, sit ne solum hoc illud.  
 Nam fuerunt etiam qui aliud aliquid crederent esse defectum solis,  
 Sic de alijs etiam non quaerimus, sit ne hominis genus animal, & pro-  
 priū docibile, sed per se, sit ne homo animal, & sit ne docibilis. ¶ Ve-  
 rum hæc quæstiones omnes, de quibus nos loquimur, quoniam solū  
 id agunt, ut sciamus, sit ne hoc in illo, ut cum quaero, sit ne homo ani-  
 mal, id percontor, insit ne animal in homine, & reliqua in hunc mo-  
 dum, quia etiam insit nec ne, de accidente primum solet quaeri: pote-  
 rat idcirco uideri, quod ad has quæstiones pertinet, satis esse acciden-  
 tis tractatu explicatum. ¶ Effet hæc aliqua ratio, si omnia quæ ad o-  
 stendendum inesse aliquid accommodata sunt, recensisset Aristot-  
 teles, cum de accidente loqueretur. ¶ Sed neq; locos describit, neq;  
 numerum ipsorum facit, aut nomina, sed deducta ex locis argumen-  
 ta quæstioni propositæ applicat. ¶ Deinde pleraq; pro locis ponit,  
 quæ nullius propria sunt loci, ut cum dicit, inspiciendum esse, quibus  
 insit aliquid omnibus, uel quibus nullis, i. de quibus uniuersaliter ali-  
 quid affirmetur uel negetur. Ea de quibus affirmatur dicit esse speci-  
 es. Quid ergo: definitio, genus, proprium, non omnibus insunt: Iam  
 pleraq; etiam accidentia, si debemus accidens uocare quicquid  
 non est aliquid trium illorum, insunt omnibus. Nam quod non  
 de aliquibus non negetur uniuersaliter, nihil propemodum est,  
 quicquid enim affirmatur de aliquo, de aliquo etiam diuerso na-  
 turæ suæ negatur. Iam quod dicit, præscribendum esse differenti,  
 quas res oporteat uocare ut uulgus, quas contra: sic etiam, si pro-  
 d iij posita

Obiectio.

Dilutio, cōple-  
 tēs causam se-  
 andam.  
 Causa tertiā.

Quarta



14. RODOLPHI AGRICOLAE DE INVENTIONE  
posita sit res tenuior ad differendū, quo pacto ad uberiorē aliquā elabendum; sic pleracq; alia, quæ non res nobis suiiciunt unde possimus deducere argumentum, sed differētis tantum astus arteq; continent: haud uideo quo pacto ista possint loci uocari. ¶ Quid ergo? non utiliter præcipiuntur ista? Vtilissime certe. Quis neget? Sed non tamen quicquid differēti utile est, locus erit. Nisi & didicisse multa & diligenter id quod in disceptationem uenit perspexisse, et contentiosius aliquando aliquid affirmare, locos credere uelimus: cum sine prioribus illis nemo commode differere queat, & constās  
*Quinta causa* asseueratio persæpe argumenti impleat fidem. ¶ Adde, quod uidetur nimis arctos dedisse fines dialecticæ, qui ijs quatuor quæstionibus terminauit eam. Cum doceat enim rationem argumentandi, uel (quod idem est) probabiliter differēdi dialecticæ, uidetur tam late distentos habere terminos, q̄ sunt omnia de quibus ratione atq; uia aliqua differi possit, necq; ullam certam sibi prefinire materiam, sed arma tantum dare, quibus parati instructiq; simus in omne  
*Causa sexta* certamen. ¶ Sed de his quicq; ut uidebitur statuatur, illud res ipsa conuincit, magni & immensi laboris esse, auulsos ab illis quæstionibus quas ipse instituit, locos, in alium aliquem diss. redi usum traducere. Qui qui itaq; philosophiæ hodie nomen usurpant, cupiuntq; paulo uideri doctiores, libros illos legunt quidem, cumq; peripateticos & haberi se & dici uelint, quæ præcipua semper peripateticorum fuit laus, de qualibet re proposita in utraq; partem apte expediteq; differēdi, eam tamen ut præstent multum utiq; abest. Dictata potius (ut inquit Cicero) & in scholis multis iam seculis per manus tradita decantant. Qua id causa credam fieri, nisi id (quod opinor) difficillimum est maximiq; negocij, ex instituta Aristotelis

lis locorum ratione, facultatem prompte copiosq; differēdi expedire? Secuti ergo alij, certos definitosq; in omnem usum disputandi fecere locos. E quibus Cicero, & in libro quem ad Quintum fratrem de oratore scripsit, et in partitionibus ad filium, enumerare eos satis putauit. Ad Trebatium autem, libro uni huic rei destinato, copiosius omnia executus est. Sed uir ut multarum magnarumq; artium, ita iuris etiam peritus, habita præsertim Trebatij ratione ad quæ scribebat, qui & ipse inter primos ius profitebatur, omnia ex iure civili exempla deduxit. Quo fit, ut nonnulla paulo obscuriora sint, nō assuetis auribus. Quintilianus deinde in quinto institutionum, tradidit eos, magis (quantum uidetur) ut obseruatum alijs sequeretur morem, q̄ quia putaret ad institutum suum magnopere pertinere. Itaq; est uidere, ab dialecticis rhetoribusq; acceptos locos, permixtos ab eo, & in unum confusos aceruum. Themistius post hos & Boetius, eandem rem tractauerunt. Boetius non aliud sane uidetur egisse, q̄ ut relatum Ciceronem & Themistium, quemq; per se primum, deinde conferret, & singulos utriusq; locos, alterum alteri hinc inde coaptaret. Themistium, qui post Boetium scripserunt, maluerūt sequi. Omnes tamen satis crediderunt, locos uel nominare, uel patetissimis uerbis signare, quid essent. Credo, quod arbitrati sint, altio rem locorum notitiā ex penitiore philosophia petendam. Haud dubie uerum est: sed longum id est, nec omnibus uacat, & breuius aptioreq; compendio, quantum ad consonam rem necessarium est, id confici potest, ut dicatur hic in huiusmodi opere, quæ sit proprietas uniuscuiusq;. Ego, ut qui in nullius iurauerim uerba, ut quicq; placuit author, aut sicubi nemo satis, pro authore rationem sum secutus. Non equidem, quod melius aliquid effecturum me sperē

Ciceronis  
Topica

Quintilianus  
de locis.

Themistius.  
Boetius.



spere, q̄ maximi illi doctissimiq; uiri (qui possem em̄) sed ut crassius effusiusq; ista (ut praedixi) tradā: assequarq; ut si minus hec subtiliter disputata esse, saltē (qd uoto meo sufficit) aptius explicata uideatur.

## SCHOLIA IN CAPVT III

**Cerberus ex tractus ab inferis** Cerberum ab inferis extrahere. Id Heraulem fecisse scribit poetae tragica, qui cum ab Eurystheo abduendi canis gratia missus esset ad inferos, Pallas dis beneficiō id quod iussus erat perfeāt, quem admodum apud homerum octauo libro Iliados refert Pallas ipsa. Non dicere modo ista, sed uel pingere. Vt qui aurium sensu aperire haec nō possent, saltem uisu peraperent. Ad numeros. Hi fuerūt Pythagorā, de quibus in placitis philosophorū ita Plutarchus, Rursus ab aliorum auspiciu philosophiae Pythagoras Mnesarchi, Samius, qui primus philosophiā hoc nomine appellauit, primā pia rerū numeros esse censuit, eorum symmetriā, id est accommodatas proportiones. Ad figuras. Ab hac sententiā non ita longe uidentur distare ea, quae diserit apud Platonē Timaeus. Aristoteles arte tale quiddam Platoni ascribit in libris de caelo, aduersus illum ut uideri uult doctus, corpora ex planiābus constare non posse. Qui oīa inuolucris atq; ambagibus. Mirum nō ad Pythagorā illa alludit symbola. Ac uetustissimi quidem illi philosophi, sacratiora esse philosophiae mysteria arbitrabantur, q̄ que temere proferenda essent in uulgum. Qui obscuritatem dicēdo. Horū ex numero tantum non primus sit Heraclitus ille Ephesius, qui cognomē inde inuenit, dictus σκοτεινός apud graecos, hoc est tenebrosus. Hūc omnes artes. Quae enī ars hodie ita doctur, ut non crebro insulāntur placita Aristotelis? Quinq; hac in re lōge primas tenent quidā cōāonatores, qui ita demē egregie institui credunt rudem plebeā, si q̄ sepius eis in ore obambulet gentilis ille (ut uocāt ipsi) magister. Veluti oraculi. Oracula enim inuolucris quibusdam obscurari solebant, & per hunc modum multis imponere. Notissima est responsio data Epirotarum regi Pyrrho, dico te Acaāda Romanos uinere posse. Quo pacto et Alexandrum illum Molossū, & Annibalem Carthaginensem deceptos fuisse, referunt Appianus & Liuius. Adriano quoq; imperatori deum cōsultenti de euctu belli aduersus Parthos, quā inuolute respōsum sit, explicat Macrobius, libro saturnaliōrū primo, capite uigesimo tertio. Quā ad Alexandrū epistola. Ea epistola est eiusmodi. Ἀριστοτέλης βασιλεῖ ἀλεξανδρῶν ἐν πράξει. ἔγραψα μοι περὶ τῆς ἀρετῆς καὶ τῆς ἀφροσύνης λόγῳ, διότι μενος εἶμι αἰτιοῦς φυλάττειν ἐν ἀπείρητοις. ἴδιος δὲ αὐτοῦς ἢ δεδουμένους, ἢ μὴ ἐκδεδουμένους. εὐνετοί ᾧ εἰσι μόνον τοῖς ἡμῶν ἀρετῆσι, ἐξέσωτο. Eorū uerborū sententiā ita reddidit Gel. Ἀρετῆσι μόνον τοῖς βιβλίοις, quos editos quereris, nō p̄inde ut arana absconditos, neq; editos s̄ato esse,

neq; nō editos. quoniā ijs solis qui nos audiūt, cognobiles erūt. Ac si quis. Cōuellere, arguere, minus probare. Trāuersum quod aiunt culmū. i. uel minimū, cuius. Similia sunt, latum culmū, latū pedē, trāuersum digitū discedere. Non aliter atq; qui secantur urunturq;. Clamamus inquit pra indignatione haud secus ac solēt ijs, quos mediā secāt aut cauterio adurūt. Ego Aristotelē. Sumus nimirū (inquit) uir fuit Aristoteles, at nō is tamē, cui oportet adherere p̄ oīa. Cuius rei triplicē affert causam. Primū, q̄ quē admodū multa nouit, ita quēdā etiā uerisimile est ipsam nescisse. Deinde, q̄ nō omnia quae inuenisset, putarit esse proferēda in lucē. Postremo, q̄ maior ei cura interim fuerit contradiendi alijs, q̄ ueri inueniēdi. Verū ut de re nostra dicamus. Sex i summa causas enumerat, propter quas topica Aristotelis minus uideantur satisfacere studiosis. Primū, q̄ materia corū librorū angustis nimīū se p̄serit terminis. Alterā, q̄ nō oīa ea enumerat Aristoteles, quibus inesse aliquid, aut nō inesse ostēditur. Tertiā, q̄ locos neq; describat neq; in artū aliquē cogat numerū, ac ne nominet quidē. Quartā, q̄ quēdā pro loās ponat, quae nullius proprie sunt loā. Quintam, q̄ totius etiā dialecticae, neq; horū librorū, arctos nimīū terminos esse uoluerit. Postremā, q̄ tā inuoluta obsuraq; sint apud illum oīa, ut summae difficultatis sit, ex ipsius questionibus ac loās, differēdi usum copiamq; parare. Ex his secūda, tertiā, & quarta, nō ponuntur à Rodolpho ut primā pales cause, sed ut particule dilutionis cuiusdam, qua occurrētē dimouet obiectionē. Voluit enim anctā &c. Fuit qui hunc locū ita acciperet, quasi Rodolphus plura uelut esse praedicta (ut uocant) dialectica q̄ quatuor. Verū longe aliud agit Rodolphus, quod ut intelligatur, nosse debemus, tria esse genera questionū. Vnū quo queritur an sit res: ut sint ne antipodes, sint ne alia quid manes & subterranea regna. Alterū, quo queritur nū hoc illi insit: ut sit ne deus omnipotēs, noceat an prosit plus eloquētia. Hic enī illud i dubiū uertitur, ecquid omnipotētia insit in deo, & in eloquētia plus ne insit cōmodi an icōmodi. Tertiū, quo ambigitur, quo mō unū alteri insit, num ut finitio, ut genus, ut propriū, ut accidēs. Quod genus sunt illa, nū animal rationale sit definitio hoīs, sit ne uirtus genus iustitiae. Iā Aristoteles i topias ita loqui uidetur, quasi ad dialecticā pertineat solum postremū hoc questionū genus, nō etiā duo illa priora. Atq; hoc est quod conuellit Rodolphus, putās omnia haec questionū genera ex aequo ad dialecticā munus pertinere: qua de re plenius libro 2. capite 7. Pleraq; pro loās ponit. Quae hic recēset Rodolphus apud Aristotelē in secūdo libro sunt topiorū. Cōstans asseueratio. Hoc ipsum & Quintilianus docet libro undecimo: uē persuadendi cōstare asseueratione, quae interim plus ipsis ualeat probationibus. Adde quod uidetur nimis arctos. Vide libri secūdi caput quintū. In utraq; partē apte expeditēq; differēdi. Cicero in secūda Tusculana. Itaq; mihi semper Laus peripateticorum.

Censura Rodolphi de Aristotele.

Censura de topias Aristotelis.

Tria questionum genera



(inquit) Peripateticorū Academiae q̄; cōsuetudo, de omnibus rebus i cōtrariis par-  
tes differendi, nō ob eā causam solū placuit, q̄; aliter nō posset, quicquid i unaqua  
q̄; re uerisimile esset, iueniri: sed etiā, q̄; esset ea maxima dicēdi exortatio: qua  
p̄riaps usus est Aristoteles, deinde qui eū secuti sunt. Eadē fermē sententiā apud  
eūdē Ciceronē est quito libro de finibus. (Dictata potius ut iquit Cicerō.) Verba  
Cicerōis quarto libro de bonorū ac malorū finibus sic habēt. Cūq̄; duae sint partes,  
quibus perfecte ratio & oratio compleatur, una inueniēdi, altera differendi, hāc  
posteriorē & Stoiā & Peripatetiā, priorē autē illi egregie tradiderūt, Stoiā om-  
nino ne attigerūt quidē. Nā ē quibus locis quasi thesauris argumēta depromerē-  
tur, uelstri ne suspicati quidē sunt, superiores autē artificio & uia tradiderūt. Quae  
quidē res efficiat, ne necesse sit iisdē de rebus semper quasi dictata decātare, neq̄; à  
cōmentariolis suis discedere. &c. (Ad Trebatium autē.) De his topicis Cicerō  
ipse libro familiarū epistolarū septimo, ad Trebatium scribens. Itaq̄; ut primū  
(inquit) Veliā nauigare cœpi, institui topica Aristotelica cōscribere, ab ipsa urbe  
cōmonitus amantissima tui. Eum librū tibi misi, Regij scriptum, q̄; planissime res  
illa scribi potuit. Sin tibi quaedā uidebuntur obscuriora, cogitare debebis, nullā ar-  
tem, literis sine interprete, & sine aliqua exortatione, perāpi posse. Fabius quo-  
q̄; libro quito institutionum de Ciceronis topicis loquēs. Et ille quidē (inquit) non  
his exēplis utitur, quia ad Trebatium scribēs, ex iure ea duare maluit. ego aper-  
tiora posui. (Magis, quantum uidetur, ut obseruatū alijs sequeretur morē.) Hec  
uerba quid sibi uelint, planius intelligi potest ex deāmo octauo capite libri secūdi.  
Quo in loco docet Rodolphus, tractatū de locis ad solū dialecticū, nō etiā perti-  
nere ad rhetoricū. (Ego ut qui in nullius.) Sic Horatius. Nullius in addictus iurare  
in uerba magistri.

Loca quomodo diuidantur CAPVT III.

Locorum ali-  
os internos et  
alios exter-  
is.



Vm (ut diximus) nihil ad faciendam de altero fidem pos-  
sit assumi, quod non aliqua parte cum ipso sit cohaerens,  
illud imprimis sciamus oportet, quaedam ita cohaerere re-  
bus, ut ipsis insint fixa rebus, alia ut extra ipsas sint. In ipsis sunt re-  
bus, ut si probē moriturum Ciceronē, quod homo est, q̄; ex corru-  
ptibilibus cōpositus ē elemētis, quod doloribus moribsq̄; obnoxius  
sit. Hæc omnia planū est inesse Ciceroni. At si dicā, mortali patre mor-  
talibq̄; matre natū, & omnes ante ipsum hoies mortuos esse, nihilq̄;  
nisi

nisi deū & diuina esse immortale. Hæc omnia, pater materq̄; & cun-  
cti ante ipsum homines, & deus diuinatq̄; extra Ciceronē sunt. Hanc  
itaq̄; faciamus primam diuisionem locorum, ut alij interni sint, alij  
externi. (Rursus ea quae in rebus sunt, alia in substantia earū ipsa-  
rum, alia circa substantiam sunt. In substantia sunt, e quibus res  
idipsum quod sunt accipiunt, qualis definitio. Quamq̄; ea non tam in  
substantia uideatur, q̄; ipsamet rei esse substantia. Præterea illa quae  
complectitur definitio, ut est genus, & propria rei notio, quā differē-  
tiā uocamus. Atq̄; ea quoniam uel idem est ei quod proprium dici-  
mus, uel pro ea proprio maxime utimur, locum illius proprii quoq̄;  
significemus nomine. Partes etiam in substantia sunt totius, quando  
nisi ex ipsis confici res non potest. Tum etiam quae coniugata dicun-  
tur. i. quae solo nominis quodam deflexu distant, ut sunt sapiens &  
sapientia, candidum & candor. Tametsi enim sapientia non insit in  
substantia sapientis quatenus homo est: cū tamē de sapiente differi-  
tur quatenus sapiens est, certum est esse in substantia ipsius sapientiā,  
& nec intelligi quidem, nedum esse sine ipsa posse. Addamus etiam  
istis, speciem & totum. E quibus species, quamuis non uideatur in  
substantia esse generis, tamen quia pars ipsius est, & genus quamuis  
sine singulis speciebus fortasse, sine omnibus tamen esse non po-  
test: & totum itidem, quamuis possint sine ipso permanere partes  
nonnullis in rebus, hoc ipsum tamen quod partes sunt, sine toto ha-  
bere non possunt. Plærq̄; etiam partes eius sunt conditionis, ut ma-  
nere sine toto non possint. neq̄; enim defectam manum, neq̄; euul-  
sum oculum, magis dixeris esse id, quod ante fuerunt, q̄; eadem  
u' picta, u' pare, aut alia quauis materia expressa. Verū hæc ut cūq̄; sint,  
haud ita multū i p̄ntia retulerit nra. Id quod sufficit, q̄; cognatissima  
e ij sunt

Internorum  
locorū diuisio

Propria  
rei notio  
i. diff<sup>a</sup>

Confundit differētiā  
& propriū



sunt ista, iunctūq; habēt tractatū, nos in eundē ea ordinē redigamus. ¶ Circa substantiā sunt ea, quæ cū rei infint, modū quendā ipsi affecti onēq; afferūt. Ea duplici est cōditione accipe. Aut manēt em̄ quietifq; habēt faciē: ut sunt decor, robur, sanitas. Aut in agitatione fluxuq; quodā sunt posita, ut pugnare, dormire, currere. Vocemusq; illa ad iactā, hæc actus. Iungamus istis illa, quibus hæc infunt. Ea sunt q̄ ὕποκειμένα Aristoteles, nos usitato sane uerbo subiecta dicimus. Sic eloquētiæ subiectū dicimus Ciceronē, & seueritatis Catonē, & quanq; rē, prout quodq; adiacēs aut actus in ipsa est. Internorū itaq; locorū, hæc sit nobis enumeratio. ¶ Externi uero ad hunc maxime sese modum habent. Quædam nanq; eorum quæ sunt extra rem, necessario quodā uinculo cōiuncta sunt rei. Eaque aut sunt huiusmodi, ut p̄ ipsa res fiat, q̄ causā uocant. uel efficiēs, ut ædiū faber, uel finis, ut ædiū habitatio. Quibus etiā iungunt ea, q̄ Cicero tū effecta uocat, tū euenta, mihi maxime placet euenta dici. Ut sint, pprie, q̄ ab efficiente fiunt, effecta, ut a sutore calceus, q̄ ppter linē, destinata, ut calceus ob tutādos pedes. Hæcque uno noīe possunt uocari cognata. ¶ Alia sunt q̄ dicimus applicita, q̄ sunt eiusmodi, ut nō fiat quidē p̄ ipsa res, sed habitu dinē quandā nomenq; accipiat ab ipsis. Eorūq; aliud rē ipsam cōplectūt, ut locus. Aliud actus ipsius metū, ut tēpus. Aliud alio q̄dā mō cū ipsa re coheret, ea sunt q̄ cōnexa dicere placuit, qualia sunt, diuitiæ, regnū, amicitia. ¶ Rursus aut, alia eorū q̄ extra rē sunt, necessitate nulla rei coherēt. Quorū q̄dā eius sunt gn̄is, ut ea ipsa & res, cū altero alterū, & sine altero, esse & nō esse possit, eaq; dicimus accidētia. Alia sunt, q̄ alteri infestū est alterū, inc̄p̄ mutuā utriusq; p̄niciē tendūt, ea repugnātia uocamus. Et accidētū qdē, aliqua hoc pacto se habēt, ut unū uni cōferat. Idq; uel res rei, ut iurgū cædi, pallor egritudinī, ea dici-

Diuisio exter  
morū locorū

dicimus cōtingētia. Vel uerba rei, quod uel singulis sit dictiōibus, ut cū nomē rei cū re cōponimus, uel orationē rei, ut laus uiro forti, uirtutatio sceleri, ea uocamus pronūciata. Aut duo cōferunt in uno tercio, q̄rū alterū altero uel maius ē, ut rex pp̄ari, opibus, uel minus, ut discipulus magistro, eruditiōe, uel par, ut iustus iusto, p̄bitate. Aut duo in duobus cōferūt, ut hyems & senectū, i frigore & segnicie, tēpestas & ira, in iactatiōe maris & pturbatiōe mētis, uocāturq; hæc similia, illa uero cōparata. ¶ At repugnātiū, q̄dā dicunt opposita, quorū unū aduersatur uni, & certa resistit lege, ut frigidum calido, cæcitati uisus. Quædā, uel ut uulgus, disparata; uel ut Seneca uidetur uelle, distantia dicunt. Ea sunt, quæcūq; nō possunt id ipsum esse alterū qd' alterū, ut homo, equus, bos. Itē homo & cādor, cādorq; & uelocitas, distāt, q̄a nullū eorū aliud est aliq̄ idē. ¶ Hæc est ergo locorū summa, ut sint interni q̄ in substantiā, definitiō, genus, species, ppriū, totū, pars, cōiugata. Qui circa substantiā sunt, adiacētia, actus, subiectū. Externi aut, q̄ cognata dicūt, efficiēs, finis, effecta, destinata. Quæ applicita, locus, tēpus, cōnexa. Quæ accidūt: cōtingētia, pnūciata, nomē, cōparata, similia. Quæ repugnāt, opposita, distātia. ¶ Nō ignoro aut alios autores alia nōnullorū locorū q̄ nos noīa tradidisse: q̄sdā plures, etiā pauciores q̄sdā fecisse. Qui si q̄bus magis placebūt, nihil ipeditio, habēt q̄ sequant. mihi naturā ordinēq; rerū sequēti, uisum est aptissime eos si mul & distinctissime hoc pacto posse explicari.

Huius capituli  
epilogus.

## SCHOLIA IN CAPVT. IIII

Cum ut prædiximus, Quā initio diuisionē locorū affert Rodolphus, eā habet et Cice. Themistius triplices locos fecit, internos, externos, et medios. Quo autē facilius memoriæ cōmēdari possēt loci Rodolphi, sequenti eos de descriptione uelut ob oculos spectandos exposuimus.

e ij

Locorum





¶ **E** quibus species quamuis non uideatur. Neq; species (inquit) proprie est in substantia generis, neq; totum in substantia partium: sciat tamē arctissima quaedam horum cognatio uelutiq; necessitudo, ut & generi speciem, & totum partibus, in explicandis locis coniungeremus. Cetera quae dicuntur hoc capite, partim satis aperta sunt, partim suis quaeq; locis explicabuntur, quare his missis reliqua aggrediamur.

¶ **DE; LOCIS INTERNIS, QUI SVNT IN SVBstantia rei.**

¶ **Q**uid definitio, quid genus, quid species, quid differentia. quid inter finitionem descriptionemq; intersit. Ad quem modum rei uniuscuiusq; inquirenda sit definitio. Et de generalibus aliquot legibus definiendi. CAP. V.



**I**n hunc modum uelut semina quaedam, & initia, & numerus locorum descriptus sit. Nunc rursus a capite orientes, singulos exactius & uberius exequamur. Primus *Definitio qd* locus (ut diximus) est definitionis. Ea est oratio, qua quid sit res *est.* explicatur. Conuenitq; inter omnes, debere confici eam ex genere & differentia, ut sit definitio hominis, animal rationale. in q̄, animal, genus est. rationale, differentia, homo, id scilicet quod definit, species dicit. ¶ *Genus quid* Genus est quod de pluribus specie differentibus in quid est predicat, ut quærenti, quid est homo? quid est asinus? qd est bos? bene respondetur, homo est animal, asinus est animal, bos est animal. ¶ *Species* Species, in quam sub se comprehensam diuiditur genus. ut homo est species animalis. Comprehenditur enim sub animali. Nam qui omne animal dicit, etiam dicit & hominem, & diuiditur in ipsum. animalium enim dicimus, aliud homo est, aliud brutum. ¶ *Differentia* Differentia est propria rei nota, qua secundum idipsum quod talis est, ab alijs distinguitur rebus. Estq; nobis uel maxime omnibus e rebus uerarū differentiarū penuria. adeoq; putat nonnulli, nō cognosci ullius a nobis rei propria ueracq; differentia; habere aut nos, q̄ fere in



in reliquis rebus facere solemus, pro uera quae proxima uere uidetur accedere. Ea est in homine rationale. Est enim rationale propria hominis nota, nulli quippe animali nisi homini inest conuenitque homini, quatenus talis est, hoc est, homo eo maxime uidetur homo esse, quod sit capax rationis. Reliqua enim, ut est bipedem esse, & erectum ingredi, & manus habere, aut non sunt propria soli homini, aut ut sint propria, non tamen hominis, sed partis. hoc est, corporis sunt notae. Et de rationali paucisque admodum alijs, sint nec ne uere differentiae, sunt qui putent, sunt qui negent. In reliquis nemo fere est, qui constanter uelius rei differentiam ueram cognosci posse affirmet. ambitu quodam & loquendi circuitu aliquid quod locum eius teneat effingimus, multaque praesepere colligimus, quorum quodque latius pateat, quam hoc ipsum quod definitur. iuncta tamen aequant, & proprium quiddam ipsius efficiunt. Vt si definiam asinum esse animal solidis pedibus, auritum & foecundum, nihil est istorum quae post genus quod est animal sumuntur, quod non generalius sit quam asinus, nam & equus & mulus solidis sunt pedibus, & mulus lepusque auriti sunt, & omnia fere animalia foecunda. eo tamen quod solidis pedibus dictum est, omnia praeter equum & mulum excluduntur. quod auritum, equus. quod foecundum, mulus excluditur. Itaque tandem uelut gradibus quibusdam ad id quod definitum est, peruenitur. ¶ Quidam hanc definiendi formam, descriptionem uocauerunt. Ego cum hoc nomine Ciceronem atque Aristotelem Graece quidem sed idem significante, usos uideam, non est quod maiores requiram auctores. Neque enim aliud uidetur esse definire, quam rem intra fines naturae suae conclusam explicare, quod si alia ratione facere possemus, esset fortasse ratio mutandi nominis. nunc pro uera definiendi uia, eam quae sola est, optimam fuerit accipere.

Descriptio  
quo distet à si  
nitione.

accipere. Descriptio enim, quae poetis crebro, nonnumquam oratoribus in usu est, ea uerbosius rem exprimit, nec in id adhibetur, ut quid sit res indicet: sed qualis sit, uelut inspiciendam ante oculos ponat. ¶ Tradere ulla inuenienda definitionis praecipua, haud in proptu est. Illud est certum, quisquis definire quippiam uolet, utilissimum esse, cognitam sibi naturam eius & diligenter perlustratam habere. Id si fuerit, facile inueniet primum in ipsa re quiddam commune, in quo cum alijs quae simili sunt natura conueniat. Sumamus exemplo nobis Ius definiendum. Inueniemus primum, ius uim quaedam in se habere cogendi & iussum, unde nomen uidetur traxisse. Itaque erit ius nobis uel placitum uel decretum quoddam. Verum tamen non omne decretum ius erit, nam & domini seruis, & philosophi discipulis decreta edunt, quae tamen ius non uocamus. Cogitemus igitur aliquid, quo ista excludamus. Videmus potestatem quandam esse istis, sed minorem quam ut iura facere possint: addamus ergo esse placitum maioris potestatis, hoc est, uel populi, uel in quem populus potestatem suam transtulit, ut senatus, ut princeps. Quid ergo? Quicquid iusserit princeps, si seruis ut lectum sternant, ut canam instruant, ius erit: non uidetur. sed quod ciuitati iussum est, idque quod ad statum eius tuendum pertinet. Sed neque id quidem ius erit, si uel partem aliquam ciuitatis grauius premat, uel finitimos contra fas naturae gentium uel laedat. Aequum ergo esse oportebit. Circumferamus diligenter oculos, uideamusque, ecquid intra complexum definitionis possit uenire, quod nomine definiti non contineatur. sed & contra quoque, contineatur ne aliquid definito, quod definitio non admittat. quae si non uidebuntur, colligamus iam a capite omnia, dicamusque, Ius est decretum maioris potestatis, ad tuendum ciuitatis statum, ex aequo et bono institutum.

Definiendi  
praecipua.

f ¶ Trada-



¶ Tradamus & aliud exemplum, iuueniſq; quantū poſſumus prima diſcentium ſtudia. Quæramus quid ſit ciuitas. Certum eſt ex hominibus conſtare eam, nec poſſe ex uno tantum homine conſici, itaq; relinquitur multitudinē eſſe, critq; id genus ipſius. Sed multitudo, ſi paſſim uaga, ruri aut in ſyluis agat, ciuitas non erit. idcirco collectā facimus. At ne illa quidem, ſi decem aut centum ſint, ciuitatem efficiant, quoniam eo conduntur ciuitates, ut mutuis ſuccurrere caſibus, communia pericula depellere, utq; ipſi præſidio ſibi & adiumento eſſe ſine expectatione opis externæ poſſint, quod quidem in tali numero contingere non poteſt, neceſſe igitur erit eam eſſe frequentiam, ut ſtatum rerum ſuarum per ſe tueri queat. Iam uero ut ſint quamuis multi, ſed diſſideant animis, non conſulant in commune, non uitę genere conueniant, illam non ciuitatem dicas, ſed hoſtes potius tanquā ſeras unam in caueam coniectos, quapropter uinculo quodam legū cōcordiam ipſorum firmatam eſſe oportet. Quod ſi iam nihil aliud de eſſe nobis putamus, erit nimirum expleta definitio. Dicemus itaq; ciuitatem eſſe multitudinem collectam, ad ſtatum rerum ſuarum tuendum per ſe ſufficientē, quæ conſenſu ſit legum uitęq; coniuncta.

Generalis de  
finiēdi leges.

Sunt autem in ſumma recte definiendi leges, ut definitio neq; plura complectatur q̄ definitum, neq; pauciora, ſed de quocunq; unum dicitur, dicatur & alterum. Deinde, ut quid ſit res, hoc eſt, ſubſtantiam eius explicet. Præter hæc, ut apta, hoc eſt, neq; ambiguus nominibus, quæ in multas ducuntur ſignificationes; neq; obſcuris aut ex longinquo translatis, conſtet. Profuerit ad hanc rem, crebras aliorum definitiones ſoluere, & rationem ſingulorum uerborum exigere, iudiciumq; parare, & uſu tractandæ rei uiam nobis patefacere. Iuuabit etiā notas res atq; explicatu faciles definire, quod ſi diligenter & cum ratione

tione

tione fiat, paulatim & difficiliorem ſpes erit. Vtilis eſt hæc definiendi ratio, cum propter rerum cognitionem, quæ definitione explicata mirum eſt quo pacto uelut certum quoddam ſignum deſtinandarum cogitationum proponant animo. tum quod parat autoritatē differenti. Neq; em̄ melius rem noſcere uidetur, q̄ qui quid ea ſit breuiter & apte poſſit explicare. Verum de definitione hæcenus.

SCHOLIA IN CAPVT V.

**E**A eſt oratio, quæ quid ſit res explicatur. Sic Cicerō ad brutum: Siquidē definitio eſt oratio, quæ quid ſit id de quo agitur, oſtendit quā breuiſſime. Et in primo de oratore: Eſt enim definitio (inquit) rerum carū, quæ ſunt eius rei proprie, quæ definire uolumus, breuis & aſcripta quædam explicatio. ¶ Conuenitq; inter omnes, conſiā eam debere ex genere & differentiā. ¶ Præſtiterit ſanē ex genere & differentiā eā conſiā, modo ea ſemper aſint ad manum, ſintq; eius modi, ut per ea res commodè explicari poſſit. Quod ſi non ſit, longe præſtabilius fuerit, per cauſas, per euenta, per accidentia, aut alia queuis rem diluade explicare, quā per genus & differentiā definire obſcurius. ¶ Genus eſt quod. ¶ Hæc definitio generis parum probat Laurētius, propterea q̄ interroganti quid ſit res, tota reſpondenda ſit definitio, non ſolum genus: modō ſatis ſciare uelimus interroganti, neq; dimidiatam dare reſponſionem. Atq; eſt ſanē aliquid quod opponit Laurentius, neq; mihi in præſentia ſatis ſuccurrit, quo modo id quod obijatur poſſit dilui, niſi dicere auſis, aliud eſſe reſpondere bene, aliud totam interrogationem abſoluere. Quæ de re alio quodā in loco ita ad uerbum ſcribit Rodolphus. Quod diamus autem, queſtionem generis eſſe interrogationi quid eſt incluſam, id uerum eſt, quoniam bene reſpondetur, quid eſt homo? eſt animal: ueruntamen non ſic, ut totam interrogationem abſoluat, niſi addideris enim differentiā uel proprium, non uideberis ſatis ſciare queſtionem. Quo ſit, ut cum de ſolo genere queramus, ſolium ſit interrogari, non quid eſt, ſed cuius generis rerum eſt. Ut cuius generis rerum eſt lumen, ſubſtantia ne an accidens? Et ſentire, non quid ſit interrogamus, cū ſciare uolumus, agere ſit an pati: ſed ad quod genus pertineat, actionis ne an paſſionis. Hæc Rodolphus libro ſecundo capite ſeptimo. Verum utcumq; res cadat, nihil eſt quod imputetur Agricolæ, quando nō ipſe, ſed Ariſtoteles huius autor eſt definitionis, apud quem primo τῶν τοπικῶν libro ſic legit. γένος δὲ ἔστι, ὃ κατὰ πλεόνων ἢ διαφερόντων ἑἶναι, ὡς τί ἔστι κατὰ χοροῦ μενον. i. Genus uerò eſt id, quod de pluribus & differentiibus ſpecie, in quid eſt prædicatur. Cicerō x. lib. de oratore genus finit hoc modo. Genus autem id eſt, quod ſui ſimilis commu-

f 2 nione



nione quadam, specie autem differentis, duas aut plures complectitur partes. Quae finitio cum prima fronte uideatur obscurior, breui est explananda exemplo. Virtus est genus quoddam: complectitur enim plures partes, hoc est, species, nempe prudentiam, iustitiam, fortitudinem et temperantiam, quae partes cum comunione quadam generis, sui .i. inter se similes sint, tamen specie differunt. Rursum, genus est animal: duas enim partes complectitur, hominem et brutum, quae partes etsi specie sunt differentes, tamen comunione quadam ipsius generis nulla inter eas est dissimilitudo, quoniam ipsa animalis ratio ex equo conuenit utrisque. Haec uel ita scribenda putauimus, ne quis parum prudens, fidem habeat commentarij istius, qui hodie in hunc Ciceronis librum auferuntur, qui uix diu queat, quam inepte huc explicent locum. **Differentia est propria rei nota.** .i. indiuiduum, signum. Metaphora ducta, opinor, a pecudibus, quibus inuri aut etiam inadi solentur notae quadam, quo faaliter aliae ab alijs dignoscantur. **Quidam hanc definiendi formam.** Horum ex numero et Themistius fuit, et post eum Boetius, id quod ex topiis Boetianis liquere potest. Aristoteles, si exempla eius quae in quinto sunt topicorum libro consideres, proprii uocabulo hoc definiendi genus comprehendisse uidetur. Nisi si quis credat obsistere illud, quod eodem in loco, quiditatem rei, proprio explicari negat. **Descriptio enim.** Hac de re ita Laurentius Valla. Quippe descriptio est qualitatum omnium, quae alia rei assunt, et eiusdem actionum explicatio. Quam sententiam et Ciceronis uerba confirmant in partitionibus: ubi non dubium (inquit) est id quidem, quod definitio genere declaratur et proprietate quadam, aut etiam communium frequentia, ex quibus proprium quod sit elucet. Sed quoniam de proprijs oritur quandoque magna dissensio, definiendum est saepe ex contrarijs, saepe etiam ex dissimilibus, saepe ex paribus. Quamobrem descriptiones quoque sunt in hoc genere saepe aptae, et enumeratio consequentium, in primisque commouet explicatio uocabuli et nominis. Vides hic finitionis uocabulum sumi tam late, ut completatur et eam definiendi rationem, cui descriptionis nomen dedit Boetius: et praeterea descriptionem uelut diuersum quiddam adiungit, quod et in topiis faat. Idem tamen alijs quibusdam in locis nomen descriptionis aperte pro definitione posuit: ut primo libro de oratore, ubi hunc in modum loquitur Antonius. Philosophi denique ipsius, qui de sua uel ac sapientia, unus omnia penes proficitur, est tamen quaedam descriptio et cetera. Quo in loco descriptionem pro finitione poni, nemo negabit, nisi qui locum ipsum nunquam uiderit. **Tradere ulla inueniende definitionis praecipua.** Quam rationem colligenda definitionis affert Rodolphus, eam est mutatus ex topiis Ciceronis, cuius equidem uerba non grauatus fuisset ascribere, nisi liber uulgo esset in manibus. **Ius est decretum.** A Celso iureconsulto ius definitur hoc modo. Ius est ars boni et equi. ff. de iustitia et iure. Cicerone de oratore. Ius (inquit) est legitima atque iustitia in rebus a iustisque animi aequalitatis

Descriptio

tis conseruatio. **Sunt autem in summa.** Quaeque definiendi leges traduntur, huc spectant, ut conuertatur definitio cum eo quod definitur, et naturam eius commode explicet. Eam legem quisquis non uiolarit, hunc securum esse iussero legum reliquarum.

**Generis et speciei uocabulis quomodo sit hic usus.** Cap. VI.

**G**enus, species, differentia, quid sint, praediximus. Illud quod ad nomen generis et speciei pertinet, non ab re fuerit annotasse, eos, qui exactius ista distinguunt, addere istis indiuiduum. Ut sit genus quod in quid de pluribus specie differentibus: species, quae de pluribus numero differentibus: indiuiduum, quod de solo uno dicatur. Ut animal de homine, de boue, de leone dicitur. Homino de Scipione, Cicerone, Catone, Cato de se solo Catone. Quamquam autem et Censorius Cato et Uticensis, uterque Catones dicantur, illud non fit propter communem in ipsis speciem: propter hanc enim homines dicuntur, non Catones, sed ob solam nominum similitudinem. Res quidem hoc pacto se habet, sed quod ad speciem attinet, ea indiuiduis comparata, hoc nomine forte parum apte notatur. Speciei namque nomen istud, sola comparatione ad genus uidetur inditum: dictamque speciem esse, uel (ut Cicero maluit) formam, quod confusum et informe genus expoliret, et specieiendum (sic enim ueteres loquebantur) nobis exhiberet. Indiuiduis autem comparata, non iam speciei retinet, sed generis potius accipit faciem. Ad argumentandi rationem, nihil propemodum differre uidentur, genus et species, species et indiuiduum. Quemadmodum enim si omne animal currit, hominem necesse est currere, et si homo non currit, aliquod animal non currit: sic etiam, si omnis homo currit, Ciceronem necesse est currere, et si currit Cicero, necesse est aliquem hominem currere. Nobis ergo, ne in ter dicendum cogamur subinde sine ullo usu perturbare nomina, uo-

Indiuiduum

Speciem indiuiduis collatae speciei ratione amittere

Hae uerba in alijs exemplaribus omisa sunt, uerum in exemplari manu Rodolphi scripto inueniuntur.



Quomodo hic  
usus sit no-  
mine generis  
& speciei

centur promiscue in locis recēdendis genus, quod de pluribus prædicat in quibus; & species, illa de quibus id prædicat. Sed genus quæadmodum de speciebus dicitur, sic etiā diuiditur in eas. Diuiditur autē adiectione differentiæ. Animal enim rationali & irrationali assumpto, in hominem & brutum. Et differentiā uerarum (ut superius diximus) quæ propemodum egeni sumus, consiliū (quod in inopia fieri solet) oportet ex necessitate sumamus: ut quæadmodum in definiendo, sic in diuidendo, aliquid quod locum ipsarum expleat, mutuemur. Ut si diuidere brutum uelimus, dicamus aliud in terra, aliud in aere, aliud in aqua uitā ducere. Vel itē dicamus, bruta omnia aut natare, aut uolare, aut ingredi, aut reperere.

## SCHOLIA IN CAPVT VI.

Genus

Genus, species, differentia.) Quæ hoc capite dicantur, huc tendunt, uocabulo generis hic utendum esse tam late, ut quicquid de pluribus, siue species siue numero solo diuersis, in quid prædicatur generis nomen recipiat: speciem uero dicta, de quoquoque; genus sic sumptum prædicatur, siue illud reuera species sit, siue etiam indiuiduum. Sed quod speciem attinet.) Species, inquit, tum demum species dicenda est, cum refertur ad genus: nam indiuiduis collata, rationem speciei amittit, & similitudinem quandam induit generis. Vel ut Ciceronis hac de re uerba inuenies libri huius capite nono. ubi agitur de discrimine totius & generis, formarum & partium.

Species

Quid diuisio, quæ eius utilitas, qua lege & quot modis fiat, cum alijs quibusdam. Cap. VII.

Diuidendi uti-  
litas triplex

quia diuisionis locus nos admonet, quid sit ipsa & quo pacto tractanda exequamur. Per quā utilis enim est diuidendi ratio, tum ad rei quæ diuiditur naturā demonstrandā (proximū enim est, ut cum quid sit unum quodque dixeris, deinde quæ triplex sit ostēdas, tum ad definiendū, definire namque non aliud uidetur, quam ex genere per differentiās diuiso, in speciem descendere. Præcipue uero ad differēdi orationisque copiā, ut unū aliquid quod multa ambitu suo cōplectitur, in partes

partes spargas. late enim funditur, quemadmodum multa si in unum colligas, in angustum aguntur. Diuisio igitur est generis in species per differentiās dūductio. Placuitque omnem diuisionē duabus differentijs ediuerso positis debere perfici. Deinde, ut repugnēt eę differentijs, hoc est, ut nequaquam in idē conuenire possint. Postremo, ut quicquid in genere continetur, id totū differentiæ explicent. Aequa quidē lex, sed difficilis obseruatio. Et corpus sane partem & inanimū diuidi hoc pacto uidetur. Animal etiam per rationale & irrationale. Sed contingit, ut uideantur sub uno genere multæ esse species. Vbi ergo diuidere id uolumus, capimus unius alicuius speciei differentiā, deinde aliarum specierum, quæ unam aliquam cōmunem differentiā non inuenimus, circumimus ipsam differentiæ alterius negatione, quæadmodum in diuisione animalis uidemus fieri. Irrationale enim non nisi negationē rationalis explicat, quam obrem uera differentia esse non potest: cum omnis species ex differentiā constituatur: nihil autē constituitur ex negatione. Labascit ergo continuo uera illa diuidendi lex. Deinde cuius felicitatis est, ut uel prior differentia uera sit, quādo uel pauca, uel plane nullas esse ueras in cōfesso est: Ergo & hanc uel quæcumque datur arcessimus, fitque ut altera non sit uera, altera nullo modo differentia sit; appareatque multo ista dici speciosius, quam rectius posse obseruari. Accedit istis, quod cum unā fortasse differentiā aliquo modo eloquamur, ut sit uerbi causa uolabile, & speciem quoque inuenimus, quæ est ediuerso, quorundam cum differentiā aliquā inueniamus, de sit speciei nomē. ut bipes esse, animalis sit differentia fortasse, nullā tamē ei speciem tribuere possis. Sic & piscis nota est species, in reddenda differentia fortasse laboretur. Nobis sicut primum esset, & uoto forsitan optandum, ut legitimis duabus differentijs diuideremus,

Diuisio quid

diuidendi lex  
parum firma.Prima causa  
aut hæc lex non  
semper obseruari  
possit

Secunda

Tertia

Certa lex di-  
uidendi,

ita



ita proximum erit, ut qualibuscunq; duabus tamen: sin minus poterimus duabus, at quotcunq; poterimus diuidamus, dummodo uniuersam, eius quod diuiditur, complectamur latitudinem, quam obrẽ non per ea modo quæ in substantia eius sunt quod diuiditur, sed per omnes locos qui circa, quicq; extra substantiam sunt, ducitur diuisio.

*Diuidendi ratio prima.* ¶ Sane eorum quæ in substantia sunt, aptissima per quã diuidatur est forma, quod ea perfectæ differentia origo est. Nam corporum, aliud animatum est, aliud expers animæ, hæc ex forma ducta est diuisio.

2 ¶ Deinde proxima, quæ ex materia ducitur, Vt arborum, aliæ ex femine sunt, aliæ sponte nascuntur. ¶ Hinc iam ab adiacentibus accipitur, Vt animalium, aliud mansuetum, aliud ferum. ¶ Et contra quoq; diuiduntur adiacentia in ea quibus adiacent, Vt feritas, alia serpentis, alia auis, alia reliquarum belluarum est. ¶ Et per actus fit diuisio, Vt hominum, alius studio, alius lucro, alius uoluptati operam dat.

6 ¶ Et per efficientia, Vt animalium, aliud parētis efficacia, aliud calore solis, aliud putrefactione gignitur. ¶ Et per effecta, Vt animalium,

8 aliud foetum, aliud ouum, aliud uermem parit. ¶ Et ex fine, Vt rerum domesticarum, aliæ ad necessitatem, aliæ ad uoluptatẽ, aliæ ad usum pertinent. ¶ Contra quoq; ex ijs quæ ad finem pertinent, Vt opum parandarum causa, alij iustam operam nauant, alij scenerantur, alij

10 uirapiunt, alij fraude subducunt. ¶ Iam uero, animalium aliud terra,

11 aliud mari degit: ex loco est. ¶ Et flores, aut hyberni sunt, aut uerni, aut æstiuu, aut autumnales: ex tempore est. ¶ Et homines, alij serui

13 sunt, alij domini, alij neutrum: ex connexis sumitur. ¶ Contingentia etiam diuisioni conueniunt: ut musicorum, quidam literas sciunt, quidam ignorant. ¶ Et pronuntiata, ut quidam hominum laudati sunt,

14 quidam uituperati, quidam silentio latent. ¶ Attulerit etiam aliquid

compa-

comparatio, ut populares, quidam infra regẽ sunt opibus, aliqui patres, nonnulli superiores. ¶ Et a similibus diuisionem exprefferimus: 16 ut aliorum uitæ propositum, industria formicam imitatur, aliorum segnicies similis est muscis.

¶ Opposita & differentia prorsus a diuidendi ratione abhorret. Ne Per quos locos diuisio ducatur non possit. cesse est enim, ut quicquid diuiditur, de ijs prædicetur in quæ diuisum est. Nihil autem de his quæ repugnant sibi prædicatur: quo fit, ut ne diuidi quidem possit per ea quæ sibi repugnant. ¶ Nomen rei prætere

rii, quoniã parum accommodatum credidi diuisioni. Quamquam fuerunt, qui facerent diuisionem eius in res significatas. Vt taurum diuiderent in domesticum animal, & fidus, & montem. Quod quara ratione diuisionem appellent non uideo, cum id uel ratio loquendi coguat. Nec enim quisquam tam ineptus sit, ut dicat taurorum, alius animal, alius fidus, alius mons est. Similiter longe minus diuisio est rei in nomina. Vt non patiar, non feram, non sinam. Nisi quis diuisionem etiam putet esse, Anna soror, soror Anna. cū hic quemadmodum & illic, idẽ diuerso sono, quanq̃ non uerborum, constructionis tamen, repetatur. ¶ Diducitur tamen unum, & in multa explicatur.

¶ Diducitur quidem, sed non ita, ut id diuisio uocari possit. Neq; enim ignorandum nobis est, posse tripliciter aliquid quod unum sit, in plura diduci. Diuisione, quæ quomodo fiat, diximus. Partitione, quam mox dicemus. Et enumeratione, Ea fit, quoties multa, quæ uni alicui insunt, recensemus, ut cum dicimus, Cicero eloquens fuit, & prudẽs, & uindex appetitæ dominationis: & reliqua: quæ in immensum extendi possunt. Certum est non diuidi in ista Ciceronem, quoniam Cicero indiuiduus est, nec partes etiam esse Ciceronis ista. Enumeratio ergo est multorum, quæ ad unum aliquod rediguntur. Hoc pa-

g cto



cto & multa unius uerbi significata, et unius rei nomina, non diuidēdo diducimus, sed enumerando recensemus. ¶ Nonnulli arcūs admodum finibus clauerunt totam hanc rationem diuidendī, ut omnem diuisionem quae non fit per ea quae in substantia sunt, dicerēt, aut subiecti eē in accidētia, aut accidētis in subiecta, aut accidētis i accidētia. Liberū est & suum cuiq; iudicium. Mihi uisum est quācopiosissime possem aperire rem istam, quoniam usus eius late patet. Nec ignoro, posse eis quorum auris non sint ijs audiendis imbutae, uideri rē perplexiorem esse, quod tamen, quamuis exigua animi intētio, molliet: modo non pigeat tantisper subsidium petere a communi studio rū artifice labore, fructus certe laborum, quod affirmare ausim, non poenitebit.

## SCHOLIA IN CAPVT VII

Diuisio utilis.

PER quam utilis est enim diuidendi ratio. Ad tria ait imprimis conducere diuisionem, ad plene cognoscendam rē eam quae diuiditur, ad apte definiendū, ad discernendi orationisq; copiam. ¶ Diuisio igitur est generis in species. Astrictius capit nomen diuisionis quam alij solent. Quae de re plura cap. nono, quae loca cum legas oportet, modo hunc uelis plene intelligere. ¶ Placuitq; omnem diuisionem. Tris affert causas, quomobrem non semper duabus inter se pugnantibus differentijs diuisio possit absolui. Primam, quae nullius penē generis utraq; nobis differentia sit cognita, sed alteram negatione serē exprimamus: alteram quod in plerisq; ne altera quidem illa, quae affirmatione affertur, uera est differentia: postremam, quod saepe differentia inuenta, ignota adhuc est species: & rursum nota specie, differentia tamen manet incognita. ¶ Deinde cuius felicitatis est. Rare inquit & maxime cuiusdam felicitatis est, si uel prior illa quam affirmatione exprimumus, uera sit differentia, propterea quae uel pauca uel nullas potius ueras esse constat, tunc abest, ut cognitam habeamus utraq; Sic Cicerō in Antonium. Et quidem cuius temperantiae fuit, de M. Antonio querentem, abstinere maledicto? ¶ Ut arborum alie. Plinius libri de amplexu capite trigesimo tertio. Arbores inquit quas natura debeamus, tribus modis nascuntur, sponte, semine, aut ab radice. ¶ Animalium aliud mansuetum. Aristoteles nono libro de animalibus. ¶ Aliud fetum, aliud ouum. De animalibus libro primo. ¶ Aliud terra, aliud mari degit. Rursum primo libro de natura animalium. ¶ Nomen rei praeterij.

Hanc

Hanc hodie uocant diuisionem uocis in significata, cuius sententiae autorem laudant Boetium. Eius ego hac de re uerba subieci. Est enim, inquit, diuisio generis i species, est rursus diuisio cum totum in proprias diuiditur partes: est alia, cum uox significans multa, in significationes proprias recipit sectionem. Ex his tribus diuidendi generibus, Rodolphus solum primum illud diuisionem appellat, alterum partitionem, enumerationem tertium. Georgius Trapezuntius postremum hoc distinctionem uocat, reliqua duo iisdem nominibus quibus Rodolphus, ¶ Non patiar, non feram, non sinam. Verba sunt Ciceronis in Catilinam, ¶ Anna soror. Dido apud Vergiliū: Anna soror, quae me suspensam in somnia terrent. ¶ Partitionem, quam mox dicemus. Capite nono.

¶ Quid Aristoteles proprij nomine designauerit. Quot eius acceptiones enumerat Porphyrius. Et quomodo hic eius nomine utendum. Caput VIII.



Aristoteles proprium uocauit, quicquid omni & soli inesset & semper. Ut fit homini proprium, natum esse ridere. Omni enim inest homini, & soli inest, et semper homini natus est ridere. Diuisitq; in definitionē, & id quod communi nomine (quoniam aliud non suppetebat) proprium dixit. Eodemq; proprij nomine complexus est differentia, Sane differentia, quod ipsum nomen praese fert, dicitur commodius, quoties generi quod diuidit comparatur. Rationali eū & irrationali, animal ab animali differt. Aut quoties species cui definiendae adhibetur, reliquis confertur speciebus ab illa differentibus. Suae enim speciei comparata, cuius substantiae pars est, rectius proprium dicitur, q̄ differentia. Nec ego istud sic accipi uelim, tanquam idem putem esse differentiam, & id quod propriam passionem (quae quid sit, & quo pacto a differentia distet, persequi nō nostri est instituti, nec enim satis de eo conuenit omnibus) sed ut ostendam placere mihi, in praesentia dici proprium, quo pacto Aristoteles uoluit, quicquid de eo cui id proprium esse uolumus, conuersim dicitur, ut quemadmodum dico, omnis homo est, capax disciplinae, sic dicam, omne capax disciplinae est homo; & sicut

Ab Arist. proprio nomine comprehenditur differentiam.



omnis uoluptas est expetenda, sic, omne expetendum est uirtus.

Propriū quā-  
drifariam diā  
secūdu Porp.

¶ Porphyrius in Isagoge quadrupliciter dixit proprium dici. Quan-  
doq; enim quod soli inest & non omni, ut nautam esse uel musicum  
homini, nihil enim praeter hominem dici potest nauta uel musicus,  
nec omnis tamen homo nauta uel musicus dicitur. Quandoq; quod  
inest omni & non soli, ut uiuere omni inest homini, sed non soli, nā &  
omnia animalia & plantae uiuere dicuntur. Tertio, quod inest o-  
mni, soli, sed nō semper, ut caluescere homini, quod non nisi senio cō-  
tingit. Quarto, quod omni soli & semper inest, ut erudibilem esse  
homini, de solo enim & de omni & semper dicitur, idque uere est &  
exacte proprium, quo modo & nos hoc loco accipi proprium uolu-  
mus. ¶ Quoniam autem (ut praediximus) in reddenda sua cuiq; rei  
differentia laboramus, propriam scilicet passionem, quam uulgo pro-  
prii significamus nomine, quoniam differentiae nomen usus a pro-  
prio secreuit, eam in locum differentiae subdimus, & eam quoq; si p  
arbitrio & ubicunq; res posceret, paratam et ad manum haberemus,  
esset quaecunq; quidem, sed aliquid tñ, minus enim in definiendis di-  
stinguendisq; fluctuaremus rebus. Nunc pro differentia ponimus  
Proprium, neq; id unum, aut satis firmum, aut certum, sed saepe ex  
multis collectum, & tum quoq; ambiguum, & anceps. Notum est  
quid Platonī acciderit, qui cum diligenter hominis proprium reddi

Infulsus Dio-  
genis in Plato-  
nem iocus.  
Immo sal-  
ustimus  
aduersus  
infulsam  
definitionē

dille uideretur, bipedem esse & implumem, & definiret hominem  
esse animal bipes implume, Diogenes Cynicus gallinaceum, cui dē-  
pserat plumas, in auditorium illius proiciens: hic est (inquit) homo  
Platonis. Ergo (ut dicimus) nobis proprium cui hunc locum tribui-  
mus, sit illud, quod quarta huius nominis significatione Porphyrius  
posuit. Idq; siue differentia sit, siue passio, uel suis posita nominibus,  
uel

uel dicendi circuitu explicata, non multum refert. Reliqua quae alijs  
proprijs modis cōprehensa sunt, iter adiacētia aut actus numerabūnt.

SCHOLIA IN CAPVT VIII.

**E**odemq; proprii nomine complexus est & differentiam. ) Mirum uideri  
possit, quo modo dicat Rodolphus, differentiam proprii nomine ab Aristote-  
le comprehensam fuisse, cum ille generi eam adiungendam esse confirmet. Verba  
eius haec sunt. Πᾶσι δὲ πρότασις ἢ πᾶσι προβλήματα, ἢ γένος, ἢ ἰσότης, ἢ συμπε-  
ρασματὶ δίκαιοι. καὶ γὰρ τῆς διαφορᾶς ὡς ὅσον γενικῆς, ὁμοῦ ἔστι γένος τα-  
τέου. Omnis, inquit, propositio atq; omne problema, aut genus, aut proprium,  
aut accidens indicat. Etenim differentia, generalis cum sit, cum genere colloari debe-  
bit. Non ne clam est, esse qui dicant Aristotelem de ea modo differentia loqui, quā  
nostri isti uocant genericam, qui fortasse dicent aliquid, si apud Aristotelem scri-  
ptum sic foret. καὶ γὰρ τῆς διαφορᾶς τῆς γενικῆς, ὁμοῦ ἔστι γένος τατέου, ut  
repetitus articulus scerneret hanc ab ea quam specificam nominant. Nunc illud,  
propius ad rem nostram ὡς ἔστω, plane indicat, nullam distinctionem subesse in  
uerbis eius. Quam illud interim uideo à quibusdam uerti in dubium, sit ne diffe-  
rentia ulla, quae cum specie infima conuertatur. Sanè Boetius hac in re uariis est,  
ut qui in isagogen porphyriam scribens, ait differentiam nunq; de una sola  
specie praedicari: contra in categorijs Aristotelicis, dicit quasdam esse differentias,  
quae non nisi de una sola specie praedantur: quod autem in definitione differentiae  
dicitur, praedicari eam de pluribus differentibus specie, id non ita accipiendum esse,  
quasi semper fiat, sed quod frequentius. Mihi posterior haec sententia magis arri-  
det, quā & natura ipsa rerum ueriorum esse conuēt. Etenim si genus uniuersumq;  
in species per differentias diuiditur, quis non uideat differentias generis eius, quod  
proximum infimae speciei est, cum sua quanc; specie oportere conuerti? Sed haec πᾶ-  
σι γὰρ. Illud propius ad rem nostram. Si Aristoteles eo quem atauimus loco, de ge-  
nerali tantum differentia locutus est, cui igitur praedicato subiacemus eam, quae spe-  
cifici dicitur? Alexander Aphrodisiacus, Quare, inquit, differentia genericam dicitur?  
Quia in substantia eius est de quo praedicatur, quemadmodum & genus: & q; ambo  
implent ac persciunt essentia uniuersamq; eorum quorum sunt propria: tum etiā  
q; in pluribus inest & ipsa: & de pluribus specie differentibus praedicatur: neq;  
enim aliud quicquam interest inter genus & differentiam, nisi q; differentia nō  
praedicatur in quid est. Haecenus ille. Ex his utiq; duae illae rationes quae primo po-  
nuntur loco, de quauis differentia intelligi possunt: Tertiam eo intellectu ego acci-  
pio, quo Boetius differentiae finitionem, quod si reapiatur, nihil obstabit, quo mi-  
nus de omni differentia intelligenda sint uerba Aristotelis. Sed quid haec ad Ro-

Differentia an  
iungenda sit  
proprio.

In cōmētarijs  
quos edidit in  
Topica Ari-  
stotelis.



dolphum, qui nō generi sed proprio differentiā ait iunctam esse ab aristotele? Quid dicemus? An hoc fortassis, quod continuo ipse, quanquam aliud agens, subiungit, duobus modis differentiā comparari posse: primum generi, atq; hac ratione proprie diā differentiā, & cum genere coniungendam esse. Deinde speciei suae, quā cū genere sumpta constituit: quo pacto non tam differentiā quā propriū appellari debere, ac proinde propriū quoq; appellatione cōprehensam. Cui sententiā suffragatur & ratio. Nam autore Aristotele ipso, quicquid conuersim de re praedicatur, id aut definitio est, aut proprium: differentiā conuersim praedicatur de sua specie, et definitio eius nō est, erit itaq; propriū. Fabius tamen Quintilianus libro quinto, eam modo differentiā appellat, quae cum re non conuertitur: quae autem conuertuntur, ea propria uocat. (Vt aluescere homini.) Aristoteles quinto libro de generatione animalium, solos uiros scribit aluescere, non etiam semina.

Homo qua ratione à Platone dēdus. Neq; enim à Platone implume animal dicitur, quod utanq; plumis nudatū ne implume a est, sed cui natura plumas non dedit.

Genus & species, quomodo cum toto & partibus conueniant, quomodo rursus distent. Quae discrimina partium. Quid materia. Quid forma. Caput IX.

Quō conueniant, & quo rursus modo discrepent genus & totum, species & partes

**T**otum & partes sequuntur, quorum nonnunquam cum genere & specie confunduntur nomina, ut genus totū, species partes uocemus, & diuisionem partitionemq; inuicē alteram pro altera accipiamus. Sed iam quid inter res interfit querenti, etiam ipsa distinguenda sunt nomina. Et simile fortasse quiddam habent, quod quemadmodum genus species suas comprehendit, ita totum intra se partes suas complectitur. Sed hoc differunt, quod quemadmodum genus ad constituendam singularū specierum substantiā adfit oportet, sic totum non singularum partium substantiā constituit. Praeterea enim, ut interierit totum, permanere tamē possunt. Et contra, quemadmodum ad conficiendam totius substantiā, unamquamque partium est adhiberi necesse: sic ad explendam generis substantiā, non utiq; unamquamque speciem adesse natura illius exposcit. Praeter hoc quoque, genus de speciebus suis affirmatur, totum de partibus nequaquam.

quaquam. Quam enim & carnis partes, carnem: & ligni, lignū esse dicamus, non tamen uel ea caro, uel id lignum sunt, cuius sunt partes. Acute itaq; ut omnia, & breuiter Quintilianus ista distinxit, ita definiens, Diuisio est plurium rerum in singulas: partitio, singularum in partes discretio.

Partium autem & proinde totius etiam non una est ratio. Quaedam pertinent ad substantiam, Quaedam ex quantitate nomen habent, Quaedam uirtutis sunt atq; efficaciae cuiusdam. Substantiae sunt, ut paries domus est pars, ligna nauis. Quatitatis, ut in ijs quae extēsa sunt, pedale, bipedale, tripedale. dicimus enim decempedalis rei partes. & in tempore, praeteritum, instans, futurum, et in numeris, denarij sunt partes, unum, duo, tria, quatuor. Virtutis autem sunt partes, quemadmodum dicimus plus roboris Achilli fuisse quam Aiāci, & duplo plus luminis soli esse quam lunae. Sic quoque animae quatuor partes facimus, uiuificandi, sentiendi, mouendi, & intelligendi. Eae uero quae substantiae sunt partes, aliae de proximo substantiam constituunt, ut sunt materia & forma, qualia sunt in homine corpus et animus, in arbore uita & lignum. quarum huiusmodi cōditio est, ut si qua partium desit, non esse res, non tueri nomen suum possit. Alię ad integritatem rei explendam pertinent, quarum nonnullae deesse rei queant, ut non intercidat, ut pedes, manus, caput, hominis sunt partes. nam pedes aut manus deesse homini possunt, ut quāquam uel mutilus uel mancus, homo tamen fit & dicitur. Atque eae quidem, ut breuiter dicatur, constitutae rei sunt partes, illae constituendae. Est & alia quaedam partium differentia, quod haec quidem eiusdem sunt generis, quas ὁμογενεῖς Graeci uocant, nos cognatas dicere possumus. Ut partes ligni omnes sunt lignum, partes lapidis lapis. Haec rursus, ἕτερογενεῖς, hoc est (ut ita dicamus

Cavillum

Partitio  
Diuisio

Partium diuisio prima



mus) multigenae, quae non in idem genus ueniunt. ut partes domus, ligna et lapides, non sunt domus, partes hominis, carnes, nerui, ossa, quae sunt istis similes, non sunt homo. ¶ Sed materia & forma, quia haec uel maxime omnium praecipuae sunt partes, exactius explicare ad physicum pertinuerit, nos satis habebimus, quonia crebro per os redit mentio earum, quomodo cunctae datur, pingui (quod aiunt) minerua ipsas indicare. ¶ Materia ergo est subiectum ex quo aliquid generatur primum, & in quod corrumpitur ultimum. Itaque ipsa nec generari potest, nec corrumpi. Forma est modus quidam materiae, quo sibi contingit, ut huius uel illius speciei capiat nomen. Volenti igitur scire cuiusmodi res sit materia, hoc pacto proximam rimari. Demus in exemplum hominem. Semoueamus intellectu animam. Facile id quidem est, quod quotidianae nos mortis conspectus docet. Difficiliora sunt quae sequuntur. Separemus tamen intellectu omnem colorem, deinde omnem habitudinem corporis, ut est calor, frigus, durum, molle, & reliqua id genus. Deinde figuram, ut quod diductos habeat pedes, quod distentus in brachia est, quod in caput erectus. Postremo omnem magnitudinis modum mensuramque demamus. Id quod iam reliqui habemus, materia est. ¶ Dices fortasse, nihil uideo relictum, nec tale quicquam concipere possum animo, quod omnibus istis priuatum sit. Dabo ut concipi possit. Est uidere in monumentis operosius extructis, in quibus conditum sit corpus aliquod, tandem temporis diuturnitate nihil praeter pulueres terraeque remanere. & hoc idem quod homo fuit (ut loquimur) terra est. Certumque est quiddam ibi esse, quod ante humanitatis habuit in se speciem, idque ipsum terrae iam faciem habere, et posse ipsum postea quandoque, uel igne excoctum in lapidem durefcere, uel in herbas excultum uirefcere, uel aliam quamuis naturae

Materia quid sit

Forma quid

Quomodo rimari queamus quid sit materia

naturae formam accipere. Vides item non colorem, non figuram, non ullam habitudinem corporis, quae conspici tangiue possit, eandem, quam prius esse. Ergo perpetuum illud, quod prius homo, postea terra est, in aperto est, nihil esse eorum quae tangi cerniue possunt, cum hoc manserit, illa cuncta interciderint. Solidum itaque illud & omnibus iactionibus permutationibusque rerum naturae expositum, ipsum immutatum, est materia uera illa & quam primam uocant. Quod uero carne & ossa hominis uocamus materiam, et lapides atque ligna domus, similitudine quadam dicimus. ¶ At forma est in hoc assumpto corpore, quemadmodum cum homo fuit, anima (ex ea enim habuit, quod homo erat.) ita iam cum mutatum est in terram, id a quo habet quod terra est. Sic & si deinde solidetur in lapidem, id quo lapis est, si in aqua diluatur, id quo aqua erit, erit & forma ipsius. Cerni ista non possunt, concipi tamen posse, non quidem qualia sunt, sed quod aliquid sint, inspecto est, & materiam semper manere, formam uero aliam alia fluctuum in morem continenter appellari, & nouam ab ipsa rebus subinde faciem afferri. ¶ Dicitur & aliter materia, id quod negotio alicui propositum est, circa quod elaboret, ut materiam infamiae dicimus impudicitiam, sic & uirtutem materiam laudis; & curarum materiam, & libri, & studiorum dicimus. Sed nos quoque nimis longo materiae tractatu, fastidio materiam praebeamus, pergamus ad reliqua.

## SCHOLIA IN CAPVT IX

Totum & partes sequuntur. Quo & hunc locum & superiorem illum de speae planius intelligamus, ascribenda uidentur uerba Claronis in topiis. Quid intersit inter diuisionem et partitionem. Ea sic habent. Partitionum autem & diuisionum genus quale esset ostendimus. Sed quid inter se differant, planius dicendum est. In partitione quasi membra sunt: ut corpus, caput, humeri, manus, latera, crura, pedes, et caetera. In diuisione for-

Quid intersit inter diuisionem et partitionem.

h mae



Spēs seu for = ma: quas gr̄āā id̄ uocant, nostri, si qui fortē hęc tractant, spēas appellat, non pēstine id quidem, sed inutiliter, ad mutandos casus in dicendo. Nolim enim, ne si latine quidem diā possit, spēcerum & spēabus dicere: & sepe his casibus utendū est. at formis & formarum uelim. Cum autem utroq; uerbo idem significatur, com moditate in dicendo non arbitror negligendam. Et in eodem rursus libro: For =

Inter formas mas qui putat idem esse quod partes, confundit artem, & similitudine quadam con turbat, & non satis acute, quę sunt scernenda, distinguit. Hęc in topiās. Verum & partes qd interfit. is ipse, qui hic tā soliate formas scernit à partibus, in libris de oratore ipse for = mas seu spēas, partes appellat. ¶ Acute itaq; Quintilianus lib. septimo: Sit igitur, inquit, ut supra significauī, Diuisio rerum plurium in singulas, partitio sin gularum in partes discretus ordo, et recta quaedam collocatio, prioribus sequentiā annectens. Et superius libro quinto de Cicerone loquens: Diuisione autem adiunta ri, inquit, finitionem docet, eamq; differre à partitione, q; hęc sit totius in partes, illa generis in formas. ¶ Et in tempore. Instans pręteritum & futurum, mihi ad substantiam temporis magis quàm ad quantitatem pertinere uidentur. ¶ Materia est subiectum. Sic in physicis Aristoteles. ¶ Forma est. Oppido quàm elegā ter formam definit. Vt autem satis fiat & rudioribus, explanationis causa trūcis ille ficulnus apud Horatiū in exemplum sumatur. Is ergo trunus, quàm diu rude & inutile erat lignum, neq; scammī neq; priapi nomen habebat, erat tamen utri =

Forma  
Olim trunus  
eram ficulnus  
Satyra. 8.

usuis harum appellationū capax. Vnde ergo, ut priapus postea diceretur, non sca mmus? nimirum ex delineatione illa quàm à fabro acceperat. Atq; hęc delinea tio, hęc expolitio, hic modus, ita à fabro ei trūco additus, forma illius priapi e rat. Eundem in modum, sutor ex eodem corio, uel peronem, uel sandalium, uel cothurnū potest efficiere. Quod itaq; ad materiā, hoc est, ad corium attinet, nullū ei horū nominiū competit, potest aut unūquoduis competere. Qui ergo sit, ut po stea opere pfecto, unius tantum, non etiā reliquorum nomen accipiat? Mirum ni ex figura ac modo eo, quē addidit ei corio sutor: atq; hic iam modus, uel peronis, uel cothurni, uel sandalij forma dicitur. Itidē res habet in natur alibus. Quod li gnū est fit arbo, fit deinde anis. Materia eadē, forma diuersa: quā & nomina di uersa sequuntur. Vides ergo opinor, formam esse, à qua res habet, uti huius aut illius spēaci nomen accipiat. ¶ Quod uero carnem. Caro, ossa, lapides, ligna, ferrū, aurum, argentum, proprie an similitudine quadam materię nomen sorti an tur, id iam non disputo. Hoc scō, usitati esse genus sermonis, ut argenteę patinę materiā dicamus esse argentum: aureę, aurum: stannę stannum: atq; item in cete ris. Et quod ad inuentionem pertinet argumentorū, probe in hęc omnia materię uocabulum competit: quōdā hoc certe loco, quęcunq; eius generis sunt, ea hoc no mine non inepte significari possunt. ¶ At forma est. Quemadmodum hominis,

inquit

inquit, forma est anima, quippe à qua habet ut homo esse dicitur: ita in hoc assum pto corpore, in puluere inquam hoc, in quem transmutatum iam est corpus huma num, forma esse dicitur id à quo habet, q; aut terra aut puluis est. Quod si contin gat eundem hunc puluerem solidari in lapidem, iam priori rursus forma abie cta, illud eius materię forma esse dicitur, cuius aduentu lapidis nomen acceperit.

De coniugatis & eorum usu.

Caput .X.



Ocorum qui in substantia sunt, postremus sunt coniuga ta, quę nomen istud acceperunt, q; ipsa uocis similitudine sub unum sunt iugum deuincta, ut est sub sapientia sapiēs

& sapere, & sub iustitia iustus & iusta. Aristoteles istis addidit quę casus uocauit, Vt sint uerbi causa, coniugata ea, quę cum eo conse runtur, ex quo primum denominatur: quemadmodū diximus. Ca sus uero ea, quę a primo illo decidentia deriuataq; t cum eo ipso cō =

ponuntur, ut sapiens & sapienter, iustusq; & iuste, fortis fortitē. Nos Ciceronem secuti, quando tenui admodum limite discreta sunt ista, cōiugata in commune dicemus, quod nō incōmode fieri posse, Ari stoteles ipse etiam uidetur sensisse. ¶ Sunt autem nonnulla, quorum cōiugata facilius in re intelligas, q; inuenias in nomine, ut uirtutis, ut officij, ut somni, quemadmodū enim a calore calidū, & ab industria indus trium dicimus: & in quocunq; calor est, & industria, hunc cali dum & indus trium uocamus: sic a uirtute quod deducas nomen non facile sit inuenire, nanq; ut a somno somniculosum, & ab officio offi ciosum, sic a uirtute uirtuosum dici, latine loquendi ratio fortasse nō permisit. Vtq; etiam ita loquere, non tamen conueniunt nomina ista nostro instituto, nec enī in quocunq; somnus est somniculosum; nec qui officium quoduis faciat, officiosum: nec uirtuosum dixeris, qui unam aliquam habet uirtutem, itaq; quod ad argumenti inueni endi rationem pertinet, quarendum in talibus est nomen, quod nō idem sonet, sed idem significet. & a uirtute quidem uoces probum, a

Coniugata una de habeant no mina

Casus & con iugata quo di stinguantur

¶ Aiunt quidā exemplar ma nu Rodolphi scriptum ha bere hoc mo do: inter se cō ponitur, &c. Ceterum dein de (nesciunt quam ob rem) locum muta tum.



somno dormientem, ab officio industrium.

Nō ita crebrū  
huius loci esse  
usum, sed ob  
id tamē nō ef-  
se negligendū.

Sane loci istius non tam creber est ad argumentandum quā aliorum plerorūque usus, quando enim a proximo distant coniugata, & nō re modo, sed nomine plerūque arctissime iungunt, ex æquo fere uel nota sunt utraque uel ignota. Fitque, ut frustra altero coniugatorū coneris aduersus eū, quod altere auerſet, aut quicquid alterū det, de altero nō dubitet. Qui enim negat, quisquis bonus uir est, cum foelicem esse; difficulter illi persuaseris hac uia, quod in bonitate sit posita foelicitas, tantum enim laboris in utroque horum sibi approbando sumes: aut quantum assentiatur huic parti, consistere in bonitate foelicitatem, tantum etiā eadem opera de eo, quod omnis uir bonus foelix sit, cōtentionis remittat. Vbi tamen res dederit ut eo uti possimus, non negligendus erit. Quandoque enim acuminis, quandoque uirium multum, quandoque utrumque habebit. Eleganter itaque apud Terentium est, Homo sum, humani nihil alienum a me puto. Inspiciendus ergo locus & pertractandus est. Aliquid forte uel ex seipso, uel quod ad alios locos pertineat, dabit, & quod in altero coniugatorum quærentes nō inuenissemus, illius in altero nos admonebit. Ut qui potentia uel bona uel mala, uel si qua alia infunt perquirere uolet, facilius in nomine potentium & magis ad manum posita consequetur, eorum cum pericula, cautionem, beneuolentiam, inuidiam, uirtutes, scelera, honestos sedosque exitus, aliaque huius conditionis in utraque partem spectauerit. Ad definiendum quoque non nihil profuerit. Apertius enim utcumque ex sapientis persona & actionibus officijque peruideas & eruas quid sit sapientia, quā ex ipso sapientia nomine. Sic & amicitia quid sit, ex amicis, & anima quid sit, ex animatis. & contra etiam, si qua uia altera horū cognita tibi fuerint, facile ad altera definienda regrediare, Eorum autē

autem argumentorum, quæ exempla uocant rhetores, nonnullorum uis ex hoc pendet loco. Nam cum dicat quis, uirtutem sufficere ad tuendam foelicitatem, idque probet, quod in paupertate Curius, in exilio Rutilius, in tormentis Regulus, miseri non fuerint, ista solum ex eo capiunt uim docendi, quod in omnibus istis uirtus fuerit, quodque uiri boni sint habiti, sic si quis regnare malum esse confirmet, doceatque exitu Cyri, Cambyſis, Alexandri, Pyrrhi, in promptu est uidere, hic a regnandi nomine, ad reges orationē esse deflexā.

SCHOLIA IN CAPVT X

Lorum qui in substantia sunt, postremus, sunt coniugata. Boetius topiarum diffinitionum libro secundo: Casus, inquit, est aliauius nominis principalis inflexio in aduerbium, ut à iustitia inflectitur iuste. Casus igitur à iustitia id quod diuinus iuste. Coniugata uero dicuntur, quæ ab eodem diuerso modo deducta fluxerunt. ut à iustitia iustum, iustus. Hæc igitur inter se & cum ipsa iustitia coniugata dicuntur. Aristotelis disputatio de coniugatis, etsi obscurissima est, tamē huc spectare mihi uidetur: ut quæcumque ab uno aliquo principali nomine fluunt, ea omnia unā cum nomine illo principali coniugata dicuntur: ut sapientia, sapiens, sapere, sapienter. Casus uero, sola ea dicuntur aduerbia, quæ à nomine aliquo principali descendunt. ut à fortitudine fortiter, à prudentia prudenter. Et quia locus Rodolphi, quo Aristotelis sententiam reanset, mihi uidetur corruptior, nō inutile fuerit opinor, si ipsa Aristotelis uerba huc ascribamus. Ea secundo topicorum libro sic habent. λέγεται δὲ σύνισχα μὲν τοιαῦτα, διορ τὰ δίκαια καὶ δ δίκαια τῆ δικαιοσύνη, καὶ τὰ ἀνδρεία καὶ δ ἀνδρεία τῆ ἀνδρεία. ὁμοίως δὲ καὶ τὰ ποικιλικά καὶ φυλακικά σύνισχα ἐκείνων ὅστις, ἂν ὅστις φυλακικά ἢ ποικιλικά, διορ τὰ ὑγιεινὰ ὑγιείας, καὶ τὰ εὐεκτικά εὐεφείας. ἢ αὐτὸν δὲ τρόπων καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων. σύνισχα μὲν οὖν τὰ τοιαῦτα εἶωθε λέγεσθαι. πτώσεις δὲ διορ δὲ δίκαιως καὶ ἀνδρείως, καὶ ὑγιήνως, καὶ εὐεκτικῶς, καὶ ὅσα τῶν τῶν τῶν τῶν λέγεσθαι. Δοκῆ δὲ καὶ τὰ καὶ τὰς πτώσεις σύνισχα εἶναι, διορ δὲ μὲν δίκαιως τῆ δικαιοσύνης, δ ἀνδρείως τῆ ἀνδρείας. σύνισχα δὲ λέγεται τὰ κατὰ τὴν αὐτὴν σύνισχίαν ὅπαντα, διορ δικαιοσύνης, δίκαια, δίκαιον, δίκαιως. Hoc est: Coniugata porro eiusmodi quedam dicuntur, ut si iusta & iustus coniugata esse dicatur iustitie, fortia autem & fortis fortitudini. Itidem uero & quæ uim habent efficiende aut cōseruande rei cuiuspiam, coniugata sunt rerū earū, quas uel cōseruare uel efficiere possunt. quo modo ea, quæ sanitatē efficiunt



† EUCLETIKOS

aut cōseruant, coniugata sunt sanitatis: & quæ bonū corporis habitū, illius ipsius habitus cōiugata dicuntur. in alijs q; eodē modo. quare coniugata quidē eiusmodi diā solent. Casus autē, ut iuste, fortiter, salubriter, † euectia, & quæcunq; ad eundem dicuntur modum. Quamquam & casus ipsi coniugata esse uidentur, ut iuste ad iustitiam, ad fortitudinem fortiter. siquidem coniugata dicuntur omnia ea, quæcunq; sub eandem coniugationem cadunt: ut iustitia, iustus, iustū, iuste. ¶ Nos Ciceronem secuti.) Is in topicis scribit hoc modo: Coniugata dicuntur, quæ sunt ex uerbis generis eiusdem. Eiusdē autem generis uerba sunt quæ orta ab uno, uarietate cōmutantur. ut sapiens, sapienter, sapientia. Hæc uerborū cōiugatio ομορρογία dicitur. ex qua huiusmodi est argumentum, Si cōpasaui ager est, ius est cōpascere. ¶ (Sunt autem nonnulla.) Ait eiusmodi quoddam discrimen esse coniugatorum, quale nostri hodie dialecticā afferunt inter ea quæ dicuntur denominatiua: quorū alia significatione sola, alia sola uocæ, alia tam uocæ quàm significatione, denominatiua uocant. ¶ (Sanè loā iulij.) Quam rarus sit usus loā huius, facile perspicere potest ex uerbis Quintiliani, apud quem quinto institutionum libro sic legit: His illud adijcere ridiculum putarem, nisi eo Cicerō uteretur, quod coniugatum uocant. Ut eos qui rem iustam faciunt, iuste facere: quod arte non eget probatione. ¶ (Vbi tamen res dederit, ut eo uti possimus.) Sic Cicerō eo usus est quinto libro de finibus: Paupertas si malum est, mendicium non † malus esse non potest, quamuis sit factus. Rursus: Dolere malum: in cruce qui angitur, beatus esse non potest. Et secundo de oratore: Si pietati summa tribuenda laus est, debetis moueri, cum Metellum tam pie lugere uideatis. Ibidem: Luālij pecus hoc non est sed liberum: qua enim libet pascitur. Quamquam postremum hoc non inepte dū uideatur à nomine. ¶ (Eorū autem argumentorum.) De his Fabius lib. 5. cap. undecimo. ¶ (In Seneca paupertate Curius.) Alludit ad locum Senecæ in libro de prouidentia, ubi de fortuna ille loquens: Contumaciū quemq; (inquit) & rectissimum aggreditur, aduersus quem suam uim intendat: ignemq; experitur in Mutio, paupertate in Fabricio, exilium in Rutilio, tormenta in Regulo &c. De paupertate M. Curius lege Valerium maximum, libro 4. cap. 3. ¶ (In exilio Rutilius.) Hic etsi uir erat innocētiæ summæ, tamen cū à publicanorum iniuria Asiam defendisset, iniūsus est questri ordinis, penes quē tum iudicia erant, Smyrnā in exilium missus est. Unde cū reuocaretur postea à uictore Sylla, maluit in exilio innocens mori, quàm cōmuni de inique cictus erat reuerti. Meminit eius rei præter alios Cicerō libro de oratore primo, & tertio libro de natura deorū. Itē Fabius Quintilia. lib. undecimo. & in epitome liuiana L. Florus. ¶ (In tormentis Regulus.) Hæc historia elegantissime explicatur apud Gellium, libri sexti capite quarto. ¶ (Cyri.) Hunc quoque de Sarmate uicineri occideruntq;, & caput eius Regina Thomiris in utrem humano sanguine plenum immerferit, primo historiarum libro narrat Herodotus. ¶ (Cam

† miser fortasse legendum apud Ciceronē

Seneca Paupertas Curius

Rutilius

Regulus Cyrius

¶ (Cambyfis.) Hic quemadmodum regno à Magis occupato, Acbatanis Syriæ uir = Cambyfes be decesserit, idem Herodotus refert libro quarto ¶ (Alexandri.) Hic post euer Alexander sum regnum Persarum, Babylone diē extremum obiisse scribit historiographi. Fuerunt qui tradiderint Aristoteli Antipatro id consilium dedisse, ut Alexandrum ueneno de medio tolleret: idq; uenenum fuisse Aristotelis ingenio dignum, nempe aquā quandā gelidissimā ex Nonacriæ petra sudantem: quæ præ nimio frigore, nulla alia re, quàm equina ungula potuerit contineri. Sed de his plura apud Plutarchū. ¶ (Pyrrhi.) Is Arguorum urbem incautus cū exeratu ingressus, Pyrrhus cum reciperet sese in castra uellet, muliercula quædā superiori è loco regulam capiti eius ita impexit, ut tenebris ante oculos obortis ex equo delaberetur: cōtinuoq; à milite quodā Antigoni, cui Zophyro nomē erat, occisus est. auctor Plutarchus.

## DE LOCIS IIS QVI CIRCA SVBSTANTIAM REI ESSE DICUNTUR.

¶ (Quid adiacens, quæ adiacentium diuersitas, quæ quibus maxime insint rebus. Caput. XI.



Irca substantiam diximus esse adiacentia & actus. Adiacentia uocamus modum rei inexistentem, quo aliquid aliud q̄ secundum substantiæ suæ denominationem uocatur. Ut prudentia est modus quidā hominis. cū enim interrogas, cuiusmodi uir sit Cato: recte respondeas, prudens. Itaq; capit ex prudentia nomē aliud quoddā q̄ substantiæ suæ, neq; enim Cato a substantia sua prudens, sed homo uocatur. ¶ Multiplex est hic locus, uariolosq; flexus habet. In summa quidē omnia, quæ adiacent rebus, aut sensibus comprehenduntur, aut cognoscuntur intellectu. Sensu comprehenduntur, primum communia illa plurium sensuum. Multitudo, id est numeri oēs, Magnitudo, q̄ tribus in rebus posita est, in longitudine, latitudine & crassitudine. Figura, cuiusmodi est planum, iniquū, rectū, curuū, triangulum, quadrangulum, circularē, et reliqua id genus. Cōprehendit & motus: sed hic alterius loci est, ad actus enim pertinet. Deinde quæ singulorum sensuum sunt propria, Ut uisus lucidū,

Adiacentia

Adiacentiū diuisio prima.

Quæ per apertur sensu



lucidum, obscurum, perspicuum, opacum, coloratum: auditus, sonus; gustus, sapor: olfactus, odor: tactus, calidum, frigidum, humidum, ficcum, durum, molle, asperum, leue, & reliqua quae tactu percipiunt. Haec sunt semina omnis nostrae scientiae, haec omnis humanorum ingeniorum iactatio. Ex ijs uarie coniunctis coagmentatisq; oim rerum species, multitudinem, uarietatemq; discreuimus. Itaq; dubitet quis, querela ne dignius sit tam in arcto humani ingenij uim esse conclusam, an potius admiratione, q; tam exiguis initijs, ad tantam reru inuestigationem, licet dubiam, licet incertam, ad inuestigationem tamen potuerit peruenire. ¶ Intellectu uero comprehenduntur, quaecunq; ex istis aius, agitatione metis, colligit atq; decerpit. Vt in magnetem colorem quidem & figuram uidemus: uim qua ad se ferrum rapit, intellectu deprehendimus. Sic in haematite, sic in sinaragdo, alterius ruborem, alterius uirorem oculis est cognoscere. causam autem qua hic impudicitiae impatiens est, ille sanguinem sistit, mens sola perspexit. Velocem esse cursum uisu quidem diiudices: uelocitatem in quiescente non nisi intellectu, uel ex cursu quem uidisti, uel ex membrorum argutia agilitateq; colligas. Sic robur etiam in eo qui nihil ferat, sic reliqua.

Quae intellectu  
comprehenduntur.

Secunda diuisio  
adiacentium

Subdiuisio  
eorum quae accedunt.

¶ Adiacentium quaedam natia sunt, quaedam parantur & accedunt. Natia sunt, ut in igne calor, in aqua humor, in terra siccitas. Accedentia sunt, qualia in aqua calor, cum igni adhibetur: rigor, cum uehementius perfrigit; in cera liquor, cum funditur. ¶ Quae accedunt autem, eorum quaedam facile dimouentur ab eo, in quo sunt. Vt ruborem ex pudore contractum, pallorem ex metu, continuo ubi causae defuerint, etiam deficere uideas. Quaedam uero difficulter auferunt, qualia sunt, quae uel in aliquod, quod natura capax sit eorum ueniunt, ut addi-

additus nonnullis rebus uel color uel sapor, & in nonnullis animis pauor semel acceptus, uel amor, uel odium, non nisi morte finit. qualia etiam quae longo usu exercitioq; uerterunt in consuetudinem, ut sunt studia & artes humanae, ut animi motus, qui crebro repetiti, prope in naturam transeunt. ¶ Sed natiuorum, cum in omnibus rebus, tum praecipuus est in eis quae sensus sunt expertia locus. Qualis est uis quaedam tuendi conseruandiq; sui, tum aliud aliquid simile sibi efficiendi. Vt ignis calore, aqua se frigore tuetur, terra duritiae resistit, aer liquiditate elabatur. Iam cuncta aliquid gignere simile nituntur, ut ignis ignem, aqua aquam, in herbis arboribusq; fruges sunt & fructus producendarum aliarum semina. Iam in lapidibus gemmisq; iam in reliquis omnibus, quaecunq; terra mariq; nascuntur, uaria potestas, noxia reliquis rebus, uel salutaris, pro cuiusq; naturae diuersitate. Sic in animalibus, alia ad corpus pertinent, alia ad animam. Ad corpus, ut fecunditas, ut prosperior naturae ualetudo, robur, uelocitas, pueritudo, contrariaq; istis. Ad animam, sentiendi memorandiq; uis, feritas, mansuetudo, docilitas, indocilitas, astus, socordia, istisq; similia. Natia enim est quaedam haec omnibus adiacens uis, qua cuncta in destinatum debitumq; naturae suae feruntur opus. Neq; enim autor ille reru seque quicquam aut sine usu esse uoluit: sed tanquam in prudentis patris familias domo, cuncta ut essent in officio effecit. ¶ Accedunt & eis quae sensuum expertia sunt multa, plura tamen animalibus, quoniam naturae uigore in plures se conatus attollentia, in plura incurrant oportet. Ergo in corpore est agritudo & sanitas, & melior deteriorq; habitudo, fames, sitis, faties, somnus, uigilia, & meditatione parata uelocitas, & usu robur firmatum, & cultu decor additus. In anima, ut in equo, institutio formandi gradus ad certum numerum, in

Natius adiacentia quibus potissimum insunt

Quibus potissimum insunt adiacentia ea, quae forinsecus accedunt



50 RODOLPHI AGRICOLAE DE INVENTIONE  
cane uenatio: & in reliquis animalibus, quacumque uel homine mon-  
strante, uel rerum usu percipiunt, Nam & afferatiora quaedam fiunt  
usu, quaedam contra mansuescunt, & uitare pericula & insidias strue-  
re consuetudine addiscunt. Homo quoniam maxime (ut dici so-  
let) animus est, maxime quoque hac parte conspicitur: ergo prima fe-  
re in eo perueniunt animi affectiones, ira, amor, metus, spes, gaudium,  
dolor, inuidia, misericordia, & reliqua. Et ista quidem nonnunquam  
sic intelligi possunt, ut sint nativa. Quoniam plerique, alius ad aliud  
istorum, naturae instinctu sunt propensiores. Quandoque ut sint usu  
parata. Cuiusque enim istorum frequentius regendum se quis afe-  
rendumque permiserit, id totum demum occupat hominem, iurisque  
sui facit: & sequitur illa quam <sup>ἔξω</sup> Graeci, nostrorum nonnulli uerbum  
e uerbo habitum: qui optime fortasse, consuetudinem dicunt. Tum  
etiam accipiuntur ista, ut sint temporariae & ueloces quaedam animi  
affectiones. Ut dicimus per motionem aliquam efferbuisse quem ira, me-  
tu trepidasse, amore exarsisse. Itaque pro hac diuersitate, haud difficile  
fuerit discernere, quorsum, id est, in quod adiacentium genus, oportet  
ista conferri. Post ista sunt quae ratione duce consequimur, ut sunt  
artes omnes hominum. Quarum aliae ad solam pertinent rerum cognitionem, aliae ad  
actionem. Ad cognitionem pertinent, quae naturam rerum qualitatesque & cau-  
sas omnium, quae terra, mari, caeloque fiunt, scrutantur: quaeque differendi emen-  
date, credibiliter, polite, rationem tradunt. Actionis artes sunt, quae uel ea do-  
cent, quibus corpus tuemur, ut est agricultura, ut militia, ut mercatura,  
& fabriles omnes, & manuariae (ut ita dicamus) artes. Vel ea tradunt,  
quibus emendatur animus, & mores hominum uitaeque formatur. Nec ipsae solum  
artes huc referuntur, sed etiam quae hauriuntur ex eis uirtutes, prudentia,  
religio, pietas, beneuolentia, iustitia, tolerantia, magnanimitas, tem-  
perantia,

perantia, modestia, benignitas, & quaecumque aliae sunt, quibus legitime nos  
& secundum rectae rationis praescriptum, tales aduersum deum, homines, nosque ipsos  
quales ius fasque est esse, praebemus. ¶ Ut ergo cuncta quasi in summam redi-  
gamus. Adiacentia, quaecumque ad rationis intelligendique uim pertinent, in so-  
lo homine quaeruntur. Sensus, & mouendi uis, & quaecumque circa ea  
sunt, in omnibus spectantur animalibus. Alii, crescere, firmari, consumi  
communia sunt omnium uiuentium. Nam quae corpori insunt, in omnibus re-  
liquis, quae uideri tangique possunt, est inuenire. Et horum, quaedam na-  
turae sunt rebus, quae perpetuo insunt ipsis: quaedam diuturnitate firmantur,  
quaedam permutantur subinde, & uelut in die eunt atque redeunt. Horum  
omnium, alia sensu, alia intellectu comprehenduntur, non quod quicquid  
quid sentitur, non & intelligatur etiam: aut quicquam in intellectu sit  
quod non aliqua uia ad ipsum sit per sensus profectum. sed quod alia  
sunt quae prima sese nobis cognoscenda offerunt, uiamque mentis per sen-  
sus aperiunt: alia uero intellectus ex ipsis colliguntur. Ita illa ei ad quod  
primum, haec ei ad quod potissimum pertinent, attribueri uisum  
est.

## SCHOLIA IN CAPVT XI.

**A**diaens uocamus. Adiacentium uocabulo ea ferè complectitur Rodolphus,  
quae quantitates qualitatesque ab Aristotele in categorijs dicuntur, quate-  
nus haec ad sua referuntur subiecta. alio uero modo, uelata, alia sortiuntur & nomina.  
Verbi causa. Virtus uelata ad animum, adiaens est. eadem cum ad felicitatem re-  
fertur, de numero est destinatum: cum ad uitium, repugnans: cum ad iustitiam  
& temperantiam, genus: cum ad habitum animi, species. ¶ Multiplex est hic locus. Adiacentium  
Duas ponit in summa diuisiones adiacentium. Nam principio, adiacentia omnia, diuersitas  
aut percipiuntur sensu, aut intellectu comprehenduntur. Deinde, quaedam eorum  
natiuae sunt, quaedam forinsecus accedunt. Partes diuisionis utriusque, partim Ro-  
dolphus ipse satis diluade explicat, partim nos suo quaque loco explicaturi sumus.  
¶ Sensu comprehenduntur. Duo genera Aristoteles facit eorum, quae compre-  
henduntur sensu, alia enim sentiri secundum se, alia secundum accidens. Secundum  
se ea sentiri dicuntur, quae ipsa in causa sunt, ut color sensu percipiuntur. ut color  
uisu, sapor gustu, olfactu odor. Secundum accidens, quae non sua sed alterius cuiuspi-  
am

Distorum epilo-  
gusAdiacentium  
diuersitas



am gratia sensu comprehenduntur. quemadmodum homo, uoas modo quam facit gratia audiri potest: & aur uideatur, in causa est color. Rodolphus de priori tantu genere loquitur, quoru eiusmodi rursus discrimen est, ut partim comunia, partim propria esse dicantur. Communia sunt, quae pluribus comprehendi sensibus possunt. ut magnitudo, numerus, quies, motus, figura. Propria, quae singulis modo sensibus cognoscuntur. ut color uisu, sonus auditu, olfactu odor, sapor gustu, tactu frigidum, calidum, humidum, siccum, quaeque alia eius generis sunt. ¶ Hec sunt semina. Aristoteli autorem secutus hoc dicit, qui putat omnem cognitionem nostram oriri a sensibus. ¶ In magnete. De hoc Plinius libro trigesimo sexto, capite deca mo sexto. Nomen ab inuente habet. ¶ In haematite. Gemma est, nomen a uirtute atque effectu habens, nepe a sistendo sanguine, ἄιματι Græcis sanguinem esse nemo ignorat. Plinius libro trigesimo septimo cap. deamo. ¶ In smaragdo. Et huius gemmae mentio fit apud Plinium, libro eodem, capite septimo. ¶ Quaedam natia. Natia adiacentia sunt, quae intrinsecus ex ipsa re oriuntur, uelutiq; innata sunt. Accedere dicuntur ea, quae extrinsecus in rem cadunt. Verbi causa. Sunt quibus natura corpus tam firmum ac patiens dedit, ut laborem, in diem, frigus, aliaque id genus facile ferre possint. Sunt rursus, quibus etsi natura id largita non est, longa tamen exercitatione ac consuetudine id assequuntur, ut ipsi ad toleranda ea quae dixi, idonei euadant. Hec ergo corporis patientia ac firmitudo, in prioribus quidem illis natia est adiacens, posterioribus uero accedit. ¶ Quae accedunt aut, eorum quaedam facile dimouentur. ¶ Ad haec plene intelligenda, plurimum momenti attulerint ea, quae de qualitate in categorijs tradit Aristoteles. ¶ In consuetudinem. Ita interpretatur, quae Græca ἐξήρη, Latinorum quidam habitum uocant. Cicero cum alibi tum secundo de oratore, & secutus hunc Quintilianus, consuetudinem nominant. ¶ Qualis est uis quaedam tuendi. Non hoc accipiendum, quasi haec solis insint illis quae sensu carent: sed quae in illis nihil insit hisce prestantius. Alioquin & in animantibus quoque ea reperiri uel Cicero in officijs docet: Principio (inquiens) generi animantium omni est a natura attributum, ut se, uitam, corpusque tueatur, declinetque ea quae ei noatura uideantur: quaeque sine ad uiuendum necessaria, inquirat & pareat: ut pastum, ut latibula, ut alia eiusdem generis. Commune aut animantium omnium est, coniunctionis appetitus, procreandi causa: & aur a quaedam eorum quae procreata sunt. ¶ Iam in lapidibus gemisq; Eiusmodi miraculorum plenus est Plinius. ¶ Ut essent in officio. Ut nusquam desiderent, ut officio suo fungerentur. ¶ Ergo prima ferre. Triplia adiacentia tribuit animo hominis, affectiones, artes, uirtutes. ¶ Et ista quidem. Affectiones aut trifariam considerari posse: ut natias, ut usu atque exercitatione quaesitas, ut temporarias momentaneasque: quasdam animi motiones, quae ut repetere adueniunt, ita abeunt quoque subito ac recedunt. Id apud Aristoteli dicere licet hoc modo: haec inter in secunda, inter

Affectionu triplex consideratio

in

in prima, interim in tertia esse specie qualitatis. Porro Boetius in categorijs Aristotelis scribens, ait non esse absurdum, si res eadem, diuersis considerata modis, diuersis item generibus subijciatur. ne quid obturbent hic isti, qui inter omnia ea quae sub diuersa genera cadunt, realem nescio quam subesse aiunt distinctionem. Quae in parte erroris conuagare eos poterat uel Thomas ille Aquinas, qui figuratas & partibiles qualitates, prout uarie considerantur, modo ad primum, modo ad tertium aut quartum genus qualitatum pertinere existimat. Verum haec non perinde arridentur sancto Dominico de Flandria: quare ne is nobis negotium faessat, & in sua haerena imparatos adoriatur, his misis caetera persequamur. ¶ Regendum auferendumque. Id tum fit, cum adeo nobis affectus dominantur, ut quocumque impulerint illi, uel nolentes sequi cogamur. Sane initio non diffillimū est obuia ire affectibus, at postquam semel ac iterum tertioque illis fueris obsecutus, tantas interim colligunt uires, ut inuictū quoque ac renitentem quoquo uersus impellant. ¶ Quarta alia. Artium diuersitas est, ut sunt quas physicas uocant ac mathematicas, quaeque sermonis artificia docent, ut grammatica, rhetorica, & dialectica. Actus, quarum finis est actio, sunt quae partim mechanicae, partim morales dicuntur. Sed de his rursus li. sequentis cap. 2. & nono. Quintilianus secundi institutionum libri capite de amonono, tria artium genera facit, inspectiuum, administratiuum, & effectiuum. ἡ θεωρητικὴ, ἡ διοικητικὴ, ἡ ποιητικὴ.

An species eadem possit diuersis subesse generibus

Dominicus de Flandria

Artium diuersitas

Actuum nomē quid hic designet, quomodo diuidatur, & quanta huius loci commoditas. Caput XII



Adiacentibus oriuntur actus. Vnumquodque enim pro modo naturae suae, utque aliter aliterue affectu est, agit. Actus autem in praesentia non ita accipiendus est, ut a passione distinguatur: sed ut sit actus id, quocumque aliquo modo exerceri afficique dicimur. Ita & timere, & dolere, & agrotare, quiescere etiam & uacare, nobis actus erunt, omnia enim, cum actus rei scrutamur, uenient consideranda, et argumenti aliquid in hanc illamue partem dabunt. ¶ Possimus (si uideatur) actus pro adiacentium, e quibus nascuntur, uarietate distinguere, Ut sint alij qui proueniant ex natia, ut in igne prima calere, lucere in sole, in animali pasci, moueri, natare, uolare, dormire, ingredi, uigilare. Alij, qui a consuetudine firmatis ueniant, ut scribere,

Actus quid

Diuisio actuum

i iij orare



orare, mederi, iaculari, gubernare. Alij, qui ex subitis prodeant affectionibus, & breui momento prætereuntibus. ut rubere ex pudore,

*Altera eorum* ex metu concuti, ex lætitia gesticire. ¶ Sunt etiam qui nihil efficiunt, *Ac diuisio* sed intra se consumuntur: ut sunt currere, ambulare, uolare, uidere, audire, intelligere. Quidam, qui præter seipsos opus absoluunt: ut ædificare, domum efficere, texere, pannum, scribere, literas.

*Diuisio tertia* ¶ Et hi quidē, qui nihil extra se efficiunt, alij quidem propter finem aliquem fiunt, Vt qui ambulat, uel scircò id facit, ut aliquo perueniat, uel sanitatis causa, qui uidet, ut aliquid percipiat, qui dormit, ut lassitudinē ponat, Alij, uel carent fine, uel in prospecto non habent. Vt gaudere plane caret fine, nemo enim est, qui quem in usum gaudeat, dicere possit, nisi ut gaudeat. Sic etiam dolere, agrotare, metere, sperare, irasci. Si quem enim interrogas, quem in usum irascatur, in nullum dicat: sed quia iniuria prouocatus sit, facere aliter non posse. Sic etiam qui amat. Quanquā hic fortasse possit dicere, finem sibi esse, potiri re cupita: & irascens ita dicat, finem sibi eē uindictam. Verum hi forte fines sunt eorum, qui amore atque ira perciti agunt. Amoris certe et ire non sunt fines: cum utrunque assequi & commodius fortasse possent, ut non amore & ira sese torquerēt. Inconsultus est enim omnis animi subitus affectus: & ad eam partem animi pertinent, quæ rationis est

*Diuisio quarta* expers, neque prospicere finem possunt. ¶ Et alij quidem ex præteritis nascuntur tantum, uel presentibus. Alij etiam oriuntur ex futuris, & partem aliquā percipiunt futuri: non tamen ut fiant illa, sic afficimur: sed quia illa uentura arbitramur, concutimur animo & consistere nequimus. Quod in timore apertius est & inuidia. Quæ tamen certū est eiusdem naturæ & conditionis esse, qua reliquos omnes. Causa huius est, quoniam ista agendi uoce passionem significat. ¶ Omnis autē actio

actio (non illa quam nos iam communi uocabulo actum dicimus, sed ea, quæ proprie physicis hoc nomine signatur) finem aliquem respicit, propter quem suscipitur ipsa. Ipsæ finis, uel res ea est, quæ patitur, uel circa ipsam est. Patiens autem non ad aliud, quatenus patiens est, sed ad agens respicit. Itaque finem habere non potest. Neque enim agens ei finis est, cum ipsum sit agentis finis. Nisi forte ea sit rei conditio, ut id quod patitur, actione aliqua in agens recurrat. Vt nauem fabricanti qua ipse sit nauigaturus, finis primum quidem nauigatoris est nauis. Deinde rursus, quia nauis portat tueturque ipsum qui fabricatus est, ipse inuicem finis est nauis. Hoc enim pacto fieri potest, ut agens atque patiens uicissim alterum alteri finis fiant, cum proinde utrunque agat atque patiat. Sed uel scrupulosiora fortasse sunt ista, uel non ita multum præsentis rerum tractatui necessaria. Illud annotandum uidetur, quædam nomina agendi faciem habere, cum reuera adiacentia sint. Quædam contra, adiacentium uoce actum significant. Neque enim calere & albere aliud sunt, quam calidum esse & album: quæ certum est esse adiacentia. Sic, & scire, & cognoscere, & quiescere. Ac diuerso, cursus currendi actum, et sermo locutionem, & locutio loquendi actum significat. Quod igitur proprie actus est, id oportet ut sit in quadam agitatione, hoc quod greci *ἐκπέλαξιν* uocant, positum, id est, ut uel fieri aliquid, aut perire, uel ite augeri aut diminui, uel qualitatū alteratione permutari, uel in transpositione aliqua locique commutatione intelligatur. Quod enim in uno fixoque gradu consistit, certum est nequaquam agi posse. ¶ Magno usui sunt hi loci eis, qui de rerum proprietate naturaque differunt. Vtque etiam de alijs differatur, plurimum tamen fidei parant ducta hinc, hoc est, ex interioribus rerum penetralibus argumēta, atque e natura eorum (de quibus oratio est)

278  
279

us adiacentium & actuum



est) deprompta. Aut hæc enim rerum natura est, aut si qua alia est, ignotam nobis esse (nisi me tamen caligo ingenij mei fallit) fatendū est. Hæc enim fere uidentur esse illa, quæ mentis humanæ possit complecti uis. Reliqua, ut intra altiores rerum naturæ finis recōdita, aut ignoramus, aut ex istorum comparatiōe, magis quid nō sint dicere, q̄ quid sint cōprehendere ualemus.

## SCHOLIA IN CAPVT XII.

**A**B adiacentibus.) Prināpio quid sit actus definit. Deinde quatuor affert actuum diuisiones atq; discrimina. Hinc tres notatiuam subijciuntur. Postremo, quanta sit uel huius uel præcedentis loci commoditas, explicatur.

**F**initio. Actus hic dicitur illud, quoamq; aliquo modo affiā exerceri q; dīamur.

**P**rima diuio. Actus partim a natūis adiacentibus oriūtur, partim ex ijs proueniunt adiacentibus quæ usu consuetudineq; firmantur, partim ex subitis illis momentaneisq; animi corporisue affectionibus. Diuio secunda. Actuum alij operis aliquid extra sese efficiunt, ut texere, edificare. alij intra se consumuntur, ut currere, ambulare. Tertia. Eorum actuum qui nihil extra se operis efficiunt, quædam propter certum aliquem finem, quædam nullum definitum finem habent.

**Q**uarta. Actuum eorum qui definitū finem non habent, alij ex præteritis ac præsentibus causis oriuntur, alij ex futuris. **N**otatio prima. Omnis actio proprie dicta finem aliquem spectat, passio nunquam. Secunda. Sunt quæ ex figura uerbi actus esse uideantur, cum reuera sint adiacentia, cū sint actus. Tertia. Omnis actio proprie dicta, in motu atq; agitatione quadam est posita. Quæ sequuntur, ea per se satis aperta sunt. **E**t ad eam animi partem pertinent. Philosophi tres faciunt animi partes, rationem, irascentiam, & cupiditatem. Quæ de re ita Apuleius in libello qui inscribitur de dogmate Platonis. At enim cum tres partes animi dicat esse: rationabilem, id est, mentis optimam portionem, hanc ait capitis arcem tenere: irascentiam uerò procul a ratione ad domitium cordis deductam esse, obsequi eam & respondere in loco sapientiæ: cupiditatem n̄ atq; appetitum postremam portionem, infernas abdominis sedes obtinere, ut popinas quosdam & latrinarum latebras, diuersoria nequitie atq; luxuriæ. Hæc tenet Apuleius. Porro illud leuicatum, uerba hæc, pertinent & possunt, ad sensum magis eorum quæ præcedunt, quàm ad uerba referri. **Q**uoniam ista agentis diuio passionem significant. Moment dialecticū, quædam esse uerba, quæ cū actiui sint generis, tamen reuera passionem significant, ut timere, metuerē, inuidere, audire, gustare, ridere. Cuius rei & Priscianus meminit. **N**eq; enī alere.) Quid alere

Animi partes tres

alere ergo actus non est? Atqui tu id uerbum Rodolphe paulò superius in hoc albo rearsuisti, cum ageres de actibus ijs, qui ex natūis adiacentibus proueniunt. Quid dicimus? An hoc fortassis, Rodolphum superius ad solam respexisse uocem, hic rem significatam magis quàm uocem spectasse? Quamquam & hic unus uideri potest ex locis illis, de quibus sumus dicturi postea, quos si recognouisset Rodolphus, emendatiores profecto in lucem exissent. **I**d oportet ut sit in quadam agitatione, hoc quod Græcè ἐντελέχεια uocant, positū. Longum sit rearsere, quàm diuersa super nomine ἐντελέχειας scripserint autores: dum prināpio illud in dubium uertitur, ἐντελέχεια scribi debeat per τ litteram, an ἐντελέχεια per δ. quorum posterius hoc continuatam quandam ac perennem significat motionem: illud prius, uerbum ē uerbi perfecti habeam. Prior lectio arriat pluribus, ut uide re est apud Budeum, quàm et Plutarchus secutus uidetur, cū in placitis philosophorum sic ait: Ἀριστοτέλης ἐντελέχειαν πρῶτῳ σώματι φυσικῶ, ὀργανικῶ, δυνάμει ζωῆν ἔχοντι, τῷ ἢ ἐντελέχειαν ἀστέρον ἀντιφύσικῶς. Hoc est, quem admodum interpretatur Budeus: Aristoteles animam censet esse entelechiam primam corporis naturalis, potentia instrumenti uitam habentis. Entelechia autem, id est, uerbum ex uerbo perfecti habiam, pro efficiētia intelligere oportet. Hæc Plutarchus. Cicero posteriorem lectionem in Tusculanis secutus est, ac ius sententiam pro uiribus defendunt Philippus Beroaldus, & Angelus Politianus. Vtri rectius sentiāt, uiderit deus aliquis. Rodolphus ad Ciceronis propius quàm aliorum sententiam accedere mihi uidetur: neq; tam alludere ad locum eū qui est primo libro de anima: quàm qui est tertio physicorum, ubi motum quoq; ἐντελέχειας esse ait Aristoteles. Luānus ludens more suo, quodam in loco ait, eā quæ prius dicta fuit ἐντελέχεια, post ἐντελέχειαν διὰ κέρας, & in locū τῷ δ' suæsisse δ' τ. Budeus ait ἐντελέχειαν διὰ quasi τῷ ἐντελέχειας σιωχῶν id est perfecti corporis comprehensionem. quæ etymologia, an quem admodum probe quadrat animæ, ita motibus quoq; conueniat, seam expendat lector. Sanè Aristoteles utrobique eodem nomine usus est.

**S**ubiecti uocabulum quot modis accipitur, quomodo hic eo utendum.

**O**biecta sensuum proprie subiecta non esse. Caput. XIII.

**S**UBIECTI nomen, in uarias significaciones ductum est. Dicimus enim subiectum (unde origo est nomini) id quod iactum est sub aliud. Vnde inquit Poeta: Pedibus rotarum Subijciunt lapsus. Item per translationem, Parcere subiectis & debellare superbos. Iam in pronuntiatis subiectum est, de quo aliquid dicitur, ut cum dicimus, homo est animal, homo est subiectum.

k Sic

ἐντελέχεια

Subiecti uocabulum quot habet significaciones



Sic etiam subiectum, in quo est aliquid. ut prudentiae subiectum hominem dicimus, & subiectum formae materiam. Dicimus etiam id, circa quod tractatus actioque rei cuiuspiam uersatur, sic subiectum uisus colorem dicimus: subiecta artium, ea quae praecipue sibi considerata sumpserunt. Dicitur & aliter, octo enim significationes fecere, sed quo modo uel plures fieri possent, & quae oēs recidat in eas quas diximus. In praesentia autem nobis fit subiectum, adiacentium quidem id, cui aliquid inest: actuum uero, & istud ipsum, & illud etiam quod actioni alicuius est obiectum. Illi namque actus, qui aliquid extra se efficiunt, necesse est habeant subiectum ex quo proficiantur, deinde aliquid, quod expositum sit ipsis, & in quod tendant: ut calefcere, primum oportet in igne esse, is enim est qui calefacit. Deinde nisi sit aliquid in quod explicet uim suam, & in quo efficiat calorem, non poterit calefcere. Agentium enim actus (inquit Aristoteles) in patiente sunt accommodato. ¶ Sentiendi autem & intelligendi, ea quae obiecta dicuntur, non sunt forte nisi nominis similitudine subiecta, Sentiendi enim subiecta, efficientia uerius dicentur. Color enim, per aera perspicuum, inuisibilibus quibusdam simulacris, & imaginem ipsius perferentibus, sparsus, ubi incurrerit in oculum, ferit ipsum, & ad uidentem excitat. Sic sonus auditum mouet, & odor olfactum. & reliqua quae sentiuntur, ubi partem illam corporis nostri, qua percipi possunt, attingerunt, euocant animae uim, quae per eam se partem exierit, & ad se apprehedenda ipellunt. Quae mens nostra deinde accepta a sensibus, cognoscit primum, deinde uarie multipliciterque composita inter se atque diuisa, formas omnes rerum habitudinesque & genera ordinemque cunctorum elicit, discernit, disponit, inque uarios artium scientiarumque distribuit usus. Haec ergo si ituebimur, facile nobis liquebit, sensum ab

ijs

Quid hic  
subiectum

Obiecta sensu  
um & mentis

ijs quae sentiuntur pati: mentem ab ijs quae intelliguntur, imaginem quandam & simulachrum patiendi accipere. Quo fit, ut existentia tantum & praesentia sentiri possint, intelligantur autem & absentia, & quae interierunt, quaeque nondum sunt nata. Sicea quae sensibus obijciuntur, similia sunt efficientibus. Artes omnes scientiarumque, eis circa quae uersantur comparatae, pronuntiatis poterunt ascribi. Ea cuiusmodi sint, suo loco dicitur. ¶ Subiectum autem proprie omnium id est, quod ex decem primis rerum generibus, Graeci *δυστολῶν*, nos essentiam (si per grammaticos liceret) uerbum e uerbo diceremus, nunc substantiam dicimus. Huic enim reliqua omnia sunt innixa, haec receptaculum est fundamentumque omnium. Magnitudo autem, quam inter adiacentia numerauimus, si substantiae comparatur, adiacentibus accedit, sin reliquis conferatur adiacentibus, subiecti habet uicem, non quidem ut in ipsa sint adiacentia, sed quod nequeant nisi illius interuentu, ea praesertim quae corpori adiacent, in substantia reponi. Neque enim quicquam album uel nigrum sine ulla magnitudine cogitare possumus, nec calidum uel frigidum, nec durum uel molle, nec aliorum huiusmodi quicquam. Quare si dicam, musicum album esse: musicum certum est a musica dici, id autem est adiacens, patet ergo, non esse subiectum albi. Sic iustum probum esse, iustus non est subiectum probitatis, iustus enim a iustitia nomen habet, iustitia uero non subiectum est probitatis, sed species. Si autem dicam hominem prudentem esse, homo est subiectum, substantia enim est homo. Ita aquam frigidam, aqua substantiae est nomen. Ita bouem occidi, bos substantia est in qua tendit occidendi actus, sic, ut in ipsam se recipiat. Ex quibus facile perspicitur id quod diximus, ea quae sensibus mentisque agitatione exposita sunt, non satis recte ad hanc nostram rationem posse subiecta dici.

k ij Quid

Omniū subiecta  
sunt esse substantiam

Quātas quo  
subiectū dicitur



Quid ergo, si quis cum quærat de illis, per hunc se quærere locum credat: Erratum erit quidem, sed cuius iubeam securū esse eum qui inuenire cupiet. Id enim agat, ut inueniat: si potest ex proprijs locis, optimum quidem erit, certiore namq; cursu intentionem mentis diriget. Sin minus potest ex proprijs, at undecunq; potest, dummodo inueniat. In artibus enim, quæ operis gratia discuntur, non q̄ exacte præceptionum fines distinguas, sed q̄ commode illis utare, solet aestimari.

## SCHOLIA IN CAPVT XIII

**P**ronūciatum **Æ**ξιωμα **Proloquium** Ἀπόφανσις  
**P**Edibūsq; rotarum Subijāunt lapsus.) Locis est secundo libro Aeneidos ¶ Parare subiectis.) Aeneidos sexto ¶ Iam in pronūciatis.) Cicero prima Tusulana pronūciatum uocat quod Græcā ἄξιωμα, M. Varro proloquium, hodie partim enūciationem, partim propositionem appellat, Aristoteles in libro περὶ ἑξήκων λέξεσ ἀπόφανσις. Ea est oratio perfecta, uerū falsū uel significans. Ut, Trahit suā quēq; uoluptas. Nō omnia possumus omnes. Adeo à teneris cōsue scire multū est. ¶ Octo enī significationes fecere, sed quomodo uel plures fieri possent.) Facere (inquit) octo significationes uerbi huius, sed ita id fecerunt, ut ad hūc modum fieri possent & plures, quæ tamen omnes non tam fuerint diuersæ ab ijs quas diximus, quin in eas possint reādere. ¶ Agentiū enim actus.) Id uislo hūc in modum efferrī consueuit, Actus actiuorum sunt in patiente prædisposito. Ex Aristotele secundo libro de anima. ¶ Sentiendī enim subiecta, efficiētia uerius dicētur.) Obiecta (inquit) sensuum, agunt potius in sensus ipsos, quā illorum actio ni subijāatur. ac rursus sensus, etsi agere uideantur, patiuntur tamē uerius quā agant. Id quod de auditu, gustu, odoratu, tactu, questionem nō habet, de uisu sunt qui dissentiant. Quæ de re compluscula Macrobius libro septimo arca finem, & A. Gellius libri quinti capite deāmo octauo. ut præteream disertationem illam Aristotelis in libro περὶ αἰσθητικῶν καὶ αἰσθητικῶν aduersus Platonē. ¶ Quod ex deām primis rerum generibus.) Hæc à dialecticis enumerantur, substantia, quantitas, ad aliquid, qualitas, actio, passio, ubi, quando, situm esse, & habere. ¶ Græcā ἔσσην, ἄσσην, nos essentiam.) Quintilianus libro tertio: Aristoteles, inquit, elementa decē constituit, arca quæ uersari uideatur omnis quæstio: ὀυσίαν, quam Plautus essentiam uocat: nec sanē est aliud eius nomen Latinum &c. Meminit idem autor eiusdem uocabuli libro secūdo capite deāmo quinto. Et rursus octauo libro capite tertio. Multa, inqt, ex græco formata noua, ac plurima à Sergio Flauioq; quorū dura

dura quædam admodum uidentur, ut ens & essentia, quæ cur tantopere aspernemur nihil uideo, nisi q̄ iniqui iudicis aduersus nos sumus, ideoq; paupertate sermonis laboramus. Seneca in epistola quædam negat εἶναι τὴν οὐσίαν Latine exprimi posse. Quæ de re plura Laurentius Valla. ¶ Sed quod ne quærit nisi illius interuentu.) Id hodie in scholis, haud são quā apte, diā solet ad hunc modū, duplex esse subiectum accidentium, unum quod, alterū quo. Subiectū quod, illud uocant, cui ipsi accidentia uere insunt: ut est sola substantia. Subiectū quo, sine cuius interuentu, prināpali illi subiecto inesse non possunt. quod genus est magnitudo. i. quantitas continua.

DE LOCIS EXTERNIS, ET PRINCIPIO  
de his quæ cognata uocantur.

¶ Quæ uocantur cognata, quid causa, quot causarum sint genera, quid efficiens, quid finis, & quomodo efficiens diuidatur. Caput. XIII.



**E**Xterni loci sequunt, quorū prima sunt quæ cognata dicuntur. De quibus dicturus, ueniam mihi uerbi istius impetratā uocat. uelim, quæadmodum in reliquis nōnullorū nominibus, non aduersas optauerim lectoris aures. Vt enim traderē locos alia distinctione & ordine, q̄ sunt ab alijs ante me tractati, res ipsa mihi persuasit. Oportebit itaq; penes illā, ut huius facti mei, sic etiā nominum ipsorum, uel rationē esse uel culpā. Nec inueni sane quo alio nomine cōplecterer causas & euenta, q̄ cognatorū. cū sint alteris altera nascēdi ac proueniendi origine cōiuncta. Sunt ergo cognata (ut diximus) causæ & euēta. ¶ Causas Aristoteles quicq; eum secuti sunt, quatuor fecerunt: materiā, ex qua res sit: formā, p̄ quā est: efficiētē, a qua fit: finē, propter quā fit. Sed materia & forma in partibus dicta sunt: efficiētē & finē dicemus. Causam igitur in præsentia dicimus rē, cuius uel euenit aliquid. Vt autē aliquid eueniat, necesse est esse id, quod uim efficiendī habeat, cuius efficiētia fieri formariq; res possit. Deinde id, si nō aliquo ad agendū moueat stimulo, iners segneq; manebit, adeo nihil fit in re: natura temere, & cui ratio non constet: oiaq; k iij propo

Cognata quæ uocat.

Causarū genera quot sint.

Causa quid



62 RODOLPHI AGRICOLAE DE INVENTIONE  
propositum sibi destinatumque finem habent, propter quem faciant  
cuncta. Qui tamen rebus ipsis nonnunquam sit ignoratus, ut sunt ea, quae  
expertia sensus, naturae tantum in agendo sequuntur impetum; autor  
tamen ille conditorque nouit, cuius in agendo numini & iussis parent.  
Id ergo quod faciendae rei prebet operam, efficiens est. Id cuius gratia  
fit res, finem uocamus. Vltimum est enim in agendo, & quod ubi con-  
secuti sumus, desinimus ulterius tendere. Est autem potissima causa-  
rum omnium finis. Nam materia formae experta, rudis est & inculta, nec  
in ullius rei transit nomine. Forma si desit efficiētis uis, puenire nequit.  
Efficiens nisi finis cupiditate promouetur, manet ociosum. Facile itaque li-  
quet, finem, quam uis effectusque postremus sit, omnium tamen esse pro-  
posito atque institutione primum. ¶ Efficientium duplex est conditio,  
Alia namque necessitate in agendo sequuntur, alia delectu. Necessitate  
agunt, quaecumque consilij iudicijque expertia sunt, ut ignis proposito sibi  
quod uri possit, nequit non urere. Et terra uerno tempore non herbam, non  
quicquam aliud, pro loci coelique ingenio solet, potest non parere. Delectu  
agunt, quibus liberum est agere uel non agere, ut homines illis in rebus, quae consilio  
rationeque administrantur, fortasse & brutorum nonnulla, quae docilia sunt,  
& iudicium quoddam quandamque deliberationis imaginem habent. Quamquam  
Aristoteles putat, non agere ea, sed agi potius: proinde enim ut spe-  
cie rerum perceptarum mouentur, rapi, nec contra id quod uidetur  
obniti possent: opinionemque sequi, non quam uelint, sed quam a rebus ac-  
cepint, nec posse non trahi eo, quod expetendum ipsis uidetur: nec non fugere,  
quod apparet uitandum. At uero si nonnunquam inter duo ue-  
lut in ancipiti pendeant, id non euenire, quia consilio in hanc uel illam de-  
ducantur partem: sed quia duabus propositis rebus, & ex aequo fere ad  
se rapientibus, non aliter quam nauis inter diuersos dissidentescumque deprehensa flu-  
ctus,

*Efficiens  
Finis*

*Potissima cau-  
sarum finis*

*Efficientium di-  
uisio prior*

ctus, incerta et dubia uidetur cui potissimum cedat: utque illa per sepe,  
non qua gubernatori uisum est agitur, sed qua undarum rapuit cu-  
mulus uiolentior: sic ista non suum nutum habent, sed inditam tan-  
tum a rebus commodi aut incommodi speciem sequuntur. Homi-  
nem autem cum diu multumque pensitata re deliberauerit, non tamen  
quod res suadet, sed quod animus iubet, sequi crebro uidemus. Po-  
test enim in ea quae deliberando damnauit, praecipue contra consilij  
sui sententiam ruere: & contra, toto impetu fugere, quae sibi maxime  
expetenda sunt uisa. Verum haec utcumque sint, non plane liberum esse  
brutis agendarum rerum arbitrium, non uidetur abhorreere a uero;  
delectum tamen agere, quando malatum est ipsis bonarumque rerum  
discrimen, nemo (quod equidem credam) repugnet. ¶ Rursus quae ne-  
cessitate agunt, eorum quaedam naturae conatu, alia externa uis agunt.  
Conatu naturae agunt ea, quorum agendi principium est intra ipsa,  
nullo extero adiuuante. Ut ignis urit, quoniam caloris uis qua urit,  
natiua est ipsi. Itaque non deficit res istas agendi uis, neque cessant agere,  
quandiu est copia ipsis alicuius, in quod efficaciam suam explicare pos-  
sint. Violente uel (ut diximus) uis externa agere dicuntur, quibus ab  
alio uis est agendi inserta. Ut aqua feruens calefacit: uerum non sua,  
sed ignis uis, a quo calorem accepit. Sic lapides, & si qua alia mittun-  
tur tormentis, supra se & in sublimi posita disijciunt, non proprio im-  
petu, sed eo qui iacentium uiolentia ipsis est intortus. Itaque non est  
diuturna uis istorum, sed remittuntur, franguntque quantum possunt  
inditum sibi conatum, & statim redduntur naturae suae. Inde fit, ut ini-  
tio uehementissimus sit ipsorum motus, ut qui fit impellenti proxi-  
mus, spacio deinde paulatim amittat uires, & elanguescat.

*Eorum, quae na-  
turae necessitate  
agunt, diuersa  
sunt.*

¶ Sed



¶ Sed eis quæ necessitate agunt, ad agendū sufficit, ut possint agere: quæ uero delectu aut cōsilio, ut etiam uelint est opus. Quæ causa est, quod in controuersijs ijs, quibus factum nec ne sit aliquid quæritur, colligi solet, uoluerit, deinde potuerit ne quis facere id, quod arguit fecisse. quæ si pbata fuerit, facillima est ei quod tertiu sumi solet, id ē, quod fecerit, probandi uia. ¶ Est & alia efficientium discretio.

Secūda diuī =  
sio efficiētium

Quædam enim sunt (ut Græci aiunt) *κρίσις*, hoc est, præcipua et imperantia, quædam obsequuntur & ministrant. Et horum, alia agunt, alia agendi sunt instrumenta, ut in domo faciendâ, architectus imperat, qui quomodo fieri quicq; debeat, iubet. Is qui lapidem sculpsit, & parietem extruit, qui cedit aptatq; materiam, ministrat. Instrumenta sunt, secures, terebra, mallei, & q̄cūq; sunt alia, quibus opus suū explicat. Sic in bello, ciuitas uel princeps autor rerum gerendarum imperat; miles obsequitur; equi, arma, omnifq; copia impedimentorū militariū, instrumenta sunt belli. Sed de efficiente hæc tenus.

## SCHOLIA IN CAPVT XIII

Sed materia & forma in partibus.) hoc est, in loco totius & partium. *Supra capite nono.* ¶ Nec in ullius rei transit nomen.) id est. Materia formæ expers, neq; homo, neq; leo, neq; aliud quiduis esse dicitur: etiam si nihil horū omnium est, quā ex ea fieri queat. ¶ Efficiētū duplex conditio.) Hæc in topicis Cicerō. ¶ Fortasse & brutorum.) Hæc de re longa disceptatio est apud Laurentium Valam libro primo in dialectan. Porro ad totum hunc causarum locum planè intelligendum, plurimum contulerint ea, quæ Aristoteles habet secundo libro physiorum, & Cicerō in topicis. ¶ In ijs controuersijs.) Hoc egregie sciat Cicerō pro Milone & Sexto Rosão Amerino.

¶ Fines eoisso modo distingui quo bona, & bifariam in unaquaq; re accipi eos posse. Præterea plures nonnunquam in eadem re fines esse, & quod primum sit in agendo, ei finem destinari postremum. Caput. XV.

**F**inem potissimū esse causarum diximus. Is enim est cuius gratia omnia agunt. Agunt autem omnia boni alicuius gratia, & quicquid bonū esse sibi, uel natura monstrauerit, uel ratio persuaserit, in id referuntur. Quo pacto ergo ratio boni in rebus discreta erit, eodem & finiu sumemus diuersitatem. Quædam em sunt per se bona, quædam q̄a alijs conferunt bona dicuntur. Quæ per se sunt bona, ea certum est summa esse, & supra quæ nihil sit expetendum. Ea sunt (ut breuissime dicamus) status uniuscuiusq; rei in suo genere perfectissimus. Summū itaq; ignis bonum est, & supra quod nihil requirat, esse maxime calidum & siccum; & aquæ, maxime humidam esse & frigidam. Sic arboris, sic bouis, sic equi, perfectissima illa absolutissimacq; habere, quæ sibi tribuit in suo genere rerum natura. Hominis etiam, non qua uiuit, qua sentit, spectandum est summum bonum, sed qua mentis est atq; consilij capax, hæc enim maxime censetur homo. Conferentia dicuntur, quæ ad summa consequenda adiumento sunt, ut cibus, potus, uestis; & reliqua quæ tuendæ hominis uitæ conducunt. Nec enim perfecte, id est feliciter, uiuere potest quis, si ea conditione sit, ut uiuere omnino non possit. Sed bonorum atq; proinde finium quandoq; ratio initur pro singularum rerum conditione, quam habet in genere suo quæq; : quemadmodum iam prædiximus; & sicut dicimus, ædificantis finem esse domum, & belli finem uictoriam: quæ quidem esse in suo genere ultima uidentur, neque enim ædificat amplius ille, neq; hic bellum gerit, ubi domum fuerint atq; uictoriam consecuti. Quod autem ille extruendo parietem calcem parat, lapides congerit, certum est parietem finem quendam esse, sed non ultimum: quia domus causa paries paratur, sic & hic, cum tormenta instituit subruendis muris pertur-

Finium diuersitatem eoisso modo sumi, quo bonorū. Ac dupliciter quidē aliqua diuīna.

Bifariam posse iniri rationē finium.



bandisq; defensoribus, oppidorū expugnandorū gratia hæc agit, et go & hic finis quidem est, sed mediū & uictoriae conferens. Quādoq; uero fines accipimus ex toto ordine rerū, quo cuncta, alter; alterius usibus, uidentē addicta, quoniā omnia melioribus seruiunt. Sic si oīa quaecunq; sunt, uno uelut cōplexu colligamus, quēadmodū unū est summe & sine ullo perfectiōis detrimento bonū, sic unus est ultimus omnium finis. In eis uero, quæ in mediā sunt rerū serie sita, alter; incumbit alteri, prout est cuiusq; magis minusue consummata natura. Sic igitur in equo est duplicem inuenire finē: aliū naturæ suæ: itaq; ferocē indomitūq; esse, & nullis obnoxiiū habentis, optimū i ipso fuerit, q; naturæ suæ accommodatius id est, quam sefforem pati, fodā calcari, & freno flecti, frangi; in giros. Nec enim omnibus tantus ingenitus esset libertatis amor, si serua nasci melius ipsis fuisset. Alium contra finē in ipso accipimus, ut humanis usibus accommodatus est. Sic bonā esse dicimus sibi, nō quod ipi maxime conuenit, sed quo maxime fatifficiat ministerijs nostris. Sic terra herbis arboribusq; ue sita, perfectissima uidet;: quippe quod ijs procreandis sit nata, at nobis, in fora, in uicos disposita, in aediū templorumq; areas æquata, sterilis & nuda, aptior est.

In eadē re plures quandoq; inesse fines.

¶ Illud etiā prætereundū nō uidet; posse unius plures esse fines, ut alius sit operis, alius operantis, alius iubentis. Sic ædificatiōis quidē, qd ad ipsam pertinet, finis est domus: quod ad ædificantē, merces locatæ operæ: quod ad iubentē, uel ut habitet domū, uel ut donet, uel ut uendat. Sic studiō; proprius est finis eruditio. at eius qui studet, potest etiā quidē finis esse eruditio, sed fortasse est uel gloriæ uel lucri spes. At patris q; sumptū studēti p̄bet, amor incrementaq; filij. Amici quoq; q; suasi, ut aliquādo opa fortasse & eruditioe studētis utatur.

¶ Illud

¶ Illud etiā dicendū est, ut quicq; in agendo primū est, ita finē sibi destinat postremū. Mediā quāto magis a primo recesserit, tñ citra postrema subsistunt. Prima enim ad efficiendum potissima sunt, postrema ad expetendum. Illorum enim gratia alia expetunt. Sic in faciendā naue, primæ sunt partes eius qui impētas præbet, cuius finis sunt opes quæ ex subiectis parantur mercibus. Illum nauta sequit; . is nāq; non couisq; se porrigit, uerum lucrum ex nauigandi mercede spectat. Iam qui nauem fabricatur, non id quærit, ecquis ipa sit nauigaturus, modo extruat nauem. Sic qui ligna cedunt, qui ancoras funesq; parant, non illi nauē spectant, sed ut materiam solam præbeant, instrumentum nauticum parent. Quo fit, ut uirtus, quoniā optima est, laboribus ot sudore quærat, ut quæ in arduo sit et longissime posita, cuiq; parandæ emnia alia sint destinata. Vitiā uero & uilia omnia, ad manū sint, & (ut inquit Hesiodus) cumulo liceat accipere.

Quæ agendo prima sint, ijs ultimum de = stinari finem

SCHOLIA IN CAPVT XV

¶ Gunt enim omnia boni altaius causa. ) Quisquis agit, is iaciro id faat, quo consequatur aliquid, quod aut reuera bonum sit, aut certe ipsi tale esse uideatur. ¶ Nec enim omnibus tantus esset ingenitus libertatis amor. ) Pulchrum me hercules hac de re armen est Seuerini Boetij de consolatione philosophiæ libro tertio. Quātas rerum flectat habenas, Natura potens, quibus immensum Legibus orbem prouida seruet &c. ¶ Sic bonum esse diamus sibi. ) Laurentius Valla, ei quā sibi diare maluisset. ¶ Posse unius plures esse fines. ) Hoc quo intellectu accipi debeat, ipse Rodolphus explicat apite sequenti. ¶ Sed fortassis est uel gloriæ uel lucri spes. ) Cur non potius gloriā aut lucri ipsū? Certe nemo nauat operam literis ad consequendam gloriā aut lucri spem: ad lucrum aut gloriā ipsam multū. ¶ Et, ut inquit Hesiodus, amulo licet accipere. ) Exponit quid sibi apud Hesiodum uelit & ἰλασθῶν. Versus porrō ipsius poetæ super hac re sic habent.

τῆμ μέντοι κακότητα καὶ ἰλασθῶν ὄσση ἐλέεις  
 ῥηιδίως, ἀλίγη δὲ ὄσος, μάλα δ' ἔγγυδι ναίει  
 τῆς δ' ἀρετῆς ἰδρωτά θεοὶ προπάροιθι μ' ἐδικαυ  
 Ἄ, δ' ἀνατοί, μαιερός ἢ καὶ ὄσση ἰοί μ' ἐπ' ἄντῳ.

l ij De euen =



¶ De euentis, effectis, & destinatis. Idem & effectum diu posse & causam. Vnius euentus, in suo genere unam duntaxat causam esse: & unius rursus causae, unum proximum et per se esse euentum. Tum quantitas huius loci commoditas. Caput. XVI.

**P**oterant (quod ad euenta pertinet) uideri sufficere quae de causis diximus. Neque enim melius ratio uarietasque euentorum cognosci aut tradi potest, quam ex causis, nos tamen si quid uel proprium est huius loci, uel hic fortasse dicitur commodius, exequamur. ¶ Euentorum autem primum nobis est sumenda pro causis differentia. Ut enim sunt causae efficiens & finis: sic euenta possumus dicere esse, effectum & destinatum. Quod enim fit ab efficiente, effectum dicere libet, quando effectus nomen aptissime efficienti coniungitur. Cicero quidem promiscue effecta & euenta ea quae a causis fiunt uocat, sed causam (id quod ex uerbis illius perspicere licet) ad sola efficientia redegit. At uulgo effectus nomen tam late extendimus, quam causam. Mihi ad loquendi usum & ad propriam nominis uim, euenta commodius uidentur dici, quaecumque ex causis oriuntur. Euentaque efficientium, rectissime effecta dicemus: quando efficientis & effectus nomina iuncta sunt arctissime: & in eodem genere, alterum agentis, alterum patientis praese fert faciem. Eritque

hic locus nobis quemadmodum causarum duplex: sicut enim ille diuiditur in efficientia & finem, sic iste diuidetur in effecta & destinata. ¶ Fiunt autem ista plerumque causae & euenta, prout uarie ultro citroque comparantur, suntque eadem etiam persaepe & fines, & efficientia, & effecta, & destinata. Ut in aedificatione, is cui struitur domus, primum efficiens est, & domus finis est ultimus. Quae autem mediae sunt, architectus, fabri, instrumenta, si domum ut effectum accipimus, efficientia sunt; domino uero comparata, effectorum obtinent locum.

Euentorum eadem esse diuersitatem, quam causarum.

Idem diuersa ratione spectata & causam & euentum diu posse. ¶ Haec tria uerba ab interprete adiuncta sunt, quemadmodum ipse in scholijs reafert.

locum, si domum statuimus finem, destinata sunt: at domini respectu, quia parandis ipsis insumitur opera, medij quidam sunt fines. Idem enim finem esse & efficiens, nihil repugnat, non modo diuersis, sed eidem etiam, dummodo diuersa ratione, comparatum, ut qui domum aedificat qua ipse utatur, efficiens est domus, quatenus eam aedificat, & finis, quatenus eam propter se, hoc est, habitandam sibi parat. Sic forma & finis idem esse possunt, forma enim omnis fere actionis proximus est finis. Materia & finis, materia & forma, efficiens & materia, efficiens & forma, nequaquam possunt in idem conuenire. Neque enim nauem fabricanti, finis esse possunt ligna, e quibus ipsam fabricatur, neque idem esse ligna possunt, quod forma nauis, sed neque ligna neque forma nauis neque alia quaeuis huiusmodi queunt ipsa sese efficere, quod necesse esset, si idem & efficiens esse, & uel forma uel materia posset. ¶ Huius etiam admonendi sumus, cuiuslibet euentus in suo genere unam esse causam: & contra quoque causae unius, unus est per se & proximus euentus. Quod praediximus autem, esse nonnunquam plures unius rei fines, id non obstat isti quod iam dicimus, quod uel ex uerbis illis perspicere poterit. Aedificantis enim finis unus et solus, est domus, ad quam cum peruenerit, cessat. Quod autem propter domum, uel lucrum, uel aliud quicquam pro opera petit, id non facit quatenus aedificans est, sed quia uel inops uel auarus est. Sic etiam forte gloriam sperat ex opere: uerum non quantum aedificans, sed quia aliqua id sibi putat profuturum. Potest itaque quis, ut non sequantur ista, aedificare: ut non fiat domus, aedificare non potest. ¶ Copiosus est hic locus causarum & euentorum, & in uarios patens usus. Huc enim fere redeunt cuncta, quaecumque in consilio hominum deliberationeque uersantur. Duo enim ista in consulendo maxime sequimur,

Vnius causae unum tantum proximum esse euentum, & uerum rursus euentus unam tantum in suo genere causam.

Copiosum esse hunc locum causarum.



expediat necne, & an fieri possit. Quorū quid expediat, ex fine colligimus: quid fieri possit, ex efficientibus. Quicquid enim utile, id alicui rei consequendae utile oportet esse. Sic quicquid fieri posse uolumus, maxime ex efficientis facultate poterit ostendi. In laude etiam & uituperatione, praecipuas hi loci obtinent partes, cū utraq; illa, non alia re certius ueriusq; constent, q̄ effectis & fine. Ad uirtutis uerae rationem praecipue pertinet finis, quando multis in rebus nō tam refert quid facias, q̄ ob quam causam facias. Et idem factū, aliis ut ob iram inconsultumq; mentis impetū uitupabit, aliis ut magnanimitate & constantis uiri proposito dignum laudabit. Sic honestū, quia per se expetendum dicimus, quod ultimi finis proprium est, ex destinatis uel maxime dignoscetur. Neq; haec tamen eo pertinet, ut uel hos locos a reliquis quaestionibus, uel ab his quaestionibus reliquos locos excludendos putem, neq; si maxime conuenire istis dico, iccirco solum conuenient. Varia est horum omnium ratio, & de quibus perpetuum nihil semel poterit praecipui, sed quid optimum sit, rerum praesens usus melius docebit.

## SCHOLIA IN CAPVT XVI.

Euentū  
Effectū  
Destinatū

**P**oterant quod ad euenta attinet. Euenta sunt, quae uel atq; impulsu causarum eueniunt. Quorum alia effecta, alia destinata dicuntur. Effecta, quae fiunt à causis efficientibus. Destinata, quae in certum finem aliquem ordinantur. ¶ Sed causam, quod ex uerbis illius perspicere licet, ad sola efficiētia redegit. An Cicerō de sola loquatur causa efficiēte, uiderit Rodolphus. Boetius arte in commentarijs ijs, quos scripsit in Ciceronis topica, seas docet. Verba eius si quis requirat, sic habet: At uerō M. Tullius principalem causarū diuisionem facit in ea quae efficiunt aliquid, & in ea sine quibus effici nequeat. Ut id quod effiat, ad eam causam conferatur, in qua motus principium constitutum est. Id uerō sine quo non fit aliquid, tum ad intellectum materiae transferatur, uel eorum quae adiuncta materiae efficiētis adiuuant facultatem: tū ad reliquas causas ducatur, ut paulo posterius apparebit. Haec ille. Quamquam quid ego autorem laudo Boetium, cum ipsius uerba Ciceronis facile idem declarent? Aes arte materia est statuae, & sapientia non tam

tam efficiens quam forma est sapientis: quibus exemplis usus est Cicerō. Quae huic ascribenda putauimus, non ut inuariae arguerent Rodolphū, sed ut discipulat inquiratq; diligens lector, ecquid aliud sibi is uelit, quam uerba eius prima (ut aiunt) fronte praeferebant. ¶ Sic forma & finis. Aristoteles secundo libro physicorum ait, formam & finem posse idem esse numero: causam efficiētiā, speciem eandem cū his esse posse, numero non posse. Itaq; quod subiungit Rodolphus, causam efficiētem & formam non posse esse idem, de numeri nimirum identitate accipiendum est, non de speciei. ¶ Cuiuslibet euentus in suo genere unā esse causam. Qui tantum unam? An non plures interim causae ad unum aliquid efficiēdum concurrunt? Coarrent quidem, si de quibuslibet causis loquaris. at Rodolphus de sola loquitur causa proxima, & de eodē genere causarū. ¶ Cōtra quoq; causae unius, unus est per se & proximus euentus. Recte illud, per se et proximus. Alioqui causae unius plura nonnunquam esse euenta quid ueret? Ignis proxime ac per se causa caloris est. Quod autem hinc in luto sequitur induratio, in cera molliāes, haec uelut accessiones quaedam sunt primi illius euentus, & effecta (ut ita dixerim) secundaria. ¶ Quod autem praediximus. Dilutio est obiectionis, quae oriri possit ex ijs, quae dicta sunt capite proximo. ¶ Quando multis in rebus non tam refert quid facias. Tale quiddam & Quintilianus habet libro duodecimo, cum ostendit, a uiro etiam bono, non bonam interim causam posse defendi. Meminit eiusdem rei idē autor libro tertio, & item quinto.

## DE APPLICITIS

¶ Quid applicata: aut haec ex aeterno eorum quae adiuncta à Cicerone dicuntur, exemerit: neq; ad solum oratorem, sed ad philosophos quoq; & iureconsultos locum hunc pertinere. Caput XVII.



Applicata placuit uocare, quae addita rei extrinsecus, non Applicata sunt quidem causa eius, praebent tamen illi denominationem. Ea sunt, locus, tempus, & ea quae dicimus connexa, tria uidelicet e primis rerum generibus, i. praedicamentis, illa fere, quae ubi, quando, & habere dicuntur. Et Cicero quidem adiutorum nomine ista complectitur, nos adiuncta credimus illa esse, quae inferius dicimus contingentia: quae quantum ab his distent, suo loco cū explicabuntur, nobis haud erit difficile uidere. ¶ Equidem inueniendo Cur didu- xerit ac sepa- rauerit ea, q̄ Cicerō uno ad iunctorū noie uel cōplexus est,



uel in rebus sunt, uel attingunt ipsas, uel quæ undecumq; accita ad ipsas, aliqua parte ad faciendam de illis fidem profint; ea in certum conclusumq; redigeremus ordinem, pro cuiusq; qualitate, quã habet, propositæ rei comparata. Sic enim facillime posse animum certa & non fallente uia, quæcumq; de re quæq; dicenda sint, eruere; si quæminimo errore perplexa, & suæ quæq; reddita naturæ, intuenta sibi darent. Placuit ergo mihi, quæ exactissimè, simul quæapertissime possem, cuncta distinguere; quæ fuit etiam causa addendi noua plariscq; nomina, ne si in eadem subinde reuoluerer, aut aliqua manerent non nominata, aut diligentia ratio, quam in secernendis sumpseram rebus, ea confundendis rursus nominibus uel omittendis, mihi periret. Itaq; ista & applicata uocauimus, & ab adiunctorum uel genere diduximus uel exemimus aceruo. Cum pateant enim latissime, & per omnem fere rerum eant naturam, nec ut Cicero sensit, ad solum pertinent oratorem ista, sed multum philosophis etiam, cum qui naturas rerum scrutantur, tum uel maxime qui mores hominum formant, quodq; consequit, & medentibus, & respondentibus de iure, locus, tempus, & reliqua connexa tractantur, non est ergo uisum mihi, cum sint ista genere diducta, nomine confundere; & inueniendi copiam quã rerum nobis amplitudo ostendit, tradendo angustius, ad inopiam redigere.

**Exëplis ostendit, nõ ad solũ oratorẽ pertinere locũ ad= iunctorum** Pendent itaq; totæ quæstiones, plaræq; ex loco, plaræq; ex tẽpore. Ut, an reddat Arethusa fons Alphæum amnem, ex Elide subter maria transmiffum, tota fere ex loco spectatur quæstio. Sic etiam, Nilus oriatur ne ex montibus Aethiopiæ, quod Aristoteles negat, Ptolemæus ait, an, ut Iuba autor fuit, circa Atlantem habeat fontes. Iam temporis propemodum uidetur esse, possint ne diurnitate ficcari maria, & sicca rursus obrui aquis. An ad ultimum habitantibus oriẽ

tem

tem Indis, sol in exortu continuo supra uerticem sit positus, ut Herodotus credidit. An sint populi; quibus perpetua dimidio anno nox, dimidio sit dies. Et de connexis tanto plura possunt quæri, quanto per plura sparguntur, quæ locus & tempus. Quis dubitet ergo, cū uideat extra rhetoris fines quæri de istis, quin possint etiam ex eis argumenta deduci.

## SCHOLIA IN CAPVT XVII

**E**A sunt locus, tempus, & ea quæ diamus connexa: tria uidelicet &c. Sit ne locus idem quod ubi, & tempus id ipsum quod quando, nondum satis inter dialecticos conuenit. Sanè quæ connexa uocat Rodolphus, ea non eius modo prædicamenti uidentur esse, quod habendi uocæ intelligunt dialectici: quin uel maxima eorum pars ex albo est relatiuorum. Id quod facile ostendunt exempla, quæ ponuntur capite uigesimo. ¶ Et Cicero quidem. Cicero in topiis adiunctorum uocabulo omnia ea complectitur, quæ Rodolphus locum, tempus, connexa, et contingentia uocat. ¶ Equidem inueniendorum locorum. Poteram & ego (inquit) applicata simul cum contingentibus uno adiunctorum nomine complecti: ni credidissem singula inuentu fore faciliora, si res natura sua longe diuersissimas in diuersos etiam locos digessissem. Hæc mihi causa fuit, ac seiunxerim ea, quæ Cicero coniunxit. ¶ Ab adiunctorum uel genere diduximus, uel exemimus aceruo. Si sola contingentia adiunctorum nomine intelligerentur, iam applicata ab illorum genere essent diducta. At cum utraq; tam applicata, inquam, quam contingentia, eo nomine complexus sit Cicero, hinc est, uti non tam diducta ab adiunctorum genere, quam ex aceruo illorum exempta sint. Atq; hoc est quod diat, ab adiunctorum uel genere diduximus, uel exemimus aceruo. ¶ Nec, ut sensit Cicero, ad solum pertinent oratorem ista. Cicero in topiis, non prorsus, sed magna ex parte, ad solum pertinere oratorem hunc locum confirmat. Et quidem maxima adiunctorum pars de numero est illorum, quæ ab Rodolpho diantur contingentia: cum quibus parum commercij esse philosophis, atq; illo etiam tempore fuisse iureconsultis, id notius est, quam ut ullo argumento sit ostendendum. Sed quid diamus? An non ea quæ de præsumptionibus ac coniecturis tractant iureconsulti, ex numero sunt contingentium? Sunt profecto. Sed quæstiones illas coniecturales, in quibus non tam de iure quam de facto queritur, ij qui id temporis de iure respondebant, quo hæc scripsit Cicero, ad oratorem magis quam ad se pertinere arbitrabantur. Quod ut possit intelligi plinius, totum Ciceronis hac de re locum non pigebit ascribere. Is sic habet: Ab adiunctis autem posui equidem exemplum paulò ante: multa scilicet adiungit, quæ

m susa



si sapienda essent, si statuissemus, ex edicto praetoris secundum eas tabulas possessionem dari, quas instituisset, cui testamenti factio nulla esset. Sed locus hic magis ad coniecturales causas, quae uersantur in iudicijs, ualet. cum queritur, quid aut sit, aut euenerit, aut futurum sit, aut quid omnino fieri possit. Ac loca quidem ipsius forma talis est. Admonet autem hic locus, ut queratur quid ante rem, quid cum re, quid post rem euenerit. Nihil hoc ad ius, ad Ciceronem inquit Gallus noster, si quis ad eum quid tale retulerat, ut de facto quereretur &c. (Pendent itaq;) Ostendit exemplis, non ad solum oratorem, sed ad alios quoq; pertinere locum adiun-

**Arethusa.** (An reddat Arethusa.) Plinius libri secundi capite centesimo sexto: Quidam uero (inquit) odio maris ipsa subeunt uada, sicut Arethusa fons Syraecanus, in quo redduntur iacta in Alpheum, qui per olympiam fluens peloponnesiaci littori infunditur. (Sic etiam, Nilus oriatur ne.) Solinus de Nilo loquens: Originem, inquit, habet à monte inferioris Mauritaniae, qui Oceano propinquat. Hoc affirmant punia libri, hoc Iubam regem accepimus tradidisse. Igitur protinus lacum effiat, quem Nilidem dicunt. Nilum autem iam inde esse coeclant, quod hoc stagnum herbas, pisces, beluas, nihilominus procreet, quam in Nilo uidemus. Et quae sequuntur. Eadem serè Plinius libri quinti capite nono. Et Seneca quoq; nonnihil hac de re naturalem questionum libro quarto: & secundo historiarum libro Herodotus. (Posent ne diurnitate sicari maria.) Hanc questionem exauit Aristoteles τῶν μετεωρολογικῶν libro secundo. (An ad ultimum hominibus sol arden- Indis.) De his Indis ita Herodotus libro tertio: Est autem illis hominibus sol ardentissimus matutino, non, quemadmodum alijs, meridie: eo usq; effere uentus, dum tempus est à foro discedendi, per quod tempus multo magis urit, quam meridianus in Graecia. (An sint populi.) Id quidam dixere fieri in Thyle insula, alij in Nomo. Vide Plinium libri secundi capite septuagesimo septimo.

(Locus hic quid sit, unde eius sumenda diuersitas, & qui usus. Caput XVIII.)

Locus quid  
Aristoteli.



Locum autem in praesentia non uelim tam scrupulose accipi, quàm ab Aristotele acutissime quidem, sed astrictius quàm nostro instituto conueniat, definitus est. Ille enim dixit locum esse extremum illud circumfusi unicuique rei aeris, uel aquae, uel quancumque alio contineret, quod quantum ad loci rationem pertinet, sit immobile. Quod esse quidem reuera proprium cuiusque rei locum non est negandum: sed nos de loco loquimur, quemadmodum Virgilius, qui ait: Est locus, Hesperiam Graij cognomine dicunt. Et: Deuenerunt locos, ubi nunc ingentia cernes Moenia. Et

Quid hic lo-  
cus.

Et sicut uulgo querentibus quo in loco quis sit, respondemus, in foro, & in urbe, & in ruri esse. (Sane multa sunt locorum discrimina: sed ea in capita quaedam colligamus, quo facilius queant perspicui. Locorum igitur discretio, uel ex ipsis quatenus loci sunt sumitur, uel ex ipsis quae circa ipsum sunt ducitur. Et eorum quaedam naturae sunt, alia hominum opere uel opinione accesserunt. In locis ipsis differentia est, qua rem uel hic uel ibi esse dicimus: & qua alium locum distantem, alium uicinum: & alium amplum, alium angustum: & alium sublimem, alium humilem uocamus. Ex eis quae accedunt loco a natura, sunt, maritimus ne, terrestris, an aërius sit: aquosus an inaquosus, & planus an montosus, & asper an mollis, & occultus an conspicuus, lucidus an obscurus, adustus sole an frigore rigens an inter utrumque temperatus, pestilens an saluber, sterilis an foecundus. Ab hominibus, alius celebris alius desertus dicitur, sacerque & prophanus, publicus et priuatus, cultus & neglectus, pudendus & honestus. Iam urbs, rus, domus, forum, templum, uicus, pro locis sunt. Iam prouinciae: ut in Italia quae, in Germania, in Hispania esse dicimus. Iam singulae urbes, ut Romae, Capuae, Tarenti esse. Sic in ciuitate, & in patria, & peregre esse. Sed multa est adhuc (praeter haec quae recensemus) diuersitas, & propemodum immensa. Per omnes enim argumentorum locos, & quidem uarie numerosque, possunt ista diuidi: sed nobis omnia complecti, nec animus est nec est necesse. Satis fuerit, hac in re querere uolentibus hactenus aperuisse uiam. Non enim in abstruso latet res, sed in proximo posita, nisi conuiuere uelimus, non potest nos fugere. Huius loci est, quicquid in laude & uituperio, de patria, de ciuitate in qua natus quis, educatus, eruditus est, ponitur. In consilijs etiam persape ualet. Hinc illa Macedonum interrogatio, Ecquid Romani uo-

Locorum diuersitas

Huius loci usus



lare possent: aut q̄ pacto Macedoniae montes essent transitori: Hinc Annibalís in Italiam transgressi exhortatio militum, ut acriter pugnarent, quippe qui a tergo Alpibus, a latere duobus maribus clausi, nulla sperarent effugia: at contra Romanis, timidís esse licere, qui in tuta fugam suam cōferre possent. Hinc Milonis inuidia, q̄ P. Clodium in monumentis maiorū suorū occiderit, Clodij quoq; de uiolatis Bonæ deæ carimonijs accusati defensio, q̄ eo tempore non Romæ, sed Interamnæ fuisset.

## SCHOLIA IN CAPVT XVIII.

Locus quid sit

**L**ocum autem in presentia non uelim tam scrupulose accipi, quam ab Aristotele. Aristoteles τὸ φυσικὸν libro quarto, post longam disputationem de loco, ὡς ἐ(φονί)δ' τὸ περιέχοντ' ὡς ἐπὶ ἀκίνοτον ὡς ἄνθρωπος τὸ τόπος. Quæri solet, quomodo dicat Aristoteles locum esse immobilem, cum sit actus, ac proinde necessario moueatur motu subiecto. Locus sit hic referre sententias omnium. Mihi placet id quod ait Rodolphus, locum immobilem dici, non absolute ac omnimodo, sed quod attinet ad rationem loci. Potest enim extremum illud corporis ambientis referri ad duo. Primum, ad corpus illud ambiens, in quo est: atque hac ratione moueri quidem potest, cæterum loci nomen ei non competit: neque enim locus est corporis illius. Deinde ad corpus illud quod ambitur ac angitur, cui collatum dicitur locus, et immobilis manet. (Est locus, Hesperiam Graij.) Verba Ilionei sunt primo Aeneidos. (Deuenero locos.) Verba Veneris sunt ad Aeneam libro eodem. (Sanè multa sunt locorum discrimina.) De hac locorum diuersitate multa in partitionibus Cicero: et Fabius Quintilianus libro institutionum quinto eadem ferè que Rodolphus. (Aduisus sole an frigore rigens.) Alludit ad quinque illas terre zonas, quarum due extremæ frigore rigent, media sole torretur ac quasi adurit, temperate sunt due interiacentes. Legit Macrobij librum secundum in somnium Sæpionis. et Vergilij primū georgicon. (Ecquid Romani uolare possent.) Duo bella Romani gesserunt aduersus Macedones, alterum, quo T. Quintius uiat Philippum: alterum, quo Persen Philippi filium Paulus Aemilius. Quando autem aut à quo dicta sint uerba que affert Rodolphus, nondum legisse memini. Apparet in conuulso quopiam dicta fuisse, ubi cum Macedones de bello à Romanis impendente deliberarent, tum nescio quis, ut in spem illos erigeret, eiusmodi dictitauit esse naturam locorum, ut Romani in Macedoniam peruenire non possent. (Hinc Annibalís in Italiam transgressi.) Autor est Titus Liuius de secundo bello punico libro primo

Quinq; terrarum.

primo. (Hinc Milonis inuidia.) Clodianos illud egisse, ut Miloni conflarent inuidiam, propterea quod Clodium in monumentis maiorum suorum occidisset, facile ostendit ipsa Clodiani pro Milone oratio. Ita enim scribit: An eo mors atrocior erit P. Clodij, qui in monumentis maiorum suorum sit interfectus: hoc enim sæpe ab istis dicitur, perinde quasi Appius ille cæcus uiam munierit, non qui populus uteretur, sed ubi impune sui posteri latroanarentur. (Clodij quoque de uiolatis Bonæ deæ carimonijs.) Solebant apud Romanos statim tempore in domo alterius confulis, Bonæ deæ arcana quædam fieri sacra à foeminis, uiris inaccessa. Eis sacris cum P. Clodius captus amore Pompeiæ uxoris C. Cæsaris interfuisset, ac proinde uiolatæ religionis reus esset, corruptos quosdam testes produxit, qui iurati dicerent, eum tempore illo, quo caremoniæ eius deæ uiolatæ dicerentur, non Romæ sed Interamnæ fuisse. Mentionem facit eius rei Plutarchus in uita Clodiani. Et Cicero ipse in oratione Miloniana: Legite (inquit) testimonia testium uestrorum. Dixit C. Cæsarius, cognomento Schola, Inter amnis familiaris meus, et idem comes P. Clodij, cuius iam pridem testimonio Clodius eadem hora Interamnæ fuerat et Romæ, P. Clodium illo die in Albano mansurum fuisse.

Quid tempus, quo modo id diuidatur, qui eius usus. Caput. XIX.

**T**empus definiri solet, esse numerus motus secundum prius et posterius. Nos apertius dicemus, esse ex cœli solisque y-tigine deductum spacium, quo rerum omnium agitationem uicissitudinemque metimur. Inde horam sumimus fere continentem spacio uigesimam quartam diei partem. Dies spacium est illud, intra quod cœlum raptu suo solem nobis eo loco quo proxime abstulerat sistit. Ex diebus mensis fit, intra quem a sole luna profecta, spaciumque omne cœli emensa, rursus redditur soli. Et annus, quo sol percurso duodecim signorum orbe, ad eam qua fuerat cœli partem reddit. (Potest nobis tempus eadem ratione diuidi, qua locus diuisus est: ut alia in tempore spectentur, quæ propria sint ipsius, ut præsens, præteritum, futurum, ut nunc, tunc, modo, mox, pridem, fero, nup, olim, cito, tarde, diu, breui. Alia ex his quæ a natura accedunt ipsi, ut dies, nox, annus, mensis, hyems, uer, æstas, autumnus. Serenū quoque & nubilū, turbidū & tranquillū, pluuiū, niuolum, uetofum, & feruēs

Bonæ deæ sacra.

Tempus quid

Temporū uarietas de spectanda diuersitas.







Obiectio

connexorū est numero. nam ut maritus quis dicatur, nō nisi ab uxore; nec q̄ uxor, nisi a marito contingit. ¶ Quid ergo dicat aliquis: eē maritū, nōne est in eo quem uocamus maritum; sic & diuitē esse, in eo qui diues dicitur; quid obstat ergo, quo minus adiacentia uocent̄ ista? Haud difficile est uidere, quid inter ista & adiacentia intersit.

Dilutio

Quāq̄ aequae insit ei qui maritus est, maritū esse; ut ei quod calet, eē calidū, quod adiacens esse apertum est; tamen non solum calidū esse, sed & calor a quo calidum nomen accepit, inest rei quae calet. ita non fit autem in marito; nam eē maritū, inest ei quem maritum dicimus; uxor tamen, a qua habere q̄ maritus dicatur, nemo dubitauerit, extra maritum est. Sic regiū nomen in rege est; a regno tamē quod est extra regem, ut rex dicatur, necesse est sibi contingere. Est praeterea haec quoq̄ differentia, q̄ in adiacentibus, ea quae dant denominationem, non possunt sine eo quod denominatur esse, Vt calor nullo pacto permanere potest, eo quod est calidū sublato, nec perempto homine, sapientiae quae in illo fuerat permanere nec res nec nomen potest. In diuitijs contra, potest enim manere id unde diuites sumūt nomen, tametsi nemo sit diues.

Cauilli amotio

Quāquam enim nomen diuitiarū non retinet aurum, si in nullius sit possessione; res ipsa tamen durat, unde & dicti fuerunt diuites, & rursus queant dici. ¶ Possunt diuidi connexa, ut alia dicantur in proximo posita & tanquam attingentia rem; ut in aere nebulosum dicimus & uentosum; in aqua limosum, piscosum; sic in terra herbidum, arboribus refertum. Eiusq̄ generis itē sunt, altum, humile, mons, uallis, tumulus, lacus; quorum nihil per se intelligi potest, sed omnia ex alio spectantur. Sic in corpore hominis, armatum, uestitum, praecinctum, calceatum dicimus, & sanguine cōpersum, & luto oblitum, & puluere oppletum. Alia sunt connexa

Connexorum diuisio.

quae

quae uelut e regione & de longinquo rem aspiciunt: ut sunt pleraq̄ eorum, quae nō tam sensu possunt in re deprehendi, q̄ intellectu. Vt sunt quae uel in possessione intelligūt, ut diuitie, opes, regnū, imperiū, potestas, dominium, seruitus, obsequium; quaeq̄ reliqua huiusce sunt conditionis, ut magistratus omnes, & omne id quo uel in homines uel in res imperium iusue habere intelligimur, & quae aliam quandā coniunctionem significant rerū, ut amicus, hostis, ciuis, peregrinus, domesticus, exterus, familiaris. Sic coniugiū, id est maritus et uxor; sic ciuitas, id est consentientes ciues; sic reliqua, quorumcunq̄ cum sit in aliquo nomen, id ab alio tamen quod extra ipsum est oritur.

¶ Aequalitas autem uel inaequalitas, ut sunt a philosophis definita, differentiū rerū eadē uel diuersa quantitas: ut tripedale tripedali comparatum aequale est; & tripedale bipedali, & maiora minoraq̄ sunt inaequalia; similia etiam, ut dicuntur diuersa eandem habentia qualitatem, ut album albo: & dissimilia, quae diuersas qualitates habent, ut sunt album & nigrum; haec omnia huius loci poterant uideri, si acciperentur ueris & his ipsis quibus comparantur nominibus; & talibus etiam, quae proprie essent connexa, & nō imaginem potius connexorum haberent, hoc est, quae eiusmodi essent, quorum cum esset unum, etiam alterum esset. Nunc pro eo quod dicendum erat, minus potens potest, ergo magis potens potest: &, doctior huius rei nescit, ergo indoctior nescit: quae sane uera connexorum sunt nomina: pro eo nos dicimus, miles potest, ergo rex potest: & praeceptor nescit, ergo discipulus nescit: cum horum quoduis alterum possit sine altero esse, & rex potentior milite, & contra miles potētiore rege; & discipulus praeceptore, & eruditior discipulo praeceptor esse possit. Sic etiam si dicatur, Annibal non potuit capere Romam qui po-

*Aequalitas, similitudo, & cetera id genus, an ad huc locum pertineant.*

n

tentior



tentior fuit, ergo Gothi imbecilliores non poterunt capere; nomina sunt connexorum ista, sed res nequaquam: non fuerunt enim eadem tempora Annibalis & Gothorum: quare cum simul non sint, similia sunt connexis, conexa non sunt. Si quis tamen ad legem quam praedixi argumentetur, ductum erit hoc e loco argumentum. At cum rarissima haec sit observatio, sintque haec reliquis eis quae comparata dicimus usu tractatque similia, in eundem cum illis locum contulimus aequalia & similia, diuersaque istorum dissimilia & inaequalia. Nam ea quae nos postea dicemus similia, separatum habent ab alijs accidentibus locum, non enim in hanc significationem similia dicuntur: quod cum dicitur de ipsis, non erit difficile perspectu.

## SCHOLIA IN CAPVT XX

**H**aud difficile est uidere. Duplex affert discrimen inter connexa & adiacentia. Alterum, quod in adiacentibus non modo ipsa denominata, sed & illa quae praebent rei denominationem, in re ipsa sunt: at in connexis, id quod causa denominationis est, plane extra rem est. Alterum, quod in adiacentibus ea a quibus habet res ut denominetur, sine illa re esse non possunt, in connexis possunt. ¶ Aequalitas autem. Quod dicitur, hoc est: Aequalitas est rerum diuersarum eadem quantitas. Inaequalitas est rerum diuersarum quantitas item diuersa. Similitudo diuersarum rerum eadem qualitas est. Dissimilitudo rerum diuersarum diuersa est qualitas. Haec igitur omnia, quoties hisce nominibus significantur, ex alio sunt connexorum. Sed fieri solet, ut quoties horum aliquis inter diandum occurrunt, tum non his sed alijs quibusdam nominibus utamur: quo fit ut ad eum potius referenda sint locum, qui dicitur comparatorum. de quo post, capite uigesimo quinto. ¶ Annibal non potuit capere Romam. Annibal quo modo relicta Capua exeratit ipsi Romanae urbi admoerit, & abiecta rursum spe capiunda urbis inde discesserit, explicat T. Liuius secundi belli punici libro sexto. ¶ Ergo Gothi. Ab his duae Halarico urbem Romam obsessam captamque esse tradunt multi. Modum ac feruorem captae urbis explicat Baptistus Egnatius. Quoties autem & a quibus intra paucos annos capta Roma fuerit, praeter alios docet Antonius Sabellius Enneade nona.

## DE ACCIDENTIBVS

¶ Quae uocantur hic accidentia, & quot horum sint species. Tum de sententia Ciceronis, Quintiliani, & Boetij, de adiunctis, antecedentibus, consequentibus & repugnantibus. Caput XXI

Nolim



Olim quisquam credat me ignorare, propter hanc insolitam accidentis appellationem, quid uulgo hoc nomine philosophi significant, ut sit accidens id nonnunquam omne, quod non sit substantia; nonnunquam uero, quod abesse rei & adesse, ut non corrumpatur res, potest; ut calor accidens est aquae, potest enim adesse aquae & abesse, ut tamen permaneat aqua. Ego accidentia uoco in praesentia, quorum utriusque & esse & interire, sine alterius pernicie possit, quemadmodum dicimus in rebus accidere ea, quae temere, & nullo delectu aut prouidentia uidentur fieri. Ex qua significatione Seneca inquit: Non accidunt (ut putas) omnia, sed eueniunt. Et Quintilianus in corpore proiecti: Poteram (inquit) nihil ex accidentibus meorum nouitate mirari. Sic nos ea quae temere & nulla sunt existendi necessitate coniuncta, uocamus accidentia. ¶ Ea in quinque diduximus species, contingentia, pronuntiata, nomen rei, comparata, & similia. Esse autem haec omnia ex accidentium genere, hinc facile perspicere potest, quod omnes hi loci, non solum in ipsis sunt, quae sunt coniuncta cum re, & quae simul esse oportet: sed & in eis, quae antecedunt rem, & quae consequuntur. Sic ea quae contingentia uoco, ut iurgatum esse, antecedit quandoque caedere: aut expalluisse, aut latebras quaesisse, aliquando consequitur caedere. utraque uero caedis sunt accidentia: quia & illa sine caede, & caedes sine illis potuit euenire. Nomina etiam rerum & pronuntiata itidem de rebus, existentium non solum sunt rerum, sed & futurarum rerum, & earum quae fuerunt. Similiter comparationes similitudinumque, non modo ex ipsis ducimus, quae rebus coniuncta sunt: sed per sepe ex ipsis, quae praecesserunt; nonnunquam & ab ipsis, quae temporum ordine sequuntur. ¶ Quoniam autem adiunctorum, antecedentium, & consequentium, locus iste nos admonet, aptissimum uidebitur hic recensere, quid istis nominibus Cicero uoluerit accipi. Sane ille, non locum

Accidentium nomen quid hic designet

¶ egerunt demus

Quinque accidentium species

Opinio Ciceronis de adiunctis, antecedentibus, & consequentibus

n ij non

Seneca  
Non accidunt omnia sed eueniunt



† *Connexa* non tempus, non † applicita, non contingentia, posuit in locos; sed hæc omnia nomine adiunctorum complexus est. Ego, de loco, tempore, & connexis, cum de illis dicerem, rationem reddidi. Contingentia uero recte illum locum, quem adiunctorum uocari Boetius † utauit, intra se claudere uidentur, quoniam eiusmodi sunt, ut esse cum re, pposita & sine ea possint, malui tamen contingentia ea quæ adiuncta uocare, quoniam ut modo ostendi, adiunctorum & antecedentium & consequentium nomen, uelut tres sunt gradus, per quos omnes accidentium loci ducerentur. Sed quæ antecedentia & consequentia uocauerunt Cicero, Quintilianus, & Boetius, additaque eis etiam repugnantia, loci non sunt, sed argumentandi formæ quædam, quas licet per omnes locos colligere. Quia in re, quo litem hanc Ciceroni & Quintiliano remittam, quos diuersa ab istis magnorum studiorum ratio facile tuctur, ut hæc ab alijs accepta, aliena quoque traderent fide. Boetij certe non immerito desiderauerim diligentiam, quia nullam studiorum partem uideri potest impensiore tractasse cura. Nam & Aristotelis topica ex grecis latina fecit, & in Ciceronis topica edidit commentarios, & quatuor topicorum libros ipse conscripsit. In eorum librorum tertio de antecedentibus sic ait: Antecedentia sunt, quibus positis, necesse est ut aliquid sequatur. uelut cum dicimus, si homo est, animal est. Quod si uerum est, etiam animal antecedens erit ad hominem. Licet enim dicere, si omne animal est, homo est, eritque hinc inde, animal homini, & homo animali antecedens. Ad hoc, quo pacto distinguetur hic locus ab alijs, cum sit ex omnibus fere locis tale aliquid sumere, quo posito sit necesse aliquid sequi: ut posita definitione, sequitur definitum; posita specie, sequitur genus; posito toto, sequuntur partes; & ad causas euenta, & ad euenta causas, & ad omnes

*Contra sententiam Boetij Ratio prima*

*Secunda*

omnes fere locos aliquid necessario sequitur. Quid ergo fuit opus nomen antecedenti secernere, si sunt ea reliquis locis, non uni alteriue, sed prope omnibus communia? Præterea libet quærere, an si dicam, homo est, ergo animal est, sit ductum argumentum ab antecedentibus. Quod si aiat, haud uideo quod dicitur a specie ductum. Sed negat Boetius, dicitque solum ab antecedentibus sumi argumentum, cum per conditionem effertur, ut, si homo est, animal est. Primum ergo magnæ infelicitatis damnat antecedentia, cum possit ex reliquis omnibus depromi argumentatio, ex antecedentibus non possit. Cum enim antecedentia aliter pronuciari nequeant, quæ quo pacto ipse prescribit, non poterit utique ex ipsis confici argumentatio. Nec enim est argumentatio: si homo est, animal est; sed pars solum argumentationis, quæ quidem, si addideris, sed homo est, ergo animal est: tum demum erit expleta. Deinde, cum locorum distinctio, pro diuersa habitudine rerum sumatur, quam accipiunt alia alijs comparata, ut animal homini comparatum, genus est: uirtuti uero sententiæ, subiectum est: corpori & animæ, est totum. Cum ergo inter ista, si homo est, animal est; & homo est, ergo animal est; nullum sit rerum discrimen: qui potest fieri, ut dicantur e locis diuersis sumptæ argumentationes? Quæ fuit igitur causa tradendi Boetio ista hoc pacto? Dicam equidem. Vir ingeniosus, qui uidebat, si antecedentia faceret omnia, ad quæ simpliciter illata, aliud sequeretur, non habiturum se quo consequentia inueniret: undecumque enim duceret argumentum, si necessario sequeretur aliud, oportebat id ab antecedentibus dici; non habebat ergo, quod a consequentibus uocaret. Instituit ergo, ut antecedentia per conditionem (ut dicimus) pronuciarentur, & consequentia essent eadem illa, mutato tamen ordine, & per

*Tertia.*

*Quarta.*

n iij contradictionem



contradictionem & asseueranter prolata. Vt sit ab antecedenti, si homo est; animal est. deinde a consequenti, sed nullum animal est, ergo homo non est. fietq; ex duobus locis argumentatio una. Mihi per-  
*Quomodo in-*  
*telligendus Ci-*  
*aro* sua sum est, multo aliter sensisse Ciceronem, & uoluisse ex anteceden-  
 tibus argumentationem duci, quoties proposita conditionalis, ab eo quod per conditionem antecedens fecimus, quo ordine propositum erat, duceretur argumentum. ut si homo est, animal est; deinde ab homine quod antecedens fecit, ducit argumentationem, quam ab antecedente uocat; sed homo est, ergo animal est. Sic cum conuerso ordine, ab eo quod ex conditione consequens erat, duceret argumentationem, a consequentibus uocabat, ut si homo est, animal est: animal hic est consequens, ducitur ergo a consequenti, sed nullum animal est, ergo nullus homo est. Verum ista, quomocumq; libeat accipere, non loci sunt, sed formae argumentandi. cum non rerum inueniendarum ratione, sed certa colligendae argumentationis lege constent.

*Repugnantiā* Repugnantiā quoq; Boetius uoluit esse contraria consequentium. Sed quoniam haec etiam per tot locos spargi possunt, per quot consequentia sparguntur, & ad certum argumentandi modum sicut consequentia trahuntur, neq; suum poterunt proprium habere locum, &

*Antecedentiū,*  
*consequentium,*  
*et adiunctorū*  
*uocabulis quo-*  
*modo hic utē-*  
*dum* ad iudicandum potius q̄ inueniendum pertinebunt. Nos ergo, antecedentiā, consequentiā, adiuncta, ita putamus accipiēda, ut temporum ea distinguamus ordine, hocq; semel in omnes accidentium locos admonitum uolumus, posse ex quolibet eorum per tres istos gradus duci argumenta, & quencq; locum in quaerendo hoc ordine excutiendum esse. Tria autem nomina ista, quoties per se ponentur, poterunt quidem & ad pronuntiata referri; sed accommodatissime naturae proprietatq; contingentium accedent.

Scholia

**V**T sit accidens id nonnunquam omne. Accidens duo potissimum significat *Accidens.*  
 apud philosophos. Principio, omne illud quod non est in genere substantiae, quo intellectu accipiendum quod dicunt, nouem esse genera accidentium, quantitate, relationem, qualitatem, actionem, passionem, ubi, quando, situm esse, & habere. Deinde, id quod contingit eidē inesse & non inesse. id hunc in modū finit Porphyrius. Συμβεβηκός δ' ἐστὶν ὁ γίνεσθαι καὶ ἀπογίνεσθαι χροσὶ τῆς τῶ ὑποκειμένου φροσῆς. Accidens est quod adest & abest a tra subiecti corruptionē. Horum ergo signifiatiuum neutro in praesentia utitur Rodol. uerum accidentia uocat res eas, quae ita coniunguntur, ut & seiungi rursus possint, & utraq; esse sine altera. Ex qua significatione Seneca ait. Seneca in libro unico de diuina prouidentia: Fata (inquit) nos ducunt, & quantum cuiq; temporis restet, prima nascentium horum disposuit. Causa pēdet ex causa, priuata ac publica longus rerum ordo trahit. Ideo fortiter omne faciendum est, quia non ut putamus inādunt aucta, sed eueniūt. Olim constitutum est, quid gaudeas, quid stetas: & quamuis magna uideatur uarietate singulorum uita distingui, summa in unum uenit. Sic quidē hodie in exemplaribus legatur. Rodolphus pro illo putamus, legit putas: & pro inādunt, accidunt. Quarum lectionum utra sit emendatior, eius rei iudicium sit penes alios. Mihi illud accidunt magis arridet quam inādunt. Et Quintilianus in corporis proiectione. Id est, in declamatione ea cui titulus est, corporis proiectione. Porro cum ex alijs quibusdā, tum ex hoc etiam loco facile perspectu est, Rodolphum hominem fuisse plurimae lectionis: & cum haec scriberet, tum aut libros ei ad manum non fuisse, aut alioqui fiducia quadam insignis memoria illos non consuluisse. Quae res esse solet in causa, ut homines alioqui longe doctissimi, uel in nominibus proprijs, uel in librorum titulis, uel alijs quibusdam hisce non dissimilibus, soleant nonnunquam errare. Ita Ciaro ab Aiaa ea apud Homerum diā ait, quae non ab illo sed ab Hecto *Erratum Ciaronis.*  
 redicta esse animaduertit A. Gellius. Cui simile quiddam in eodem Ciarone deprehendit & Politianus Miscellaneorum capite quinquagesimo tertio. Quibus non ita dissimile est id quod hoc loco fecit Rodolphus. Siquidē uerba Quintiliani quae citat, non in corporis proiectione, sed in ea declamatione posita sunt, quae hanc proxime praecedit, cui titulus est, ager redēptus. Ibi hūc in modū orditur pater. Quāuis iudicis in tanta malorum continuatione iam poteram nihil ex accidentium meorum nouitate mirari, nullūmq; mihi reliquerunt impatiētiae genus aduersa. &c. Huius generis & illud, quod capite uigesimo quinto, Sp. Melij nomen ponit pro Tyberij Grachi. Id quod facile animaduertet, quisquis legerit orationem eam Ciaronis in L. Catilinam ex qua id exemplum depromptum est. Neq; ita lōge hinc disidet quod secundū libri capite deāmo octauo, a Megara ea diā ait, quae apud Senecam, nō ab illa, sed ab Amphitrione dicuntur. Quod genus & alia quaedam lectori occurrunt

rcnt



vent, quæ admodum suis indicabimus loas. Sanè si quis censor accedet tam iniquus, qui eiusmodi erratula uehementius insectanda ac reprehendenda putet, ei hoc ego solum respondero, homines indoctos ad istunc errare modum non solere. (Sic et quæ contingentiã.) Nota genus locutionis. Neq; enim uerbum ullum appositum est huic nominatiuo contingentiã, nisi quod singulis partibus sua uerba apponuntur antædit & consequitur. Sic Virgilius quanquam diuerso casu:

Protinus Orsilochum & Buten, duo maxima Tæcærum  
Corpora, sed Buten aduersum corpore fixit  
Loricam galeamq; inter, qua colla sedentis  
Inuenit, & leuo dependet parma laerto.  
Orsilochum fugiens magnùmq; agitata per orbem  
Eludit gyro interior. &c

Macrobius Simile est huic illud, autore Macrobio: etiã si Seruius longum subesse putat hylorum, a. 6.

Interea reges, ingenti mole Latinus  
Quadrifugo uehitur curru, cui tempora arcum  
Aurati bis sex radij fulgentia angunt.  
Solis auti spectamen: bigis it Turnus in albis  
Bina manu lato crispans hastilia ferro.  
Hinc pater Aeneas Romanæ stirpis origo  
Sidereo flagrans clypeo & cælestibus armis  
Et iuxta Asanius magnæ spes altera Romæ  
Procedunt astris.

(Quoniam autem adiunctorum, antædentium, & consequentium.) Principio explicamus quid sibi uelint hæ uoces: ita plenius intellecturi, quorsum tendat Rodolphus. Antædens est, quo posito aliud quiddam necessario sequitur. Consequens quod necessarium est esse, si id cui consequens est, præcessisse constiterit. Ut, quam perisse constat, eam necesse est cum uiro consuetudinem habuisse. Adiuncta sunt, quæ ita aut antædunt rem aliquam, aut sequuntur, aut cum ea coherent, ut nullã tamen præcedendi coherentie aut sequendi intercedat necessitas. Verbi causa: Cædem præcedere solet uerborum contentio, coherent, uel uox eius qui eadem seãse arguitur, uel occisi uociferatio aut gemitus, uel aliud qui ppiã hisce non usquequaq; dissimile: sequi, fuga, timor, latæbræ, trepida ac inconstans responsio. quorum omnium nihil est, quod necessitate aliqua cū eade iungatur: & tamẽ raro ita quisquã occiditur, ut nihil horum ei cædi adiunctum sit. Ergo quæ adiuncta alij uocant, ea (quæ admodum diximus) Rodolphus, partim contingentiã, partim applicati uocant. Antædentiã autẽ & consequentiã non putat esse locos distinctos, eo q, in omnibus propemodum loas taliã quædam inueniri queant. Hæc rei summa: in qua, ut quidẽ

quidẽ mihi uidetur, nõ pessime Rodolphus: etiã si quædam obiter interserit, quæ mihi haud dum satis probantur, quæ suis loas non dissimulabo. (Contingentiã uero recte illum locum quem adiunctorum uocari Boetius putauit, intra se claudere uidentur.) Quem admodum negari non potest, maximam adiunctorum partem cõtineri loco contingentiã: ita ne id quidem in dubium uocari debet, quædam utiq; ex ijs pertinere ad locum applicatorum. quando hæc quoq; adiunctorum uocabulo à Cicerone comprehensa fuisse ipse testatur Rodolphus. Boetij porrò non aliam ac Ciceronis de adiunctis fuisse sentiã, id uel hinc liquet, q, is tertio topicorũ libro, ita imitatus est topicã Ciceronis, ut præter exempla nihil quicquam mutasse uideatur. (Sed quæ antædentiã et consequentiã.) Due dialecticæ partes sunt, una inueniendi, altera iudicandi. Prior inueniendi argumenti rationem ac locos tradit: ac proinde topicã dicitur. Altera, formas quasdam tradit argumentandi, quibus diiudicari expendiq; inuentum iam argumentum possit, nominatũq; κριτικὴ, ἀναλογικὴ & κρητικὴ, hoc est, à iudicando. Quæ igitur à Cicerone, Quintiliano, & Boetio, in locorũ explicatiõe de antædentibus, consequentibus, repugnantibusq; præcipiunt, ea (inquit Rodolphus) ad posteriorẽ potius dialecticæ partẽ, q̃ ad priorẽ pertinet, quare non erant hæc referenda inter locos. Sanè Cicerone ipse paulò minus in hac uideatur fuisse sentiã, ut putarit ea quæ ab ipso de his tribus dicuntur, magis ad explicandã formandãq; quàm ad inueniendã argumenta pertinere. Verba eius sic habent: Cum tripartite igitur distribuatur locus hic, in consecutionem, antædentiã, repugnantiam: reperiendũ locos simplex est, tractandũ triplex. Hactenus Cicerone. Verumenimvero ut altius paulò hæc discutiãmus, ascribam huc uerba ipsius Rodolphus, ex capite uigesimo secundo de contingentiã. ubi inter alia multa: Nec est (inquit) inutile, etiã si id natura rei non cogeret, plures tamen esse locos, hoc est, aditus & uias unius reperiendæ rei: ut si minus unus perducat nos ad id quod querimus, altero tamen tertio uentantibus, aliqua parte procedat. Hæc Rodolphus uerba si uera sunt, quid tandem flagitij admisit Boetius, qui antædentiã quoq; & consequentiã unã cum repugnantibus, inter locos inseruit? An non hæc etiã uia aperiuunt faãlius inueniendi? Nõne multa sunt, quæ hac ratione faãlius inuestigari queant, quàm si alia uia querantur? Et ut missa faãiam antædentiã & consequentiã, certe repugnantia nõ uideo cur reijciat Rodolphus, eo dumtaxat intellectu, quo est hoc nomine usus Boetius. uti paulò post diluãdius explicabitur. (Quod si uerum est, etiã animal antædens erit ad hominem.) Hoc quàm sit uerũ uiderit Rodolphus, Omnes certe confirmant, hominem esse antædens ad animal: nemo contra, animal ad hominem. Neq; profecto uirium quicquam habet, quod assertur de omni animali: quando fieri potest, ut idẽ diuersa ratione acceptum, interim antædens, interim consequens esse dicatur. Ita homo est antædens animalis: nequit enim homo esse quĩ & animal sit. Contra, omne animal antædens ad hominem,

Due dialecticæ partes.



siquidē nullo modo fieri potest, uti omne animal sit, quin sit etiā homo. ¶ Ad hoc, quo pacto distinguetur hic locus ab alijs. Respondeat (opinor) Boetius, non se ire infra, quin antecedentia & consequentia sparsa sine per locos ferme omnes: sed esse quaedam, quae facilius inuestigari queant, cum his significatur uocabulis: quam si alijs eadem uocabus notarentur. atq; hanc sibi causam fuisse, cur distinctum istis dederit locum: praesertim cum ne Rodolpho quidem displicet, etiam si natura rei non cogat, tamen plurius esse locos, hoc est, aditus & uias unius reperiendae rei. ¶ Quod si aiat, haud uideo quod dicitur à specie ductum. Inuitus facio, ut in ista inquiram scrupulosius, ac uelut censoria quadam uirgula quaedam notam in uiro hoc, quo neminem ego in hoc duntaxat argumenti genere, maiorem meruisse laudem ausim cōcedere. Sed quemadmodū in speciosis ferē corporibus solent animaduertere quaedam, quae non displicent ipsa quidem, at minus tamen placeant quā cetera: ita haud sō quo modo in uiris etiam quamlibet doctis, quaedam tamen notari solent, in quibus etsi non alijs, tamen se ipsis inferiores esse uideantur. Et quid si (quemadmodum ait ille) quandoq; bonus dormitat Homerus? id quod hoc loco, ut si usquam, Rodolpho accidisse mihi uidetur. Nā quod ait, nō uidere se, quod nā argumentum duatur à specie, si id quod affert, ex antecedentium loco ductum dicitur: hoc arte facile refellat Boetius, si dicat non esse absurdum, argumentum idem ex diuersis produā loās, quod ne ipsi quidem Rodolpho displicere paulō ante doauimus. Iam quod addit à Boetio magnae infelicitatis dānari antecedentia, & exstimarit perfectam inde depromi argumentationem non posse: hac parte tantum abest ut subscribam Rodolpho, ut demirer hominem alioqui longe diligentissimū hoc loco tam dissimilē sui esse potuisse. Certe Boetius in ea plane opinione fuit, ut crediderit ex utrisq; tam antecedentibus quā consequentibus perfectam duā argumentationem. Ex antecedentibus hoc modo. Si peperit, cum uiro conabuit: peperit autem, ergo cum uiro conabuit. Ex consequentibus. Si peperit, cum uiro conabuit: non autem cōabuit cum uiro, quare ne peperit quidem. Hae exempla ipse ponit Boetius topiarum differentiarum libro tertio: ē quibus facile perspectu est, sententiam illius eadem planē esse cum ea, quam Rodolphus tribuit Ciceroni. Et ut semel dicam quod sentio, nihil aliud conijcere, cum ex hoc loco, tum ex alijs quibusdā possum, quā cum haec scriberet Rodolphus, tum Boetij eum libros ad manum non habuisse: aut certe aliō festinanti, nō fuisse tantum ocij ut illos consuleret. quod cum ex ijs quae dixi tum uerō maxime ex ijs quae continuo subiungam, patere potest. Repugnantiā quoq; Boetius (inquit) uoluit esse cōtraria consequentium. Quid? unde isthac Rodolpho? Boetius arte repugnantiā hunc in modum nō finit, sed ordine cōtrario: Repugnantiā (inquiens) contrariorū sunt consequentiā. Verbi causa. Contraria sunt dormire & uigilare: stertere dormientibus adiunctum est, quare stertere & uigilare sunt repugnantiā, Rursus, Prudentiā contrarium est impru-

repugnantiā

imprudentiā: fraudibus ac imposturis obnoxium esse, imprudentiam sequitur: quod fit ut id repugnet prudentiā. Atq; hoc intellectu cum sumitur nomen repugnantiū, non uideo cur distinctum ac peculiarem habere locum ea non possint. Sed ut finitā aliquando, hi si sunt errores dicendi, non tamen id genus errores sunt, qui insatiā arguant: sed qui ex praecipiti quadam festinatione profecti uideantur. Quāquam & aliud quiddam hic mihi uenit in mentem, de quo postea capite uigesimosextimo. Illud hic dicam, summam à me gratiam initurum, si quis secus habere ista ostenderit, quā uisum est mihi, quando nihil mihi tā cordi est, quā ut in omnibus optime sensisse uideatur Rodolphus, cui ego uiro tribuo tantum, ut nunquam ipse mihi credam minus, quā quoties ab eo me dissentire res cogit.

De contingentibus, & uario ipsorum usu.

Caput XXII.



Rimum accidentium genus contingentia diximus, quoniam circa rem contingant, id est, eueniant, ea quidem conditione, ut siue ista non eueniant, res existere: siue res non existat, ista euenire possint. Ut pallor ante aegritudinem. Nam potest quis pallere, ut non aegrotet: & egrotare, ut non palluerit. Sic iurgium ante caedem. potest enim iurgatus quis esse, ut non occiderit: & alius occidisse, qui non sit iurgatus. Sic forma ad luxuriam, Nam & formosus frugi, & deformis potest esse profusus. ¶ Miretur forte quis, cum uideat pallorem, aegritudinem, formam luxuriam, adiacentia esse, & iurgium & caedem actus, quare ea iam contingentia faciamus: aut quid hoc loco sit opus, si illo satis fuerit haec explicare. Non est ergo nobis ignorandum, locorum fines nō tam pro rerum uarietate, quam ex seipsis accipiunt, q̄ pro habitudine eorum quibus applicantur, distingui. Sic candor, adiacens est nituis, & coloris species, & contingens pulchritudinis. Nec est inutile, etiam si id natura rei nō cogeret, plures tamen esse locos, hoc est, aditus & uias unius inueniendae rei, ut si minus unus perducatur nos ad id quod quaerimus, altero tamen tertioque tentantibus, aliqua parte procedat,

Contingentia  
aut dicta

Scrupus

Solutio

o ij cedat,



Quo differat  
contingentia a  
connexis

cedat. ¶ Differunt autem a connexis contingentia hoc pacto, quod connexa uno significantur nomine, quod continuo ut prolatum est, & eam rem indicat in qua est, & id quod extra ipsam est, unde id oritur nomen. Nam cum diuitem dicis, accipis statim eum qui est diues, & diuitias a quibus diues uocatur, sic contra, in diuitiarum nomine illico & opes ipsas, et eum qui possidet agnoscis. At in contingentibus, uel potius in omnibus accidentibus, necesse est, ut duo conferamus, quo esse intelligamus ea accidentia. Nam si astutiam per se dicas, adiacens uidetur; si seruum, connexum est; si coniungas seruum astutum, contingens est. Et connexum connexo contingit, ut seruus diues. Et adiacens adiacenti, ut astutus medicus. Et in summa, quemadmodum praediximus, omnia ea quaecumque huius sunt generis, ut alterum sine altero possit ultero citroque esse & perire. ¶ Non tamen hoc sic accipi uelim, ut omnia quaecumque sunt rei contingentia, conferre putem ad inuentionem, aut ad hunc locum credam pertinere. Nec enim excidit nobis id quod praediximus, non omnia probandis omnibus apta esse. Verum illa demum contingentia nostri sunt negotij, quae uelut indagine uestigijque quibusdam ad ipsam rem nos possunt perducere, cuiusmodi sunt, uel unius efficientis facta, uel subiecti unius adiacentia, uel quae in eodem sunt loco, uel tempore, uel quomolibet aliquid commune inter se habent, quo de uno possit in aliud fieri transitio. ¶ Apud Quintilianum itaque in Mathematico, uir fortis, hoc ipsum quod fortiter fecit in argumentum adfert futuri parricidij, quoniam utraque ait opus esse impetus & furoris cuiusdam, ut ambo unius animi possint uideri. Terentius quoque, Non dubium est (inquit) quin uxorem nolit filius, ita timere Dauum sensi. Nam quid per se timor Dauum ad nuptias filij, nisi id esset, quod omnia communi inter ipsos con-

filio

filio agerentur, & eadem omnia uellent atque nollent. Huc pertinet etiam, quod solebant qui accusabant in foro quum maxime premere uitam antea actam; quod non eo modo spectat, ut inuidiam reo conflarent, uerum quoniam uidebatur animus a quo illa fuerant profecta, nec a praesentis quoque sceleris abhorre fide. Huius sunt generis, quaecumque sunt monstra ostentaque rerum, ut defectus solis lunaeque, & stellae crinitae, quaecumque alia uel uideri solent uel audiri, quibus insignium populorum urbium uel clades auguramur. Ita in caede uultus turbator, implicati animi index, minae, uitata colloquia, sprete congressus. In agritudine uero, spiritus tanea membrorum lassitudo, fastidium cibi, inquietudo peruiulgarum, quaeque reliqua huiusmodi rem antecedunt. Ex adiunctis collegit Asdrubal apud Varum fluum auctas esse copias Romanas, quoniam strigiosiores equos, & coloratiora uideret corpora. Annibal etiam cum exercitum admouisset urbi, nondum fractas esse res Romanas, quum ager in quantum castra locauerat, praescriptus sit, & inuenerit emptorem. Et Quintilianus, non esse caeci aut solliciti percussoris uulnus; quum solum unum sit, certioreque loco, quam pro caeci uel trepidatione festinanti factum. Cicero quoque Catilinam docet malum aliquod publicum meditari, quoniam angustia rei familiaris prematur. Sic ex consequentibus ducit, sceleris aliquid agitatae consilia, quoniam diducti non constiterint inter se uestigia: furtum fecisse, quoniam res sit inuenta domi ipsius; caedem admisisse, quoniam fugam uel latebras uel arma circumspererit. Ita & quae in nota dicuntur, id est constantia uel uerisimilia, huius sunt loci, quae sunt, forte esse, quae lato fit peccato re: et quae pauper sumptuose uiuat, furari; et si quae matrona sola per uiam nocturnam pergit, moechum expetere. Signa quoque nonnulla possunt huc referri: ut future postridie serenitatis, uespertinus occidens rubor; & sperata sanitatis, oris exulceratio. Pleraque tamen uel ad actus, ut uinum esse quae spiraret; uel

o iij ad

in nota

Signa



ad effecta, ut ignē esse quia sit fumus, referantur. Quæ quidē si magis latius pateant q̄ ea quibus adhibentur, communi nomine signa uocantur: ut quod percussus sit, quia cicatricem habeat. potest enim cicatricē, uel quia ceciderit, uel ex ulcere habere. & grauidam esse, quia tumescat uterus, quia uel ueneno uel morbo potest tumescere. Sin uero uel minus pateant, ut ignē esse quia fumus sit, potest enim & sine

τεκμήρια fumo ignis esse. uel itē ex æquo, ut foetā esse quia habeat lac, τεκμήρια. i. indicia uocantur. Ea Quintilianus inter argumenta non putat habēda, quia nihil post se dubij relinquunt. Quod quidē acutissimo uiro miror potuisse in mentem uenire. Ergo ibi nihil eorum, quibus mathematici inuenta sua colligunt, argumentū esset, cū certis & de quibus ambigi non possit rationibus oīa demonstrarent. Cūq; id agamus argumentando, ut q̄ minimū dubitandi relinquamus locū, qui potest fieri, ut qui ad liquidū indubitātq; rem p̄duxerit, uideat non esse argumentatus. At nos incerta pleraq; pro manifestis argumenta sumimus, quāto melius igit̄ res ip̄a nostro cōsuluit pudori, ut faciat ip̄a ple hīde, ne cogat in locū eius is q̄ dicit suo succedere mēdacio.

## SCHOLIA IN CAPVT XXII

**S**ic forma ad luxuriam. i. luxum, uitium oppositum frugalitati: ne uulgi more libidine intelligas. (Nec enim exadit nobis quod diximus.) Huius libri capite secundo. (Quintili. in Mathematico.) Verba Quintiliani eo in loco sic habent: Virum fortem dixit, & parriadam. Viāna sunt hæc, etiam ut distimilia: paria uiribus, etiam ut mente dissentiant. Quid enim me aliud notabilem feat in bello, quā q̄ non parco cādibus, cruore non satior: exultans super stratorum corporum strages, palpantibus adhuc cadaueribus alacer insisto. Et paulō post: Crede pater, & parriadium tam facile est quā fortiter facere, cum utrūq; de fato est. (Terentius quoq;.) In Andria. (Huc pertinet etiā quod solebāt qui accusabant in foro.) Hunc morem accusatoribus fuisse facile ostendunt actiones Ciaronis in Verrem. & quod idem autor pro Caelio, plus operæ sumit in diluendis actibus criminibus, quæ in iudicium non ueniebant: quā in eo, cuius gratia erat constituta questio. (Huius generis sunt, quæ auq; sunt monstra ostentaq; rerū.) Ex his Ciaro argumenta duat in Catilinam, inuectiua tertia. (Asdrubal apud fluuiū

fluuium, Secundi belli punia anno duodecimo, Asdrubal frater Annibalis cum ingenti exercitū in Italiam uenit. qui cum se fratri in Umbria occursum literis illi significaret, easq; literas intrapissent Romani, priusquam ad Annibalem perlatæ fuissent: Claudius Nero Consul, non auctandū ratus tempore tali, neq; expectandū decretum senatus, cum sex millibus peditum & mille equitibus noctu castra egressus, M. Liuius collegæ sese coniunxit, ut nihil tale suspicantem ambodoretis uiribus aggredirentur Asdrubalem. Horum ergo coniunctionem subodoratus est Asdrubal ex ijs signis, quorum mentionem facit Rodolphus. Quæ de re ita Liuius eius belli libro septimo: Morā (inquit) pugne attulit, quod Asdrubal prouectus ante signa cum paucis equitibus, scuta uetera hostium notauit, quæ antē nō uiderat, & strigiosos equos. multitudo quoq; maior solito uisa est. Suspiciatus id quod erat, reaptui propece aruit: ac misit ad flumen, unde aquabatur, ubi & exāpi aliqui possent, & notari oalis, si qui forte adustioris coloris, ut ex recenti uia, essent &c. (Annibal etiam cum exercitū admouisset urbi.) Hac de re hunc in modum Liuius, secundi belli punia libro sexto: Minuere (inquit) etiā spem eius et aliæ parue magnæq; res: magna illa, q̄ cum ipse ad moenia urbis Romæ armatus sederet, milites sub uexillis in supplementum Hispaniæ profectos audiuit: parua autem, q̄ per eos dies eū forte agrum in quo ipse haberet castra, uenisse, nihil ob id diminuto preāo, cognitum ex quodam captiuo est. (Et Quintilianus, non esse eā aut solliati perasoris uulnus.) Locus est in declamatione ea, cui titulus est, paries palmatus. (Cicero quoq; Catilinam.) Cicero prima oratione in Catilinam meminit quidem nonnihil de difficultate eius domestica: & in secunda enumerans genera hominum eorum, ex quibus Catiline constabat exercitū, omnes ferme illos egestate rei familiaris laborasse ostendit. Nusquam tamen (quod sciam equidē) angustiam rei familiaris in argumentū assumit, ut ostendat publicam aliquod malum illum meditari. (Iam & quæ ἐικότα dicuntur.) Cicero in partitionibus, τὰ ἐικότα uerisimilia uocat: & τεκμήρια, propriā rei notam. (Ea Quintilianus ἐικότα inter argumenta) Quintilianus libro quinto, nō tātū signa necessaria, sed et ea q̄ necessaria nō sunt, eē argumenta negat. sed argumentis sanē inuolidis. Nā qd̄ ait, ubi sint signa indubitata, ibi questionē nō esse, id ego iudico nō usquequaq; esse uerū. Tame si enī, postea q̄ ipsa cognita fuerint, nihil post se dubitationis relinquat: tamē quādiu iudex nondum de eis est factus certior, utiq; questio ac controuersia esse potest. Quod autem subdit, ne dubia quidem signa argumenta esse, propterea q̄ ipsa argumentis indigeant: id quoq; quā sit inuolidum liquere uel hinc potest, q̄ ex plerisq; argumentorum locis eiusmodi quedam adducā solent, quæ parum habitura sine uirum, nisi aliunde corroborentur. (Ergo sibi nihil eorum.) Rursum sibi dixit, ubi alius (haud scio an rectius) ei aut ipsi atxisset.

(Cur nomen rei (Alij interpretationem nominis uocant) retulerit inter locos externos. & de tripliā eius usu. Caput XXIII.

contra Quintilianum



*Nomen rei,  
aliàs notatio,  
siue interpre-  
tatio nominis.*

**N**omen quoque rei recte mihi inter accidentia conferri uide-  
tur. Nec enim est aliud nomen, quod uox ad rem significan-  
dam consensu hominum instituta, quod, si quid aliud, uel  
maxime accidentium naturam habere manifestum est. Nam & rei  
antequam sit, & postquam facta est, nomen est, & aliud quoque non-  
nunquam eiusdem rei nomen est: ut Romulus post mortem dictus  
est Quirinus; & apud poetas, Hippolytus, postquam redditus a Pal-  
lade est uita, Virbius. Cicero quidem ab Etymologia, hoc est (ut ipse  
dixit) uerbum e uerbo, a ueriloquio; ut aptius & mollius putauit, a  
notatione; ut uulgo dicimus, ab interpretatione nominis; separa-  
tum locum descripsit: Quod fieri posse non abnuo, & nonnun-  
quam argumenta inde duci apertius est, quam ut ostendendum sit. Vnde  
& multa in nomine Verris cauillatus est, & in Chryfogonum pro Sex-  
Roscio. Et facete dictorum crebra sumit occasio, ut Augustus de eo quod  
locum paternae sepulturae arabat, hoc (inquit) est patrem colere. Et quod filios  
ex ancilla suscipiebat, dictus est uerus familiae pater. Quod autem locum no-  
mini inter ea quae sunt in substantia fecerint, non uideo quam rationem  
sint secuti, cum rerum apud omnes gentes eadem sit substantia, nomina di-  
uersa. Quin etiam & apud eosdem populos, idem nomen, praesep-  
e aliud apud maiores, aliud apud posteritatem significet, nemo nescit. Ad haec  
ut quaedam interpretationes conueniant, ut toga a tegendo, & dux  
quia ducat, & quia regat rex; ita praeracis aut in aliquo non conue-  
niunt, aut discrepant omnino. Praetorium a praetore dici manife-  
stum est, tamen & in castris ubi consul tendebat, & in ciuitatibus  
item ubi ius reddebat, dicebatur praetorium. Sic codicis & libri no-  
mina si reddantur originibus suis, neutrum hodie congruet ei quod  
significat: quod alterum a caudicibus, hoc est tabulis ductum est; alterum arbo-  
ris

ris significat corticem; quod his primum materijs rudis uetustas ad inscri-  
bendas literas uteretur. Quamobrem cum ex his lique uideatur, ne-  
quaquam nomen inter ea quae sunt in substantia numerari posse, non inue-  
ni quem sibi locum putare uerius magisque e natura sua conuenire.

**¶** Usus eius non simplex est, Quandoque enim ex ipsa ui aut inter-  
pretatione nominis. Ut qui dicat, animam constare ex aere, quem  
inspirando haurimus; quoniam anima, quod uentum significat, sit  
uocata. Sic pecuniam in instrumento domestico esse, quia ipsa instru-  
atur domus. **¶** Alius est usus, cum ducimus ex homonymia, i. agno-  
minatione, uel (ut uulgo loquimur) ex aequiuocatione argumentum.  
Ut expetendas esse humanitatis artes, quia nihil tam proprium sit  
hominis, quam ipsa humanitas. Et pessime facere qui plebem contra pa-  
tres concitent, quoniam nullum in terris nomen uenerandum ma-  
gis sit quam patrum. Et Isocrates in Helenes laude, pulchritudinem in-  
quit admirandam maxime laudandamque esse; eiusque inter reliqua si-  
gnum facit, quod uirtutem maxime probamus, quoniam pulcherrima  
rerum sit omnium. Facile est perspectu, quomodo humanitatis, &  
patrum, & pulchritudinis nomen in diuersas secatur significationes.  
Quod si occultius fiat, aut rebus in idem tendentibus, captiosa fit ar-  
gumentatio. Sin apertius, in ridiculum praesep-  
e euadit. Ut certam  
esse progeniem Aeneae Neronem, quoniam patrem Aeneas sustu-  
lerit, Nero matrem. Sic & in eis quae paulo ante diximus, in quibus  
colendi & familiae nominum ambiguitas (quemadmodum hic quod  
sustulisse dicitur) causam ridiculo praebent. **¶** Alius praeterea est hu-  
ius loci usus, cum translato nomine, deinde ducimus ex re, non quam  
hoc in loco, sed quam proprie significat, argumentum. Quale est apud Ouidium:  
Quis enim celauerit ignem, Lumine quod semper proditur ipse suo: Ignem



88 RODOLPHI AGRICOLAE DE INVENTIONE  
 pro amore posuit: deinde ex lumine argumentatur, tanquam de ue-  
 ro igne loqueretur. Sic apud Terentium Phormio: Hic ego dictus  
 illam tibi tam incensam dabo, ut ne extinguas lachrymis, si totus ex-  
 tillaueris, incensam pro irata dixit, deinde reliqua subiecit, uelut uere  
 ardentem crederet. Ergo propter eas quas dixi causas, nomen ab  
 eis quae in substantia sunt remoueri, protulicque iudicium meum, quorum di-  
 uersa si quis putabit accedere, propius uero, nihil obstabit, quo minus  
 non me, sed quae credat optima, sequatur.

SCHOLIA IN CAPVT XXIII

**R**omulus post mortem dictus est Quirinus. Seruius grammaticus Romulum  
 ait dictum esse Quirinum, quod hasta uti solet, quae Sabinorum lingua aris  
 diceretur: uel quia graecum *κείρονος* regem uocant. Plutarchus in uita Romuli alias  
 quoque causas quasdam nominis huius affert. Sed longum sit referre hic omnia. Le-  
 gere qui uolet, ei ostensus est locus. Et apud poetas Hippolytus. Hinc ab equis  
 disceptum Diana Aesculapij opera in uitam restituit, ac deinde Virbium quasi bis  
 uirum iussit uocari. Autor Seruius super illud septimi Aeneidos. Ibat et Hippo-  
 lyti proles pulcherrima bello Virbius &c. Cicero quidem ab etymologia. Lo-  
 cus est apud Cicronem in topiis. Unde et multa in nomen Verri. Quem in-  
 terim Verrem diu ait, quod omnia uerrat: interim malum sacerdotem uocari a Sica-  
 lis, qui tam nequam sibi Verrem reliquisset. Et in Chrysogonum pro Sex. Ro-  
 saio. Verba Cicronis in ea oratione haec sunt: Venio nunc ad illud nomen aurum  
 Chrysogoni, sub quo nomine tota saecula statuitur. &c. Augustus de eo qui locum  
 paternae sepulturae arabat. Hunc uentum quemdam fuisse autor est Macrobius  
 libro Saturnaliorum secundo, cap. de iocis ac responsis Augusti Caesaris. Et qui  
 filios ex analla suscipiebat. Hic qui suam fuerit, haud dum legisse memini. Iocis est  
 in nomine patris: etiamsi Rodolphus, non in patris sed in familiae nomine causam  
 ridiculi in se exstimat. Quandoque enim ex ipsa uerbi nominis. Sic Cicero in An-  
 tonium, ex nomine ipso tumultus ostendit, tumultum sine bello esse non posse. Quo-  
 niam anima quod uentum significat sit uocata. Virgilius in octauo: Quantum ignes  
 animaeque ualent. Et Horatius: Impellunt animae lintra Traeae. Dixit et Plautus:  
 Ne quid emittas animae, i. ne flatum uentris. Porro Diogenes fuit, autore Aristo-  
 tele. qui auferet animam esse aerem. Ex homonymia. Aristoteles in categorijs,  
 δὲ μὲν οὐκ ἔστιν ἕνα, ἀλλὰ πολλὰ, ὅτι ὁνομαζομένην κοινῶς, ὁ δὲ κατὰ τὸ ὄνομα λέ-  
 γεται ἕνα ὄνομα ἕτερον. i. Homonyma dicuntur, quorum solum nomen commu-  
 ne est, ratio autem essentiae quae secundum id nomen datur, diuersa. Est ergo (ut aper-  
 tius

Homonyma

tius dicam) homonymia, quoties uno nomine res diuersas significamus, ut taurus,  
 gallus, aquila. (Expetendas esse humanitatis artes.) Haec sunt ille ipsae, quas inge-  
 nuas liberalesque uocamus. Nam humanitas, interim φιλοσοφία, interim eam  
 quam ἁπλοῦς ἁπλοῦς ἁπλοῦς uocant, i. eruditionem ac liberales disciplinas significat. Le-  
 ge Gellium lib. 13. ca. 16. (Plebem contra patres.) Patres qui fuerint apud Ro-  
 manos explicat T. Liuius libro ab urbe condita primo. (Et Isocrates in Helenae  
 laude.) Extat hodieque haec oratio Isocratis de laudibus Helenae. Feat eam Latinam  
 Ioannes Petrus Luensis. (Certam esse progeniem Aeneae Neronem.) Suetonius  
 autor est, posteaque iussu Neronis occisa esset Agrippina ipsius mater, tum hos in illam  
 uersus euulgatos fuisse. Quis neget Aeneae magna de stirpe Neronem? Sustulit hic  
 matrem, sustulit ille patrem. Aeneas patrem Anchisen sustulit, cum impositum hu-  
 meris ex mansa iam urbe exportauit. Nero autem sustulit matrem, cum occiden-  
 di eius mandatum Aniceto dedit. (Apud Ouidium.) In epistola Paridis ad Hele-  
 nen. (Apud Terentium.) in Phormione, ubi minatur Phormio, se Naufistratam  
 uxorem Chremetis ita incensurum iram, ut a marito ne lachrymis quidem ac fletu ca-  
 ira restinguere possit.

Humanitas

De pronuntiatione, seu testimonijs, siue autoritate. Caput. XXIII.



**L**ocum, qui sumitur ex ijs, quae quisquam de re proposita  
 uel dixit, uel (quod perinde est) sensit, cum quidam a iudi-  
 cio, nonnulli ab autoritate, Cicero testimonia uocauit, Ari-  
 stoteles et itidem quandoque Cicero & Quintilianus probationes in-  
 artificiales dixerunt. Nos (si quisquam nobis post tantos uiros licet)  
 pronuntiata appellare maluimus, quoniam reliqua nomina addu-  
 ctiora erant: & ab arte (quatenus ad nostrum utique institutum pertinet)  
 non credidimus semouenda. Pronuntiata autem dicimus, quae quisquam  
 ulla de re, ut affirmaret uel negaret, est elocutus. Ea quidem (ut modo  
 diximus) Aristoteles, quique ipsum secuti sunt Cicero & Quintilia-  
 nus, remota dixerunt ab arte, exemeruntque numero locorum. Qua-  
 propter ne cui negligētius uideamur uel imperitius fecisse, quod cōiiciamus  
 illa in hunc locum, facti nostri paucis reddenda nobis est ratio.  
 Si quis igitur testimonia, id est, quaecumque aliquis ea de re de qua dif-

In artificiales  
 ne argumentati  
 ones sint, quae  
 ab autoritate  
 seu testimonijs  
 dicuntur.



serimus dixit, sic accipiat, ut inter differendum tractantur a nobis, fidei; parandae sunt instrumentum: non uideo, qui minus ista contingantur arte, quam reliqua cuncta, quae uel effecta sunt rerum, uel contingantur, e quibus argumenta sumuntur. Cumque ea, & quae a dicentibus, & inueniri uideamus, & alius alio melius & commodius eis utantur: constanter ipsa & artis, & huius esse loci, contenderim. Aristotelem uero, quicumque alij autores ista tradidere, credo equidem sensisse arte carere testimonia, non quatenus a differente confirmandis adferuntur rebus: sed ut ab eis ipsis quorum sunt testimonia, praesentem in rem dicuntur. Foro namque & ciuilibus attribuerunt ea certaminibus. Et testis sane oratio, in quantum probatur ab ipso res, nihil ad differentis rationem pertinet: nec iam ut inueniendi argumenti locus potest accipi, cum non dicentis arte, non argumentatione, sed etiam eo quod dixit tacente, haec peragat probatio. Sic tormeta, chirographa: sic leges, sic plebiscita, quae ad rem pertinent, non oratoris expectant uocem, sed ipsi sibi iudices oculis auribusque faciunt fidem. Non magis sunt itaque differendi artis ista, quam si quis cum multa se pro republica protulisse dicat, idque probare uelit, diducta ueste, filis demonstraret in aduerso pectore cicatrices, & conspiciendum concionis oculis, id quod erat animis probaturus, ostendat. Quando uero in orationem sibi assumit ista quod dicit, tum artis esse, declarat eorum, quae uel in scholis eruditionem tradunt, uel in publico de ciuilibus negocijs disputant, labor: quem sumunt, quo uel confutent eos qui diuersa dixerunt, uel eorum qui secum sensere uerba confirmant. Quinetiam tradita sunt ab autoribus praecepta testium interrogandorum: & asstruendae testimonijs infirmadaeque fidei, prout res poposcerit, ratio monstrata. & testium quoque editae seorsum interrogationes, & confutationes ipsorum, et asseuerationes perpetuarum orationum

tionum monumentis comprehensae. Qui potest ergo fieri, quod arte sit traditum, quod praescripto tractetur artis, ut id esse possit ab arte semotum: Nisi sine arte credimus dixisse Lucanum: Quis iustius induat arma Scire nephas, magno se iudice quisque tuetur. Victrix causa deis placuit, sed uicta Catoni: cum diuinum & humanum testimonium pariter sit una oratione complexus. Ad artem pertinent igitur (ut semel finiam) testimonia, quae ex ipsis a dicente, non per ipsa sit a teste probatio. Sunt ergo pronuntiata omnia, aut diuina, aut humana. Diuina sunt, quae pronuntiatorum diuersitas cunctaque dei uel numinis uoce proferuntur, ut quae per quietem, quaeque locis sacris, aut uiris flagrantiore diuinorum amore afflatis, aut postremorum etiam scelerum nonnunquam obnoxijis territameta solent reddi, quaeque item diuinarum rerum ministri sacerdotes uatesque, uelut interpretes & celestium arcanorum conscij, praedicant. Humana sunt, quorum prima est a nobis origo. Quae uel in scriptis sunt posita, ut chirographa, instrumenta, epistola, libri, uel in oratione: eaque uel libera, ut laudationes, res iudicatae, dicta testium, pacta, conuenta: & doctorum, clarorum, magnorum uirorum sententiae, & rumor famaque populi, uel in oratione expressa: aut religioe, ut iurata: aut tormentis, ut quaesita. Videtur hic locus similitudinem quandam habere illorum, quae superius uocauimus connexa: quoniam ab oratione res uel dicta uel pronuntiata dici potest: estque extra rem oratio. Verum hoc interest, quod (quemadmodum cum de conexis loquimur diximus) necesse est, conexa si tueri nomen suum debeant, simul utraque esse: quod in pronuntiatis non enenit, nam et dicimus de re aliqua, quando non est ipsa: dicimus etiam ueluti de re, quae tamen ipsa non modo non est, sed ne fuit quidem unquam, nec unquam est futura. Quo facile perspicitur, et posse rem sine oratione, et orationem sine re esse, & pronuntiata recte inter accidentia numerari. Itaque sunt etiam &

Pronuntiatorum diuersitas

Obiectio.

Dilutio



Duāt pronū  
āata per tres  
illos gradus,  
quorū mentio  
nē fecāt ca. 21.  
Notatio

antecedentiā pronūciata, ut p̄dictiones uatū, famā expectatio. Et consequētia, ut rumor opinioq; de rebus ad posteritatem diffusa. Et adiuncta, ut laus uituperatioq; extantiū, & iacta in omnem partē de praesentibus uerba. ¶ Possunt etiā inter pronūciata numerari quaedam, quae non in oratione sed in re sunt posita, qua quid dicere quis uelit significat. Ut qui interrogatus, qualis esset hominum uita, cum parump se ostendisset, abscondit: quod solū in eius locum fecit, quo uolebat breuem esse ipsam pronūciare. Et Tarquinius Superbus, cū eminentiora papauerū capita decuteret, nō dixit quidē, sed signo q̄cuncq; potuit pronūciauit, primores Gabiorū a Sexto filio auferrī debere. Nobilitas quoq; huius loci esse poterit, quandoquidem non aliud eē uidet, q̄ uel maior uirtus, uel opes, uel res geste, fama hominum celebrata. Diuerbia etiā, Ne quid nimis, Modus optimus, Tempori seruiendum; quaeq; alia huius generis publico hominū iudicio firmata sunt, & locum habent testimoniorum, nō iniuria quis numerauerit in pronūciatis.

## SCHOLIA IN CAPVT XXIII.

**A**ristoteles, & itidem quandoq; Cicero, & Quintilianus, probationes in artificialibus dixerunt. (Locus Aristotelis est primo libro rhetoricorum, Cicero in topiis, Quintiliani institutionum libro quinto. Porro nō sine causa ait, & itidem quandoq; Cicero. Is enim etsi in topiis hūc locum esse ait expertem artis, tamen secundo libro rhetoricorum diuersam est seautus sententiam. quo in loco sic habet: Accedunt autem ad cōiecturam saepe quaestiones, testimonia, rumores: quae contra omnia uterq; simili uia praep̄torum torquere ad suae causae commodum debent. Nam & ex quaestione suspitiones, & ex testimonio & rumore aliquo, pari ratione, ut ex causa aut ex persona & ex facto duā oportebat. Quare nobis & ij uidentur errare, qui hoc genus suspitionum artificij non putant indigere: & ij qui aliter hoc de genere ac de omni cōiectura praep̄dum putant. ¶ Si quis igitur testimonium. ¶ Hoc dicit, testimonia siue pronūciata bifariam considerari posse: primum, quatenus ab illis ipsis, quorum sunt, in rem praesentem dicuntur: haec uero ea arte arere. Deinde, quatenus orator ea aliunde sumpta, suo accommodat proposito.

posito: qua ratione utiq; & ista sub arte cadere. Id quod & Quintilianum sensisse uerba eius planē ostendunt. Libro enim quinto, capite de exēplis, sic habet: Nonnunquam contingit iudiciis quoq; aut aduersarij, aut eius qui ex diuerso agit, dictū aliquod aut factum assumere, ad eorum quae intendimus fidem. Propter quod fuerunt, qui exempla & has auctoritates, probationum in artificialium esse arbitrantur, q̄ ea non inueniret orator, sed acciperet. Plurimū autem refert. Nam testis, & quaestio, & his similia, de ipsa re, quae in iudicio est, pronūciant. Extra petita, nisi ad aliquam praesentis disputationis utilitatem ingenio applicentur, nihil per se ualent. ¶ Nisi sine arte credimus dixisse Lucanum: Quis iustius induat arma. ¶ Difficile iudicatum est (inquit Lucanus primo Pharsaliae libro) uter iustius ad gerendum auile bellum arma induerit, Caesar ne an Pompeius: cum magno uterq; iudicium causam suam tueatur. Caesaris enim causam nisi probassent dii ipsi, nunquam illorum benignitate uiuisset. Contra Pompeius, non modo approbatorum, sed adiutorem etiam habuit cause suae Catonem Uticensem, hominem tam integrum prudentemq; ut haud saas, huic ne an diis ipsis credendum sit. Simile quiddam apud Ciceronem est pro Q. Lignario: Prinapum (inquit) dignitas erat penē par, non par fortasse eorū qui sequebantur. causa tum dubia, q̄ erat aliquid in utraq; parte, quod probari posset. nunc melior arte ea iudicanda est, quam etiā dii adiuuerūt. ¶ Sunt ergo pronūciata omnia, aut diuina, aut humana. ¶ Vide Ciceronē in partitionibus atq; item in topicis, & quae Fabius Quintilianus habet de auctoritate libro quinto. ¶ Vel in oratione, eaq; uel libera. ¶ Liberam orationem hic eam intelligit, quae libere ac atra coactionem omnem profertur. Expressam, ad quā ui atq; coactione quadam compellimur. Fitq; haec expressio duobus modis, religione & tormentis. Religione, cum quis iureiurando ad dicendam ueritatem adiungitur. Tormentis, quoties dolore ac cruatū ueritas exprimitur. Iuratā deniq; orationem uocat quae a iurato dicitur. Quae sitā, quae per quaestiones ac tormēta elicitur. De quibus omnibus multa Fabius Quintilianus libro quinto circa prinapum. ¶ Ut qui interrogatus, qualis esset hominum uita. ¶ Multa apud autores passim leguntur de fragilitate uitae humane, dum alij bullam, alij fumū umbram, alij somnum quoddam umbram esse hominem dicunt, alij arborem folijs ac frondibus comparant. Elegans ea de re praefatio est apud Pliniū in librum septimum. Quis fuerit autem qui hoc modo, quē innuit Rodolphus, breuitatē uitae nostrae significare uoluerit, in praesentia mihi nō suauerrit. ¶ Et Tarquinius Superbus. ¶ Historia est apud T. Liuiū libro primo ab urbe condita. ¶ Diuerbia etiā. ¶ Quae & prouerbia, & adagia & paracemias dicimus. Sed de his loapletissime Erasmus.

¶ Quae comparationis utilitas, & quomodo ea ab exemplo & similitudine differat. Tum, quo sensu id sit accipiendum, q̄ comparatio duo semper in uno tertio coniungat.

Caput XXV.

Cōpa-



*Comparationis  
utilitas*



Comparatio frequens est, & magno usui rhetoribus locus. Paratus enim fere & ad manum est. Et quoniam ex ijs sumitur, quae non alte sunt eruenda, sed propemodum nota sunt atque conspicua; etiam expeditam proinde uim habet ad rudiores animos permouendos. ¶ In nomine uero non usquequaque consentit usus. Namque apud poetas comparisonem uocant grammatici, quam nos similitudinem dicimus: quale est. At ueluti magno in populo cum saepe coorta est Seditio; & quae sequuntur, notus est enim apud Virgiliū locus. At quam comparisonem nos, illi plerumque exemplū dicunt; quo nomine utitur & Aristoteles. Et est sane exemplum inter comparata, sed non omnibus comparatis conueniet hoc nomen. Quamuis enim illud apud Ciceronem: An uero uir amplissimus, P. Scipio Pontifex Maximus. Sp. Melium mediocriter labefactantem statum reipublicae priuatus interfecit, L. uero Catilinam, orbem terrarum caede & incendijs uastare cupientem, nos COSS. perferemus: quamuis enim illud inquam exemplum sit: non tamen istud quod subiiciemus dici poterit exemplum: Ego te consulem putem, cum tu me non putes consularem: Et apud Quintilianū in milite Mariano: Tu si tribunus esses, hoc fecisses: si miles, hoc tulisses: comparisonem fieri certum est: probare enim uult, quia aduersarius, nec si tribunus fuisset, hoc conari; nec si miles, hoc perpeti uoluisset: ergo nec illum tribunum qui occisus est, id debuisse tentare: nec militem qui occidit, perpeti. exemplum uero istud esse nemo dixerit. Nam illud multo apertius apud Virgiliū: Capti; dolis, lachrymisque coacti, Quos neque Tytides, nec Larissaeus Achilles, Non anni domuere decem, non mille carinae, indignitas rei comparisone, non exemplo colligitur. Hoc enim uult efficere poeta, indignissimū fuisse, capi uni

us

us fraude & artibus eos, quos nullae uires superare potuerant. ¶ Explicemus ergo quid differant comparatio et exemplū, quomodo inter a comparisonē similitudo discernatur. Comparisonē uocamus, cum duo aut plura in tertio aliquo conferunt, quod commune sit eis. Vt Catoni licuit sequi bellum ciuile, ergo Ciceroni licebit sequi. Commune est hic ambobus, sequi bellum ciuile. Exemplum est species quaedam comparisonis. Est enim uel aliquid maius, uel par, uel minus, quod ad imitandum uitandumue sumitur. Estque ea non solum huius loci, sed etiam a specie ducitur: ut apud Lucanū: Omniscumque potestas Impatiens confortis erit, Subiicit: Nec longe factorū exempla petant, Fraternali maduerunt sanguine muri, Romulus enim & Remus, primi Romae reges, ostendunt non posse regnū in consortiū mitti. Et a coniugatis etiā praediximus duci. Similia sunt, quando iungunt aliqua, non in tertio quod sit ambobus commune, quemadmodum fit in comparisonē: sed utrumque in singulis, quorum quemadmodum hoc in isto, sic illud se habeat in illo. Vt si dicā, quemadmodum uascula oris angusti superfluum humoris respuunt copiam, sensim autem instillatibus, replentur: sic tenera puerorum ingenia, grandia non percipiunt, modica & uiribus suis apta commodius addiscunt. Hic uascula oris arcti, & minora puerorum ingenia conferuntur, non in uno aliquo: sed illa, in eo quod est, non admittere ea quae impetu superfundunt: haec, in eo, quod difficiliora subito nequeunt amplecti. ¶ Cum dixerim autem comparisonem in uno fieri, quod sit comparatis commune: nolo quinquā id fallat, quod nonnunquam eis quae comparantur, sua singulis tribuuntur propria: Vt si Didonem decet habitare Africam, decebit et Aeneam petere Italiam. Quamquam autem non in uno proximo conferuntur ista, non tamen argumentandi uis in singulis est posita, sed

q in

*Comparatio  
quo distet ab  
exemplo & si  
militudine.*

*Exemplum*

*Similia.*

*Comparatio  
quomodo plu-  
ra in uno con-  
iungat.*



in communi quod ista coniungit. Neque enim hoc nititur Aeneas, quod uel Dido in Africa habitet, uel ipse Italiam petat, sed eo quod subiicitur apud poetam: Et nos fas exera quaerere regna: ut sit argumentationis huius iste uelut neruus, Didonem decuit peregrina regna quaerere, ergo Aeneam itidem decebit. Sic etiam Iuno: Pallas ne exurere classem Argiuum potuit, & quae sequuntur, deinde subiicit: Ast ego una cum gente tot annos bella gero: commune ambobus quod Iuno nititur, est ulcisci inimicos: ut si Pallas potuit ulcisci inimicos suos, & Iuno poterit. Causa uero propter quam sic diducunt ista potius, quam commune in utrisque ponant, non est negligenda nobis, Quamquam in nonnullis ad eloquendi magis, quam in ueniendi rationem pertineat: in plerisque tamen praecipua est & acris in istis inuentio. Primum, quod latius & minus dialectice, hoc est perplexe spinoseque dicunt ista: & latitudine atque diuersitate decorum quaedam accipiunt, quod solum fere sectatus uidetur Virgilius in exemplo, quod priore posuimus loco. Deinde, quod ea quae poterant alioqui paria fortasse uideri, explicatione quid in singulis intersit, ingens plerumque in altera parte capiunt incrementum. Ut in secundo exemplo, cum posuisset primum Pallada, nihil adiecit Iuno, quo minor illam monstraret, quasi turpe putaret, quaerere maiorem se alterius deae conuicio fieri. At cum ad personam suam uenisset, non solum opposuit se Palladi, ut diceret: Ast ego, sed adiecit, quae diuini incedo regina. Nec id factis putauit: addidit etiam: Iouis soror & coniunx: ut uel ex hac magnitudine sua admoneret, minoris numinis & uelut priuatae deae esse Pallada. Postea subiicit: Pallada exurere potuisse, hoc est funditus euertere classem Argiuorum, quodque plus sit, id unius solum Aiacis iniuria permotam fecisse, de quo ipso grauissimas sumpsisse poenas: se uero non unum odisse, sed gentem: neque tamen euertere potuisse, aut poenas sumere:

mere: sed etiam bellum cum contumacibus gerere, & quidem tot annos. Sic in exemplo Ciceronis quod diximus, cum simpliciter diceret, P. Scipio recte seditiosum ciuem interfecit, ergo nos recte interficiemus: paria prope modum hoc pacto fiebant. Diduxit ergo, & singula suo apparatu instruxit. P. ergo Scipio cum Spurium Melium mediocriter labefactantem fratrem Reipublicae priuatus interfecerit, quod nos: Catilinam, non statum reipublicae, sed orbem terrarum: non labefactantem, sed uastare cupientem: non mediocriter, sed caede & incendijs: cum nos, non priuati, ut Scipio: sed COSS. non interficiemus sed perferemus: Si tamen haec acrius intueamur, satius fuerit dicere, duplicatis e locis constare has argumentationes. Ut sint hic ductae a minoribus: Pallas potuit, ergo Iuno poterit. Scipioni priuato licuit, ergo COSS. licebit. Hinc uero ducantur a maioribus: potuit obnoxiam unius euertere classem Argiuum, ergo indignum erit mihi tot annos una cum gente frustra contendere: & potuit occidere Spurium Melium minus obnoxium, ergo poterimus Catilinam sceleratissimum.

## SCHOLIA IN CAPVT XXV

**A**C ueluti magno in populo. Ex primo libro Aeneidos. Quamuis enim illud apud Ciceronem. In Catilinam inuectiua prima. Sp. Melium. Haud dubie legendum est, non Sp. Melium, sed Tiberium Gracchum. Hunc enim occidit P. Sapius, quemadmodum refert Plutarchus in uita C. & Tiberij Gracchorum. Sp. autem Melium, non a Sapione, sed a Q. Seruilio Hala interceptum fuisse, auctor est T. Liuius libro quarto ab urbe condita. Rodolpho ut nomen pro nomine poneret, illud nimirum fuit in causa, quod Cicero eodem in loco utriusque caedis mentionem facit. Neque enim opinor tam dementem fore quenquam, qui eiusmodi errata uelit assignare librarijs, quando eiusmodi esse non solent errores hominum indoctorum. Cui etiam accedit illud, quod quemadmodum hoc loco, ita etiam post, semel atque iterum nomen Sp. Melij, pro Tiberij Gracchi positum est, in erratis autem librorum summa inesse solet inconstantia. Ego te consulem putem, cum tu me non putas consularem? Verba sunt magni illius oratoris L. Crassi, cui cum Philippus consul manum iniijam iuberet, ille reiecto lictore, non es (inquit) mihi Philippe consul, Non es mihi qui a nec ego tibi senator sum. Auctor Valerius Maximus lib. sexto de libere dictis consul Philippus aut factis. & Cicero tertio libro de oratore. D. Hieronymus ad Nepotianum de peccatis.

Ita ante monuimus, ab Sapione non Sp. Melium, sed T. Gracchum occidisse.



uita clericorum, eandem propemodum sententiam tribuit oratori donatio. Satum est (inquiens) illud oratoris Domitij, Cur ego te habeam ut principem, cum tu me non habeam ut senatorem? Et Fabius libro octauo: Ego te consulem putem, cum tu me non putes esse senatorem? Alludit eodem Cicerone in secunda philippica, non tractabo (inquiens) ut consulem, ne ille me quidem ut consularem. ¶ Et apud Quintilianum in Milite Mariano. Quo tempore C. Marius bellum gerebat aduersus Cimbrorum, eo tempore tribunus quidam militum, propinquus eius imperatoris, pudiatum militi quidam uolens cri pere, interfectus ab illo est. Atque hunc militem (ut Ciceronis uerbis dicam) ille uir summus, scelere solutum, pialo liberauit. Hinc ortum argumentum declamatoribus, pro reo illo dicendi, quod fecit Quintilianus. Unde et declamatio ipsa Miles Marianus inscribitur. ¶ Na illud multo apertius apud Vergilium. Secundo Aeneidos. ¶ Capi unius fraude et artibus eos. ¶ Vnius, nempe Simonis. Eos, Troianos. ¶ Exemplum est speciei quedam comparationis. De hoc rursum libro secundo, capite decimo quarto. ¶ Sed etiam a specie duatur. Hic meminisse oportet illud, quod dictum est prius capite sexto: nempe quod attinet ad rationem inueniendi, indiuidua quoque speciei diu posse: quando eadem plane ratio est indiuidui ad speciem, quae speciei ad genus. Alioqui non facile intelligi potuerit, quo modo haec argumentatio dicatur ducta a specie: Romulus Remum fratrem imperij consortem ferre non potuit: ergo nemo in summo imperio constitutus, patris consortis erit. Verba Lucani primo pharsaliae libro haec sunt:

Nulla fides regni socijs, omnisque potestas  
Impatiens consortis erit, nec gentibus ullis  
Credite, nec longe factorum exempla petantur,  
Fraterno primi maduerunt sanguine muri.

¶ Et a coniugatis etiam praediximus duam. ¶ Supra capite decimo. ¶ Ut si dicas, quemadmodum uascula oris angustia. Ex Quintiliano, libro oratoriarum institutionum primo, capite tertio. ut quidem hodie libri eius uiri in capita distincti sunt. ¶ Ut si Didonem deat habitare Aphricam. Aeneas Didoni apud Virgilium quarta to Aeneidos inter caetera respondet in hunc modum:

Si te Carthaginis arces  
Phoenissam, Tyriaeque aspectus detinet urbis:  
Quae tandem Ausonia Teucros considerare terra  
Inuidia est?

¶ Sic etiam Iuno. ¶ Primo Aeneidos. ¶ P. ergo Sapia cum Sp. Melium. ¶ Hac de re paulo ante in hoc ipso capite.

¶ Similitudo ad quid maiorem habeat uim, quomodo inuestiganda.  
Dissimilitudo quid sit, unde comparata similiaque sumantur.

Caput. XXVI



Mnium locorum e quibus ducuntur argumenta, nulli fere minus est uirum contra renitentem auditorem, quam similitudini: ad eum uero qui sponte sequitur, docendumque se prabet, accommodatior nullus est. Aperit enim rem, si recte adhibeat, et quantum eius imaginem subiicit animo; ut cum assentiendi necessitatem non afferat, afferat tacitum dissentienti pudorem. Quapropter ad probandum non ita crebro, ad explanandum illustrandumque saepe ab oratoribus, a poetis saepius adhibetur. Habet tamen persaepe probatis speciem similitudo, eo ipso, quod rem qualis sit indicat. Itaque cum legis Quintilianum illud: uascula oris angustia superfusam humoris copiam respuit, sensim autem influentibus uel instillantibus etiam replentur; non conficitur utique, debere propter hoc tenera puerorum ingenia pro modo uirium suarum doceri; sed tamen concipiendo quisque rem apud animum suum sub hac imagine, persuadet sibi, aliter fieri non posse. Apud Lucanum egregia uidetur similitudo pro argumento posita: Caesaris an cursus uestre sentire putatis Damnum posse fugae? ueluti si circumta minentur Flumina (quos miscent) pelago subducere fontes, Non magis ablatis unquam decreuerit aquor Quam nunc crescit aquis. Planum est uidere, si quis sic argumentetur: flumina subducta mari non inuenit ipsum, ergo nec uos deserentes Caesarem, retinebitis cursum rerum suarum, frigidum esse & plane enerue argumentum. Quando uero sumitur, non ad peruincendam rem, sed docendam, rapiturque mentes ad se similitudo: non iam quisquis haec audit, cogitat de Caesare uel militibus id quod sunt; sed in specie maris, Caesarem; in fluminibus, milites capit: quodque in proprijs Caesaris militumque personis incredibile fuisset, abrepto iam transformatoque in alienam imaginem animo, uelut prospectum in similitudine accipit, prorsusque sic esse sibi ipsi persuadet.

q iij ¶ Quid

Similitudine  
ad docendum  
atque alludendum  
potius, quam  
ad conuincendum  
esse accommodatam.



¶ Quid sit multitudo, & quemadmodum distinguatur a comparatione, superius diximus. Quia uero tota extra rem est, difficilior uidei inuentu. Quod namq; conferi, extra rem esse certum est: ut mare extra Caesarem. Id etiam in q̄ fit collatio, extra est, cum (ut pdiximus) non in uno aliq̄ conferantur, namq; incrementa & decrementa maris in Caesare cadere non possunt, tamen de utroq; fortasse in pposita si similitudine crescere dici posset & decrecere, non tñ una in utriq; est ratio istorum; sed eadem nomina erunt, res liquet prorsus esse diuersas. ¶ Demus ergo si possumus uiam aliquam, quo paratius ista inueniri queant. Primum uideamus in re pposita, cui similitudinē quaerimus, quid sit id q̄d exprimere similitudine uolumus, idq; quale sit, & quid efficiat, diligenti intueamur. Deinde rem quampiā quaeramus, quae habeat in se aliqd, cui sit similis in ipsa uis, qualis est in pposito nostro eius, quod cupimus imitari. Neq; si primo non occurrat, desistamus: sed subinde alias res excutiamus et alias, nō erit quisq̄ tam infelicitis conatus, ut quāuis semel iterūue non succedat, tertio tamen aut quarto non eruat aliquid. ¶ Aperiamus primum hac uia si similitudinem, quam nobis in exemplū ex Lucano desumpsimus. Caesar repressurus militū seditionē, quid eos similitudine docere uoluit: nēpe amplitudinē rerū suarū ex illis non pendere. In re qdē sunt Caesar & milites Caesari deseruientes, docendū autē est, non esse milites, quibus magnitudo Caesaris sit innixa; Ante omnia ergo quaerendū habuit Caesar aliquid, cui numerus quidam rerum deseruiret, quemadmodum laborabant milites, quod non crescat earum rerum ministerio. Id fuit mare, cui quidem se, fluminibus uero milites contulit. ¶ Circumspiciamus aliqd, Forte tā omni ex parte accōmodatū non inueniemus, Tenuis enī esset ingenij laus, si passim posset ex ob-

uio sumi. Inueniemus tamen aliquid, Fingamus, ut dicant homines, admittere se nolle solē, sed lucis oclusis receptaculis omnibus, exclusuros ipsum. Sic enim quanq̄ ueneratio solis quae ex hominū usu tribuit, sibi peritura sit; lumini tamen reuera maiestatiq; suae nihil decreset, sic ne Caesari quidem quicq̄ de sua peribit amplitudine, licet deserant ipsum milites sui. Sed protinus a prioris similitudinis uide scimus, q; quēadmodū ibi flumina aliquid mari inferūt, ita hic nihil ē quod homines afferant soli; nisi uelimus dignationē in eius locū accipere & admirationem hominum. ¶ Quæramus aliud in hoc ipso pposito. Quid agūt milites seditione; ut concutiendo statum rerū Caesaris, etiam ipsum atterāt Caesarem. Scrutemur aliquid, quod sine damno concutitur. Scopuli quibus fluctus perpetuo illidunt. Sed segnius illud, hoc uiuidius, ignē concuti uentis, & non decrecere, sed ali uidemus. ¶ Rursum milites quid praestant Caesari; Ornant quidem augmentq; decus rerum Caesaris: ex illo tamen opes sunt ipsis, & dignitas, et singulorum magnitudo. Quæramus quod ornatur alio, & id ipsum sustineat et tueatur. Terra uiuet herbis, gratiamq; ab ipsis habet; ex ipsa uero herbae recipiunt uigorem. Itaq; in similitudinem trāseremus, quemadmodū istas non sine periculo suo reuelli transferriq; posse; terrā uero sua fecunditate facile alias sibi ipsi herbas reditura; sic Caesaris militū defectionē ipsis periculo fore, Caesari ex opibus suis alios milites facere dituros. Sic etiam q; fecundū agrum ignauia deserant, sibi quidē imminere egestatem, agrū celeriter alleciturū sua ubertate q; colāt. Facile est uidere has omnes similitudines eo ducere, quod initio sumpsimus, nihil militum defectione Caesari periturū de sua magnitudine, quae eo latius diximus, ut uel ipsa copia oñderemus q̄modocunq; aliquā similitudinis inueniendae uia. Mul-

Quomodo inuestiganda si multitudo.



tum autē profuerit in hac re intueri, quæ de eo cui similitudinē quærimus per tropū (quam translationem uocamus) efferuntur. Dabit nanq; similitudinē nobis sine cunctatione id, in quo trallata illa propria sunt uel natīua. Vt si amorē quod malus sit, similitudinē quæras effingere; uide quæ de amore translationē soleāt dici. Vulgo itaq; iam usurpatur, ardere quē amore. Paratā nobis cōtinuo similitudinē uidemus ab igne, in quo uerus est ardor. Et quoniam ardere in bonā etiā dici partē potest, licebit etiā ignis similitudinē ipsum laudare. Vt uel uituperando dicamus, quemadmodū omnia consumit ignis atq; destruit quecunq; complectit, sic amorem mentium nostrarū robur uiresq; omnes consumere, & uelut in cinerē redactas dissipare. Vel laudando, ut quemadmodū ignis rebus immixtus, calorem ipsis uitæq; præbet uigorem, sic amorē nobis industriam strenueq; agendī stimulos subiicere, nec quenquā rem ullam recte sine operis amore conari. Sic etiam quæ dicuntur homines premi amore, similitudo ab oneribus duci potest. Iam astrictos etiam amore dicimus, similitudo a uinculis & compedibus sumetur. Ita si insanire dicantur, furentibus; si cōsumi, in ignē ipositis; si languere, agrotantibus assimulabimus. Contra uero si laudare instituimus, similitudinē ab eis quæ in laudem dicunt trahemus, ut tenacem esse amorem, solidū, non fractū, dulcem dicimus. Poterit ergo ex eis, quibus horū unū quodq; reuera inest, similitudo depromi, Delectus adhibendus est, ut pro rei q̄litate ipsam adaptemus. Vt si docere uolumus, apta sit similitudo: si laudare, splendida; si uituperare, pudēda; si rē tollere, magnifica. Liquidius nanq; oportebit rem quancq; talem uideri, qualem imagine sua uolumus aliā esse mōstrare. ¶ Dissimiliū nō ita creber est usus. Quid sint aut, facile est deprehēdere ex similibus. Nō enī aliud ē dissimilitudo,

*Dissimilia.*

¶

q̄ contraria eius, quod ostendere uolumus, similitudo. Itaq; & idem est eorum cum similitudinē locus. Cōiunxit utramq; Quintilianus: Non enim uox (inquit) illa præceptoris, ut cœna, minus pluribus sufficit: sed ut sol, uniuersis idem lucis caloriscq; largitur. ¶ Tractatur uarie hic locus: & uberius & astrictius pro iudicio dicētis effertur. Poetarū itaq; nonnunq; fabulæ, & illæ quas uocant æsopicas, latius nonnunq; narrant, nonnunq; contra breuiter colligunt similitudines. Vt in Quintiliani illis exēplis. Sic & Aeschines, qui cū Demosthenē diceret oēm in oratiōe fiduciā habere, tibijs assimilauit eū, quibus si collū dematur, reliquū corpus inutile est. Et ille contra Aeschinē trutinæ similit, quæ a quacunq; parte infundit, eo inclinatur. ¶ Sumunt aut utraq; & cōparata & similia, ex antecedentibus, cōsequētibus & adiunctis. Ex antecedentibus. An uir clarissimus P. Scipio, & q̄ sequuntur. Et, Pallas ne exurere classē. Ex cōsequentibus. Vt Iuuenalis: Tantū igit̄ muros intra toga cōtulit illi Nominis ac tituli. Notus est locus. Comparat enim Ciceronis rebus Augusti bella. Ex adiunctis. Si te Carthaginis arces Phoenissam Libycæq; aspectus detinet urbis. Antecedentia uero similia sunt, ut apud Ciceronē pro lege Manilia, Medcæ quæ mēbra fratris discerpsit, quo colligendis illis persequentē morare patrē, assimilant Luculli exercitus, opibus Mithridatis a persequendo ipso Mithridate distentus. Adiuncta sunt, Vt pro Roscio, anferes & canes qui in Capitolio alebant, ut fures detegerent, quibus accusatores similes dixit orator, ut nocentes in R. P. ad pœnas scelērū dandas in ius uocarent. Ex cōsequentibus Lucanus sumpsit, cū perturbationē ciuitatis explicaret, cōfusione ea quæ sit in fine mundi rerūq; omniū futura. ¶ Copiosi sunt hi duo loci, &

*Loa huius  
us*

*Tres gradus  
p quos dixit  
duā posse oīa  
accidētia.*

*Horum locum  
rū ubertas.*

r cunē



cun̄ rudiores animi (non enim facilius quisq̄ credit, q̄ qd̄ iā in alio uideatur probasse) sic similitudo ad explanandū est iisdē maxime accommodata. Hebetes enim mentes, & quæ in ipsas res penetrare nequeunt, ut quale sit quicq; possint perspicere, non alia re aptius, q̄ imagine & figura notiorū aliarū rerū, in id quod ostēdere uolumus ducūt. Ac riora ingenia, uelut quæ uident, oculos sequunt̄. contra hebetes, tanquā cæci, tactu explorent iter oportet.

## SCHOLIA IN CAPVT XXVI

**I**Taq; cum legis Quintiliani illud. (Libro primo, cap. tertio. (Apuđ Luaniū.) Verba sunt Caesaris ad milites Pharsaliæ libro quinto. (Non enim uox illa prætoris.) Verba sunt Quintiliani, loco quem indicauimus. (Sic & Aeschynis.) Aeschynis in Demosthenem uerba, interpreti Leonardo Aretino, sic habent: At cum uir totus ex uerbis compactus atq; his uehementibus & superflue laboratis, simplicitatē simulet, quis ferat? Cuius gulam si quis auferat, instar fistularū nihil reliquum erit. (Et ille contra Aeschynem trutinæ similem.) Equidem ubi Demosthenes dixerit Aeschynem esse similem trutinæ, nōdum usquam legisse memini. In oratione pro Ctesiphonte, nominat eum (interpreti Aretino) fabulam ac tritiram fori, & uilissimū scribā. Item paulo post, tragicam simiā, rusticū Oenomaū, orationem absurdam. Quod si quis ipsius Demosthenis uerba hac de re malit, ea quoq; ascripsimus: *Εἰ γὰρ ἔσται, (inquit) ἢ ῥαδ' ἀμανθους, ἢ μίνως ἢ κατ' ἄλλω, ἀλλὰ μὴ παρ' ἐμοὶ λόγῳ, περὶ τῆς ἰμμά ἀγορᾶς, ὀλεθρῆς γραμματεὺς, οὐκ ἂν αὐτῶν δὲ μοι τοιαῦτ' ἐπέμ, οὐδ' ἂν οὕτως ἐπαχθεὶς λόγῳ πορὶ αὐτῶν, ὡς παρ' ἐμοὶ ἔσται βωῶντα, ὡ γὰρ καὶ ἡλιε, καὶ ἀρετῆ, καὶ τὰ τοιαῦτα.* Et post in eadem oratione: *Πονηροὶ ὡ ἀνδρες ἀθηναῖοι, πονηροὶ ὁ σικοφάντης ἀεὶ, καὶ πανταχόθεν βασκανοὶ καὶ φίλατιοι. τῶν δὲ καὶ φύσει κίνας τ' ἀνθεώπιον ὄσιν, οὐδὲρ δὲ ἀρχῆς ἠγίεσ πειποικῶς, οὐδ' ἐλεύθερον, αὐτοτραγικῶς τῶν κῶ, ἀρετῶν οἰνόμα, παρὰ σκῶ ῥίτωρ. Ἦς.*

(Ex consequentibus, ut Iuuenalis.) Apud hunc poetam satyra octaua de Cicerone sic legit:

Quid Catilina tuis natalibus atq; Cethegi  
Inuenit quisquam sublimius? arma tamen uos  
Nocturna, & flammas domibus templisq; parastis,  
Ut Braacatorum pueri, Senonūq; minores:  
Ausi quod licet tunica punire molesta.  
Sed uigilat consul, uexillaq; uestra coerat

Hic

Hic nouus Arpinas, ignobilis, & modo Romæ  
Municipalis eques, galeatum ponit ubiq;  
Præsidium attonitis, & in omni gente laborat,  
Tantum igitur muros intra, toga contulit illi  
Nominis & tituli, quantum non Leucade, quantum  
Thessaliæ campis Octauius abstulit, udo  
Cædibus assiduis gladio. sed Roma parentem  
Roma patrem patriæ Ciceronem libera dixit.

(Ut apud Ciceronem pro lege Manilia.) In ea oratione Cicerō ostensus, ac adhuc periculosum ac magnum esse bellū Mithridaticum, rege fugato atq; expulso, Primū (inquit) ex suo regno sic Mithridates profugit, ut ex eodem Ponto Medea illa quondam profugisse dicitur: quam prædicant in fuga fratris sui membra in his locis, qua se parēs persequeretur, distipauisse: ut eorum collectio dispersa, mærorq; patrius, celeritatem persequendi retardaret. sic Mithridates fugiens, maximam uim auri atq; argenti, pulcherrimarūq; rerum omnium, quas & a maioribus acceperat, & ipse bello superiore ex tota Asia direpta, in suum regnum cōgesserat, in Ponto omnem reliquit. Hæc dum nostri colligunt diligentius, rex ipse è manibus effugit. (Adiuncta sunt, ut pro Rosio.) In oratione Ciceronis pro Sex. Rosio Amerino, ubi miris salibus defricatur accusator Erutius, hæc quoq; præter alia multa aduersus præposteros a accusatores dicuntur. An scribes abaria publicæ locantur, & canes aluntur in capitolio, ut significet si sires uenerit. At sires interno scire non possunt, significant tamen, si qui noctu in capitolium uenerint. Et quia id est suspiciosum, tametsi bestia sunt, tamen in eam partē potius peccant, quæ est autior. Quod si luce quoq; canes latrent, cum deos salutatum aliqui uenerint, opinor ijs crura suffringantur, quod acres sint etiam tum, cum suspicio nulla sit. Simillima est accusatorum ratio. Alij uestrum anseres sunt, qui tantummodo clamant, nocere non possunt. alij canes, qui & latrare & mordere possunt, Cibaria uobis præberi uidemus, uos autem maxime debetis in eos impetum facere qui merentur: hoc populo gratissimum est. Deinde si uoletis, etiam tum, cum uerisimile erit aliquem commisisse, in suspitione latratote: id quoq; conædi potest. sin aut sic ageris, ut arguatis aliquē patrē occidisse, neq; dicere possitis, aut quare, aut quomodo, ac tantummodo sine suspitione latrabitis, crura quidē uobis nemo suffringet: sed si ego hos bene noui, literam illā, cui uos usq; eo ininiā estis, ut etiam eas oēs oderitis, ita uehementer ad caput affigent, ut postea neminem alium nisi uestras fortunas accusare possitis. (Ex consequentibus Luanius.) Libro pharsaliæ primo, non ita longe à principio. Reliquos uel Ciceronis uel Vergilij locos iam ante indicauimus. (Copiosi sunt hi duo loci.) Nempe comparatorum & similium. Et certe nulli argumentorum loca crebrius inter dicendum inuadunt, quorū ut plenius

r ij à



à iuuentute intelligantur, et facilius usui cotidiano accommodari possint, operæ prædum mihi facturus uideor, si pauca eos illustrè exemplis. Cùmq; comparatorum locus sit triplex, à pari, à maiori, & à minori: ideo & per hos gradus argumeta ducemus.

## A P A R I

Cicero in Verrem: Si finem edicto prætoris afferunt Calendæ Ianuarij, cur non initium quoq; nascatur à Calendis Ianuarijs?

Idem primo rhetoricorum: Nam si Rodijs turpe non est, portorium locare: nec Hermacreonti conducere.

Et pro Rabirio: O dii immortales, hæc est illa exoptata iudiciorum seueritas? Corruptores nostri causam dicunt, nos qui corrupti sumus non dicimus?

Quintilianus libro quinto: Qui ob rem iudicandam pecuniam accipit, & ob dicendum falsum testimonium accipit.

Idem: Quæ poena aduersus interfectorè patris iusta est, eadè aduersus matris.

Iphicrates ille Atheniensis, cum ab Aristophonte proditoris accusaretur, percontatus ab illo est, ecquid ipse accepta pecunia proditurus esset rem publicâ, quod cum negasset ille, quid igitur? quod tu (inquit) facturus non sis, id ego sciam?

## A M A I O R I

Cicero epistola quadam ad Metellum: Tutas inimiçias ut reip. donares, te uisisti: alienas ut contra temp. confirmes adducaris? Quamquam hoc & à pugnantibus ductum uideri possit.

Idem pro Milone: Quem igitur cum omnium gratia noluit, hunc uoluit cùm aliquorum querela? Quem iure, quem impune non est ausus, hunc iniuria, iniquo loco, alieno tempore, periculo capitis, non dubitauit? scilicet occidere.

Eiusmodi est illud Medoæ apud Ouidium: Seruare potui, perdere an possim rogas? Et Aeneæ apud Virgilium:

Vos & Scylleam rabiem, penit usq; sonanteis

Aætliis scopulos, uos & Cyclopea saxa

Experti, reuocare animos, mœslumq; timorem

Mittite, forsan & hæc olim meminisse iuuabit.

Vult enim his uerbis planum facere Aeneas, non debere socios suos frangi rebus presentibus, qui maiora grauioraq; iam pertulissent.

## A M I N O R I

Histrion quid deat querit, & non idem faciat orator? Ex Cicrone de oratore.

Quod si in ipso etiam corpore multa uoluptati præponenda sunt, ut uires, uetustas, ualido, pulchritudo: quid ni idem in animis fiat, in quibus doctissimi illi uetres cœlestis ac diuinum quiddam inesse putarunt? Ex eodè, scilicet libro de finibus.

Demosthenes à cane quomodo pœ litera exprimenda esset discere non erubuit:

& nos pudebit, si homines homine præceptore utamur? Ex Hieronymo aduersus Rufinum.

Quid? an nõ uehementer absurdum illud, assuescere pueros, ut dextra abum capiant, & si leuam forte manũ extendant increpare: at interim non prouidere illud, ut honesta suæq; etati cõgruètia audiât? Ex Plutarcho de educatiõne liberorũ.

Serui (inquit Memmius tribunus pl. apud Salustium) ere parati, iniusta imperia dominorum non perferunt: uos Quiritis in imperio nati, æquo animo seruitutem toleratis?

Sed horum plena sunt omnia. illud notandum, quod & Rodolphus monet ex parte uigesimo quinto, quædam argumenta esse, quæ diuersa ratione, interim à maiori, interim à minori duci uideantur. Causa uerbi. Cicero in secunda philippicâ: Quid indignius, quàm uiuere eum, qui imposuit diadema: cum omnes fateantur iure interfectum esse, qui abiecit?

Hic committas Cæsarem & Antonium, ducta fuerit argumentatio à maiori. Neq; enim aliud demonstrare uult Cicero, quàm iure occidi potuisse Antonium, eo qd Cæsarem illo maiorem iure occisum esse omnes fateantur. At si causas occidendi cõpares inuicem, ita contrario modo habebit. Est enim hæc uis argumentationis. Minor causa fuit occidendi Cæsaris, qui diadema sibi impositum reiecit: quàm Antonij, qui illud imposuit: quare si illum omnes iure occisum esse fateantur, quid indignius quàm uiuere Antonium illo lōge sceleratiorem? Hieronymus aduersus Iouenianum: Si altissima illa sublimitas accidit, quis cadere nõ possit? Si in cælo ruina, quanto magis in terra? Hic confer angelicam illam creaturam è cælo lapsam cum genere humano, & à maiori ducta erit argumentatio. Rursum, uocæ id maius, more Aristotelico, quod est uerisimilius: minus, quod uero est dissimilius: iam cõtrâ à minori ducta erit. siquidem minus erat uero consonum, altissimam illam sublimitatem cadere posse, quàm hominẽ: quocirca si illa accidit, quidni cadere possit et homo? Atq; hoc posteriori intellectu ferè hisce nominibus utuntur, qui hodie dialecticæ doctæ. alij contrâ, priori. Ego, utris potius accedendum sit, dubito. Placent arte mihi hac quidem parte utriq;: neq; ita magni referre puto, hinc an illinc ducta argumenta dicantur, modo inuenire ea disat iuuentus.

## E X E M P L A S I M I L I V M

Quem admodum dicere solebat Philoxenus, carniũ suauissimas esse eas quæ carnes non sint, & piscium quoq; eos qui non sint pisces: sic in philosophia, ea cùm primis ducant ac alliant animos iuuenem, quæ neq; philosophicæ nimis, neq; accurate nimium tractantur. Autor Plutarchus.

Philoxenus Eryxididis filius, & Gnato Sialus, gulæ proceres, imò uerò extremi perditq; gulones, conuiujs adhibiti, emungere se in pultarijs soliti erant, ut abstinentibus cæteris, soli epulis ampliter fruerentur. Ita hodie quidam, studia libera-



lium artium docere aut scribere ingreſſi, uocabulis ſordidis, & ex intima plebei ſermonis ſcæ acceptis, ſcædant ac contaminant omnia: ut bonis mentibus & præclariſ ingenijs inde auerſis, ſoli ipſi rerum potiãntur, ac áttra æmulum regnent. Ex Hermolao Barbaro.

Fuit quidam tempore Alexandri Magni, qui eam longo uſu tenebat artem, ut ex certo interuallo, grana cæris, ſine fruſtratione in foramẽ auis infereret: qua re cum conſideret ſe placurum regi, ac magnum aliquid ab illo reportaturum: modio eius leguminis donatus eſt, digno me hercules tali artiſtæ præmio. Ita qui diſſerendi artem profeſſi, ſecula iam aliquot, aliud nihil quã nugaſſima quædam et per manus tradita in ſcholis decantant ſophiſmata, nõme digni ſunt, qui nõ dico modio uno aut altero, ſed plauſtris aliquot ſophiſmatum, ſenes iam onerentur? Erraui, honorentur dicere erat in animo. Ex Quintiliano.

Vt in urbe defendẽda nihil prodeſt, cæteras quidem portas omnis eſſe clauſas, modo una aliqua pateat per quam hoſtes recipiãntur in urbem: ita parum profuerit iuueni, ſi a cæteris uoluptatibus ſeſe abſtineat, dum ab una quãpiã in profundum uitiorum præcepta agatur. Ex plutarcho de audiendis poematis.

Quo modo in uitibus pampini & palmitis eſſe ſolent in cauſa, ar botri ſubinde oculantur, obumbratiq; lateant: ita in dictione poetica, propter arcumſuſas undiq; fabulas, multa nõ animaduertuntur à iuuentute, alioqui futura uel utiliſſima. Indidẽ.

Tanquam ille qui gallos infeliãter pinxerat, puero mandauit, ut ueros gallos quã longſtime à tabula abigeret: ſic adulator nihil æque timet atq; ueri cuiuſpiã amia acceſſum. Ex eodem de dignoſcẽdo adulatore & amico.

Cicero familiarium epistolãrum libro quinto: In ludis gymnicis, inquit, mos erat præcones quoq; ipſos corona ante ludorum miſſionem donari. uerum hi, cum cæteris coronas impoſuiſſent uictoribus, eorumq; nomina magna uocẽ pronũciãſſet, ſibi tamen alium adhibebant præconem, ne ſua uocẽ ipſi ſe uictores eſſe pronũciãrent. Hoc modo & nos, aliorum quidem uirtutes pleno ore laudabimus, noſtras conſq; in occulto ſinemus, dum alius quiſquam exiſtat, qui eas ab interitu uindiciãt, poſteriſq; commendat.

Idem poſt reditum ab exilio: Sed tanquam bona ualeudo iucundior eſt eis, qui è graui morbo recreati ſunt, quã qui nõquam egroto corpore fuerunt: ſic patria cæteraq; fortunæ bona, deſiderata magis quã cotidie percepta delectant.

Diſimile eſt apud eundem philippica tertia: Certus autem dies, nõ ut ſacrificij, ſic ſilij expectari ſolet.

Verum hæc quis nõ malit petere ex Eraſmo? illud nõ indignum fortã obſeruatione, in quibuſdam comparatis diſſualter admodum aſſignari poſſe aliquid utriſq; commuãe, & in ſimilibus interim ſaãllime. Comparatio eſt illa apud Salluſtium: Maiores ueſtri parandi iuris & conſtituendæ maietatis gratia, per ſeãſionem

ſionem, armati bis Auentinũ montem occupauere: uos pro libertate, quã ab illis accipiſtis, nõne ſumma ope nitimini? atq; eo uehemẽtius, quod maius dedecus eſt, parca amittere, quã omnino nõ paruſſe. Similitudo apud Quintilianum: Quo modo uulnus infligi átius poteſt quã ſanari, ita reũ ſaãlius accuſare eſt quã defendere. Et apud Ciceronem in Antonium: Vt Helena Troianis, ſic iſte rei publi. cauſa peſtis atq; exitij ſuit. Hic ſi quis unum aliquid commune querat, nõne in exemplo Quintiliani commune fuerit utriſq; ſaãlius eſſe ledere quã mederi? & in Ciceronis, utriſq; exitij fuiſſe cauſam ijs, quibuſam degeret? Contra in comparatione illa Salluſtiana nõ ita ſaãle. Sed de his pro ſuo quiſq; arbitratu ut uolet ſtatuat. Ego dicere hoc auſim, in quibuſdam nihil intereſſe inter ſimilitudinẽ & comparationẽ, niſi tractandi rationem diuerſam, & diuerſum genus elocutionis. Comparatio eſt, quã modo ex Salluſtio adduximus. Tractetur paulõ aliter, & ſimilitudo erit, nempe ad hũc modum. Sanẽ quemadmodum maiores ueſtri Quiritis, parandi iuris & conſtituendæ maietatis gratia, per ſeãſionẽ armati bis Auentinum montem occupauere: ſic uos etiam pro libertate, quã ab illis accipiſtis, ſumma ope nitẽ debetis. Diſſimilitudo eſt apud Liuiũ ſcãndi belli punia libro octauo. Quã compar (inquit Fabius Maximus ad Sãpionem) conſilium tuum parentis tui conſilio ſit reſputa. Ille COS. proſectus in Hiſpaniam, ut Annibali ab Alpibus deſcendenti occurreret, in Italiam de prouinã redijt: tu, cum Annibal in Italia ſit, relinquere Italiam parat: non quia reip. id utile, ſed quia tibi id ampliũ & glorioſum cõſeſ eſſe. Quid porro negocij fuerit, hinc aſſicere comparationẽ, ſi mutatis pauas hunc in modum hæc eſſerãtur? Quid? Pater tuus COS. proſectus in Hiſpaniã, ut Annibali ab Alpibus deſcendenti occurreret, in Italiã de prouinã redijt: & tu, cum ſit Annibal in Italia, illam relinquas? Hæc ideo aſcripſi, ut diligenter expendat lector, cequid ſemper ea ratione diſtem ſimilia à comparatis, qua diſtare ea ait Rodolphus.

¶ Quid repugnãtia, & quomodo ea diuidatur. Hinc oppoſita que dicuntur, & quot horum ſint ſpecĩes. Tum differentia que ſint, & que horum diuiſio. Poſtremo, que ducantur hinc argumenta, & duarum obſiectiõnum dilutiones. Caput XXVII

**N**on debet cuiquam mirũ uideri, ſi repugnãtia (cũ ſuperius diſta quomodo accipiẽda. ſuperius diſta quomodo accipiẽda.) us non putauerimus ex Boetij uel Ciceronis potius ſentẽtia inter locos ponenda nunc ipſi uelut obliti noſtri, inter locos numeremus. Equidem nõ id tunc egi, ut docerem repugnãtia locum nõ eſſe; ſed oftendere uolui, in eã conditionem, quomodo do



do Boetio uisum est, ut esset repugnans, quicquid contrariū esset cō-  
sequenti, non posse hoc pacto certū eis & seiunctū ab alijs locū at-  
tribui. ¶ Repugnantiam autem in praesentia definimus, ut sit rerū p̄  
se dissidens habitudo, qua fit, ut alterū dici id esse quod alterū non pos-  
sit. Quod autē (per se) addimus definitioni, id eo pertinet, ut ostenda-  
mus, non quicquid de altero negat, repugnans esse. Nec enim etsi di-  
cam Ciceronem non esse infantem, ideo infantem esse repugnās est  
Ciceroni; nec si dico Catonem nō auarū fuisse, repugnat idcirco aua-  
rū esse Catoni. Non enim per se ista, hoc est, Cicero quatenus Cicero  
est, & Cato quatenus Cato, tales negant eē; sed quia Cicero eloquēs  
est, cui repugnat esse infantem; & Cato uir bonus, cui repugnat itē  
auarū esse. At homo & irrationale repugnant; quoniā ratiōale quod  
repugnat irrationali, in substantia est hominis, ergo homo per se, hoc  
est per substantiā suā, ab irrationali dissidet. Sic homo & uirtus repu-  
gnant, quoniā homo per se existentiū generis est, uirtus uero inhaerē  
tiū, neq; enim dici potest, homo est uirtus. A deoq; longe magis repu-  
gnant, quantū ad se, id est ad substantiā suā, homo & uirtus q̄ homo  
& irrationale. ista enim in proximo & sub eodem genere posita di-  
stant, utriq; enim intra animalis est cōplexū, at illa toto rerū ordine,  
hoc est, praedicamentis sunt diducta. Quod autem uulgo dicimus,  
non repugnare homini uirtutē aut uitiū, id in eam sententiā dicit, nō  
ut alterū dici possit id eē quod alterum, sed quia nihil obstat, quo mi-  
nus inesse alterum alteri possit.

Cailli exclu-  
sio

Diuisio repu-  
gnantium

¶ Repugnant autem, aut unum uni, aut uni plura. Illa opposita, haec  
differentia uocamus. Et quae nos opposita, Cicero contraria dixit.  
Boetius commodius opposita putauit dici, quoniam ea quae τὰ ἐναν-  
τία Graeci uocant, aptius contraria dicerent; quae Cicero quidem di-

xit

xit aduersa. Vt cūq; uocent, haud multū intererit, nos Boetiū, quādo  
usus magis in hunc morem triuit ea nomina, sequamur.

¶ Opposita sunt, quae repugnant unum uni, sic, ut neq; alterū de al-  
tero, neq; ambo de tertio dici possint. Ea Aristoteles ijs ferme uer-  
bis diuidit. Alterū inquit alteri opponi dicitur quadrupliciter, uel ut  
quae sunt ad aliquid, uel ut contraria, uel ut priuatio & habitio, uel ut  
affirmatio et negatio. Vt ad aliqd opponuntur, sicut duplū dimidio.  
Vt contraria, sicut malū bono. Vt secundū priuationem & habitio-  
nē, sicut caecitas et uisus. Vt affirmatio et negatio, sicut sedet nō sedet.  
Vtq; paucis dicamus, oīa aut relata sunt, aut cōtraria, aut priuatiua,  
aut contradicentia. Ad aliquid (quae & relata dicuntur) sunt ea, quae  
secundum hoc ipsum quod sunt, aliorū dicuntur, Vt seruus, domini  
dicitur seruus; & dominus, serui dominus, sic pater, filij pater dicitur; & fi-  
lius, patris filius, & totum, dicitur partis totum; & partes totius esse  
partes dicuntur. Potest autē dubitatione dignū uideri, cum tantū  
unum uni dixerimus opponi, quomodo id constare possit i relatis,  
cū unius dñi multos uideamus seruos, unius patris multos filios esse.  
Certum est enī, hūc patrem & hos filios relata esse, similiē hūc domi-  
num & hos seruos. Sunt qui credant filios referri ad patrem & ser-  
uos ad dominum, multos ad unum, non quatenus multi sunt, uel hi  
singuli, sed quatenus cōmunis ratio est unaq; in oīibus & filiorum  
& seruorū, quēadmodū in istis, patris & domini. Scotus omnīū q̄  
philosophiam tractauerunt disputator multorū cōsensu acerrimus,  
uoluit in patre qui multos haberet filios, multa proinde nomina re-  
spectusq; esse patris, quēadmodū & iuris periti, patri suā in quēq; filiū  
describerēt patriā potestatē; & dño in quēq; seruū, ppriū discretūq;  
ius mācipij. Sed recōditiora sunt haec, neq; nō (quod aiūt) farraginis.

Oppositum.  
Oppositorum  
diuisio

Ad aliquid

Scrupulus

Solutio

s ergo



*Contraria. d. † opposita*  
 ergo reliqua prosequamur. Contraria sunt † repugnantia, quorum utrumque potest simul existere, & alterum sine altero esse. Vt calidum & frigidum contraria sunt, existuntque utraque simul. Quod quidem in contradictione fieri non potest, nec in priuatione: quorum si est alterum, non potest alterum esse. In relatis uero non potest alterum sine altero esse, non enim potest esse dominus, ut non sit seruus: nec ediuerso seruus, ut non sit dominus. At calidum nihil repugnaret esse, ut non esset frigidum: nec nigrum ut non esset album. Priuatio est defectus alicuius, in eo, quod id natum est habere, Vt caecitas est defectus uisus, non in quouis, nec eni lapis caecus dicitur, sed in eo quod natum est uidere. Sic mutum esse, non cuiusque est, sed eius, quod natum est loqui: & demens, eius quod sapere: & mortuum, eius quod uiuum esse posset. Contradictoria sunt, quorum negatur uno id ipsum, quod est altero affirmatum. Vt sedere non sedere: currere non currere. Quod dicimus autem negari uno id ipsum, quod est affirmatum altero, hoc eo pertinet: nam si dicas hominem aliquem currere, & aliquem hominem non currere, non contradicunt ista: potest enim utrumque esse uerum: nam potest aliquis homo currere, ut Cicero: & simul aliquis non currere, ut Cato, uerum non negatur uno, quod erat affirmatum altero. Quare ut contradicant, necesse est id ipsum neges quod affirmasti: ut quoniam dixisti aliquem hominem currere, neges currere aliquem, hoc est, nullum dicas currere. Estque ea perpetua & immota contradicentium lex, ut de omni re necesse sit uere alterum contradicentium dici, utraque de nulla. ¶ Differentia sunt, quae sic repugnant, ut non certo ductu unum contra unum dirigatur, sed satis est substantiis in se esse dimota. Vt Cicero & Cato differunt, quoniam non est Cicero quod Cato, non tamen sic differunt, ut calidum & frigidum: calido enim nihil

*Priuatio.**Contradictoria.**Differentia quae sint.*

nihil opponi potest aliud, quod eodem modo cum ipso quo frigidum pugnet, at quemadmodum Cato a Cicerone distat, sic etiam Scipio, sic Lelius, sic quemcumque alium hominem sumas distabit. Quapropter necque colores quos medios uocant, contrarij inter se erunt. Quemadmodum enim flauus ceruleo, sic etiam indicus, & ruber, & uiridis distat: & potest ex quolibet colore in quemuis, & per quemlibet ex albo in nigrum fieri transitus. Similiter saporum etiam diuersae species contrariae non sunt, sed uerius differentes. Sic quaecumque aliae sunt multae species, sub uno genere comprehensae: non magis censendae sunt contrariae, quam iustitia, temperantia, fortitudo, reliquaque species uirtutum. ¶ Differunt autem omnia aut solam ut singula: ut singuli in se homines, singuli equi, & quaecumque indiuidua sub una continentur specie. Aut species: ut quaecumque indiuidua sub diuersis sunt speciebus, uel ipsae in se species diuersae, ut hic homo & hic equus, et homo & equus. Aut genere: ut quae uel diuersorum sunt generum, ut uitis & equus: quorum hic animalis est species, illa plantae, & ipsa quoque genera diuersa, ut animal & planta. Possumus addere istis ea, quae praedicamentis differunt, ut homo & candor, quorum homo substantia, candor est qualitas. Quaecumque ergo praedicamentis differunt, genere differunt: & quae genere, etiam & specie: & quae specie, singulatim differunt. Contra, quaecumque singula sunt eadem, hoc est, quae numero una dicuntur, etiam specie sunt eadem: & quae specie, ea genere: & quae genere, praedicamento quoque sunt eadem. Quo fit, ut maxima differentia, & minima unitas sit in praedicamento: contra, minima differentia, maxima unitas sit in singularibus. Quoruncumque autem duorum, alterum de altero negat, ea ut minimum singulati, hoc est, numero oportebit differre. Noli autem quaequam sefellere nonis huius ambiguitas, quam dicimus aliquid singulati uel numero eadem esse

*Differentia diuisio.**Dupliciter aliquae diuidentur numero*

s ij se



se, uel differre. Quandoq; enim aliqua numero eadē uocamus, quātum ad substantiam suam p̄tinet; ut idē numero dicimus hominē & animal rationale, quoniam eadē est utriusq; substantia; & Ciceronē unum numero dicimus, quoniam nulla est ipsius ad seipsum differentia. Quandoq; uero denominatione dicimus eadem; ut idem numero dicimus Ciceronem & eloquentem; non q̄ idem sit Ciceronis & eloquentiæ substantia, sed q̄ in sit Ciceroni eloquentia, atq; ob id, idem & Cicero & eloquens uocet. Verum in presentia de eis solum dicimus, quæ substantijs eadem sunt atq; differunt, quoniā denominatione idē differens a se dici potest; ut Cicero uir, a Cicerone puero, non substantia sed ætate differt; & contra, quæ maxime differūt, eadem dicuntur; ut idem & homo & musicus & pater dicit, cū substantijs hæc tria p̄dicamento differant. ¶ Sane omnia argumenta huiusmodi, In foro est, ergo non est ruri, Et illo tempore factū est, ergo non est hoc tempore factum, Et mea res est, ergo non est tua, Et huius est filius, ergo non illius, ad hunc locum redigunt. Quoniā enim ea natura est rerum, ut tantum unum aliquod istorū de re dici possit, (nec enim potest aliquid nisi in uno loco esse, nec nisi in uno tempore factum esse, quæq; reliqua similis sunt cōditionis,) ergo cū unū aliquid de re affirmaueris: reliqua omnia, quæ ab eo in eodem genere differunt, negabuntur de eadem.

Vsus horum  
locorum

Obiectio  
prior

¶ Erit fortasse, cui uideatur neq; repugnātia ab alijs locis, neq; ipsa quidē inter se opposita & differentia, satis diligentē esse discreta. Nā ut prius de hoc dicamus, quod posterius sumpsimus, pater & filius q̄ relata sunt, & calidū & frigidū quæ contraria, nemo est q̄ dixerit ista nō esse differentia. Deinde priuātia q̄q; & cōtradicientia, cū eadē esse non possint, differant necesse est. Iam quod ad reliquos locos per

Obiectio  
altera

tinet,

tinet, calidum & frigidum in adiacētibus diximus, & patrem & filiū numerauimus inter connexa, & partiū & totius sui sunt loci; ita etiā homo & equus species sunt, & animatum & inanimatū propria; ut uideatur (id quod antea in Boetio annotauimus) repugnantia per omnes ductum iri locos. ¶ Non negauerim uera esse quæ contra dicuntur, Verum non ob id efficitur, ut perturbentur loci, quod facile uidebit, qui meminerit eius quod diximus etiam ante, locorū discrimen, non tam ab rerum naturis, quas habent per se quæq; accipi; q̄ ab habitudine, quam sumunt inter se comparata. Quod itaq; ad opposita & differentia attinet, certum est contraria specie inter se differre: & relata quidē quomodo differant, haud temere affirmauerim. Verum utcunq; sit, cū certa inter se lege differant, ut unū tantum unum opponatur, opposita dicimus ea, propter certam & destinatam ex natura sua repugnantiam, qua uelut singula e regiōe alterum contra alterum certo sunt structu locata. Pater itaq; & filius, opposita sunt inter se comparata; comparatus autem quātum ad substantiam suam, pater domino, filius seruo, non opponi dicentē ista, sed differre. Sic calidum & frigidum inter se contraria sunt: calidum & dulce, frigidum & humidum differentia. Relata ergo & contraria (ut dicimus) quanq̄ inter se comparata opponi proprie dicatur, differunt tamen etiam: sed opposita potius dicunt, quod certioris ē & acrioris repugnantiae nomen. Contradicientia autē & priuātia differentiae nomen nō accipiunt. Cū sit eni differre dictū, quasi in diuersum ferre, non potest id nisi inter rē & rē fieri: at contradicientia & priuātia, una quidem parte res sunt, ut uisus & sedens: alia parte tantū negationē rei significāt, ut cæcitas & nō sedēs. Nō magis ergo possunt ista inter se differre, q̄ (quod dici solet) uiuī cū mortuis bel-

Solutio obie-  
ctiois prioris

s iij lū



Posterioris  
obiectionis di-  
luto.

lū gerere. Haud absimile ijs, quæ dicta sunt, fuerit, quod responde-  
ri possit ad eā partem, qua dicebatur, repugnantia per alios sparsa lo-  
cos esse. Possunt em̄ ea quæ repugnantia dicuntur, nonnunq̄ accipi  
seorsum quodlibet, uel saltem sic, ut non cōponant̄ inter se, & uel al-  
terū de altero dicant̄, uel ambo de tertio aliquo. hoc em̄ modo suis  
quæq; redduntur locis. At cum uel in tertio aliquo d̄ incidunt, uel al-  
terum de altero dicunt̄, repugnantia sunt, huiusq; loci propria fiunt.  
Totum itaq; & pars, pater & filius, nisi de altero dicatur alterū, aut  
ambo de tertio aliquo, nequaq; repugnant: quippe quorum alterum  
altero constat, neq; sine altero uel fieri possit uel esse. cū uero quis di-  
cat, exempli causa, irascibile in anima partem esse ipsius, alius discre-  
tam per se distinctamq; esse animam: certū est repugnare ista, quod  
idem totū esse faciant & partem. Sic album & nigrum quibus insunt  
comparata, non contraria sunt sed adiacentia. Sic currere non curre-  
re, non contradicunt: sic quiescere & moueri, nō priuatiue repugnant;  
si de homine illa, ista de lapide dicantur. Illud tamen prætereun-  
dum non est, contradicentiū priuatorūq; partes eas, quæ negant, nō  
posse in alium conferri locum. Cum enim negatio, non significari,  
non intelligi sine affirmatione possit: semper repugnantia eius quod  
negat, præ se ferat necesse est. Non currere nanq; sine cursu, nec cæ-  
citas sine uisu, intellectu comprehendī nequit. Cumq; negatio-  
nem significant, semper in eis & negatio & cursus uisusq; intelligitur:  
habentq; uelut innatam quandam in se repugnantiam ad id, cui con-  
tra dicunt, aut cui priuatiue repugnant. Habent aut̄ hi loci propriū  
hoc, quod non potest ex ipsis quicquam confirmari directe, sed  
e diuerso. ut si in uno neges, in altero affirmandū est; contraq; alteri-  
us affirmatione negandū est alterū. ut si dicas, iste pater est; sequit̄ nō  
esse

Notatiuam

Quid sit his  
loas propriū

esse filiū: & filius est, certū est patrem non esse, sic, cæcus ē, ergo nō ui-  
det; contra quoq; uidet, igitur cæcus non est. Complectimur tamē  
nonnunq̄ hincinde repugnantia, atq; directe probamus. Ut si lucrū  
est habere, damnū est perdere, Si utile est possidere, inutile est amitte-  
tere. Illud uero argumentandi genus, An perdere possim quærīs? Altera nota  
feruare potui. & Cui totum dederam, illi negarem partem: non ex  
repugnantibus est, sed a maiori. neq; em̄ ut repugnantia hic sumunt̄,  
sed consentanea ad id, quod instituis confirmare. & ut sit alterū alte-  
ro maius & difficilius effectu. Neq; em̄ quia seruare repugnat ei qd̄  
est perdere, probatū a se putat Medœa, pditū ire se posse Iasonē: sed  
q̄a difficilius maiorisq; negotij ē, seruare, q̄ pdere. Sic etiā, q̄a maius ē  
totū donare q̄ partē, pbabit nō se cūctaturū i parte, cū dederit totū.

Altera nota  
tiuamula.

## SCHOLIA IN CAPVT XXVII

Sed ostendere uolui, in eam conditionem, quo modo Boetio uisum est (&c.)  
Alia esse sententiā Boetij quā refert Rodolphus, supra ostēsum est. Nō enim  
ait uir ille, repugnans esse, quicquid contrarium esset consequentis, sed quod esset  
cōsequēs cōtrarij. Sed de hoc prius. (Adeoq; lōge magis repugnat.) Maior, in-  
quit, pugnantia est inter hominem & uirtutem, q̄ inter hominem & irrationale,  
propterea q̄ homo & rationale sub eodem genere, nempe animali continentur: ho-  
mo autem & uirtus, discreta diuersaq; genere sunt: siquidem homo substantia est,  
uirtus qualitas. (Quod autem uulgo diāmus.) Vulgo, inquit, diāmus homini nō  
repugnare uirtutem, non hoc intellectu, quasi homo id esse possit quod uirtus: sed  
q̄ uirtus homini possit inesse. Iam aliud est, posse homini inesse: aliud, posse esse  
hominem. (Et quæ nos opposita, Cæro contraria dixit.) Cæro in topiās ita  
diuidit contraria, ut partim aduersa, partim priuantiā, partim collata cū aliquo,  
partim deniq; negantia dicantur. Boetius quarto commentariorum libro quos scri-  
psit in topiā Cæronis: Sed M. Tullius (inquit) non tā proprijs nominibus quā  
notioribus utitur. Ait enim, cōtrariorū alia esse quæ aduersa uocētur, alia quæ pri-  
uantia, alia quæ in comparatione sint, alia quæ aientia & negantia nuncupentur.  
Sed quæ contraria nominat, opposita uerius dicentur: quæ aduersa dicantur, con-  
trariorum melius susciperent nomen: quæ in collatione nominat, eā relatiuē uel ad  
aliquid certius uocentur. Sed utatur nominibus ut uolet, dum res ipsæ certā pro-  
prietatis suæ ratione signentur. (Opposita sunt quæ repugnant unum uni.)

Quomodo

Contrariorū  
diuisio apud  
Cæronem.



Obiectio cum  
sua dilutione.

Quomodo unum uni, cum ex sententia Aristotelis, malo, non tantum bonum, sed  
et aliud malum contrarium sit? cum uni timiditati, non modo repugnet fortitudo,  
sed et temeritas? Quamquam Aristoteles hac parte satis est uarius, ut qui in libris  
de coelo, unum uni aiat esse contrarium: in categorijs, uni interim plura. Diuus  
Thomas Aquinas, in ijs commētarijs quos scripsit in libros de coelo, hunc nodum  
hiscē uerbis dissoluit: Eidem, inquit, secundum idem est unum tantum cōtrarium:  
nihil tamen prohibet, quin uni secundum diuersa sint plura contraria: sicut si sit  
idem subiectum dulce et album, contraria ei uidentur nigrum et amarum. Sic igitur  
illiber alitati contrariatur uirtus liberalitatis, sicut ordinatū inordinato: pro-  
digalitas autem, sicut super abundantia defectui. Haecenus recensimus uerba il-  
lius. A Boetio opposita finiuntur hoc modo: Opposita sunt, quae in eodem, secundum

Opposita quo  
modo finiuntur  
Boetius

idem, in eodem tempore, circa unam eandemque rem, simul esse non possunt.  
(Ea Aristoteles ijs ferme uerbis.) Graeca, si quis forte requirat, sic habent:  
ἀέγεται δὲ ἐπεὶ ἐτέρον ἀντικείμενον τερταχώς. ἢ ὡς τὰ πρῶτος τῆ, ἢ ὡς τὰ  
ἐναντία, ἢ ὡς ἐξῆς καὶ ἐξῆς, ἢ ὡς κατὰ μέρος καὶ ἀπό μέρος. In summa  
hoc diat, quatuor esse genera oppositorum, relatiua, contraria, priuantia, et con-  
tradictoria. (Potest autem dubitatione dignum uideri.) Nō uideo equidē quid sit  
cur obiectio haec magnopere moueat aliquem. Nā cum diatur, unum uni opponi,  
id de speciali, non de numerali unitate accipiendum est. Ergo ut quis autum ha-  
beat filios, tamen quatenus pater est, uni tantum (de speciei unitate loquor) oppo-  
nitur, nempe filio: si quidem omnes illi speciei idem sunt, et in communi filij rati-  
one conueniunt. Secus fuerit, si dicas patrem e ratione qua pater diatur, re-  
ferri ad filium et uxorem. hic enim unum opponeretur duobus speciei diuersis.

(Quemadmodum et iuris periti, patri suam in queng; filii describerent patriā  
potestas pa- potestatem: et domini in queng; seruum, proprium discretumque; ius manāpij.)  
tris in filii et De his lege institutionum imperi alii librum primū, capite, de his qui sui aut alieni  
domini in ser- sunt iuris. Et ff. eodem titulo. Itē C. de patria potestate. Atque fuit sanē olim patri  
uum. in liberos uite necisque potestas. cui deinde potestati adeo derogatum est, ut ne li-  
bertatem quidem, nedum uitam liberis auferre patri liceret. L. libertati. C. de pa-  
tria potestate. Quo circa supra etiam monuimus, cautius accipiendum esse id quod  
ait Rodolphus, patrem adoptiuum, uite necisque potestatem in eum quem adopta-  
rit, accipere. De dominorum potestate in seruos, Cai iure consulti uerba sic habent:  
Igitur in potestate sunt serui dominorum, quae quidem potestas iuris gentium est.  
Nā apud omnes peraeque gentes animaduertere possumus, domini in seruos uite  
necisque potestatem fuisse: et quodcumque per seruum acquiritur, id domino acquiritur.  
Sed hoc tempore nullis hominibus, qui sub imperio Romano sunt, licet supra mo-  
dum et sine causa legibus cognita, in seruos suos seuire. C. L. prima, ff. eo quem  
diximus titulo. (Neque nostrae (quod aiunt) farraginis.) Materiae, propositi,  
instituti.

instituti. (Contraria sunt.) Contraria, inquit, sunt repugnantia ea, quae in diuer  
fis subiectis uno eodemque tempore inesse possunt: et alterum subsistere in rerū na-  
tura potest, etiam si non sit reliquum. Distant ergo contraria a relatiuis, quae eodē  
tempore, aut esse ambo, aut non esse necessarium est. Distant etiam a priuantibus et  
contradictantibus, quae contraria eodem tempore esse in diuersis possunt, contradican-  
tia et priuantia non possunt. Nam in eodē ea subiecto simul inesse nequire, id pla-  
num est. at cum diuersis subiectis accommodantur, iam desinunt esse contradican-  
tia et priuantia. Neque enim philosophari et non philosophari contradicant, si  
ad Platonem unum, alterum ad Demosthenem referatur. Et caetera illa Democriti,  
non fuit priuatio uisus in Lynæo, Secus habet in cōtrarijs. Nam ea nomen retinet  
suum, etiam cum in diuersis reperiuntur subiectis. Ut dulcor et amaror, etsi alte-  
rum in melle, alterum in felle sit, dicantur nihilo minus esse contraria. At enim quo  
(inquit) pacto ait contraria alterum sine altero esse posse, cum Aristoteles secan-  
do libro de coelo confirmet, terram non posse esse sine igni, eo quod necessarium sit, con-  
trariorum aut utrunque esse aut neutrum? Sanē quae Aristoteles eo in loco diat, ea  
in solis elementis locum habere uel hinc liquet, quod idem ait in categorijs, posse alte-  
rum ex contrarijs esse ut non sit reliquum. Et quid uetat sanitatem sine egritudine  
ne esse? quid sine nigro album? quid fortitudinē sine timiditate? Cuius in rhetoricis  
contrarium finit hoc modo: Contrarium est, quod positum in genere diuerso, ab eo  
cui contrarium esse diatur, plurimum distat. ut frigus colori, uita mors. Hodie uul-  
gus eas sic finit: Contraria sunt, quae sub eodem genere posita, plurimum a se in-  
uicem distant, et eidem subiecto quod modo eorum sit capax uisum insunt, a quo  
se mutuo expellunt, nisi alterum eorum insit a natura. (Quapropter neque colo-  
res quos medios uocant.) Recte illud, colores medios non esse inter sese contrarios.  
Verum illud interim male habet animū meum, quod non uideo, quo modo his non con-  
ueniat contrariorum finitio. Cōtraria (inquit Rodolphus) sunt repugnantia, quorum  
utrunque potest simul existere, et alterum sine altero esse. iam repugnare inter se  
medios colores, uerbi causa rubrum et uiride, est manifestum, cum ita inter sese  
dissident, ut neutrum possit diā id ipsum esse quod alterum. neque est cur negemus  
posse ea simul et separatim esse. quo fit, ut coloribus medijs tota conueniat contra-  
riorum finitio: quod si denus, iam ne contrarios quidem eos esse infirmari poteri-  
mus. Et (ut obiter quedā addamus his etiam absurdiora) quis non uideat, omni-  
bus propemodum differentibus accommodari posse diffinitionem contrariorum quā  
ponit Rodolphus? An non repugnantia sunt Cato et Ciaro? nonne eodem tempo-  
re ambo fuerunt? nonne rursum, solus Ciaro fuit, Catone iam mortuo? Quid? faen-  
tia et uirtus, nonne ita per se dissident, ut non possit alterū diā id ipsam esse quod  
alterū, ac proinde repugnantia sunt? Sunt profecto. neque negari potest, et simul ista  
et separatim esse posse: quamobrem haec quoque iam nobis iuxta Rodolphi finiti-

Obiectio

Dilutio

Obiectio



Dilutio

onem dianda erūt contraria. quo quid diā queat absurdius? Quod ad me attingit, mallem ego hac parte alterius audire sententiam, quam quid sentiam ipse, temere effutire. Et quidem ante omnia non puto illo modo esse faciendum mihi, ut sine causa uidear suggillare uoluisse Rodolphum, hominem longe aliter meritum de studio diosis omnibus: cuius etiam nomen mihi uenerandum quiddam proinde uellem equidē, certe quoties nominatur à me, honoris gratia nominatur. ac proinde uellem equidē, id quod iam dixi, digniorem se patronum contigisse homini longe doctissimo, qui tueri sic posset hanc eius finitionē, ut ostenderet, quomodo salua illa, ea quae differētia ab Rodolpho ipso dicuntur, submoueri queant ex albo contrariorū. Ego tãctsi quanto licuit studio id egi, ut mihi uel archetypum ipsum, uel aliqui emendatum aliquod compararem exemplar: haecenus tamen spe ea frustratus sum: neq; ullū aliud contigit, quam quod excusum Louanij, infinitis propemodum mendis contaminatū est. quorū ut pars maxima reijā in typographos potest: ut qđ in capite de pñibus orōis, toties cū totius sentētia iactura, pro enumeratione legitur enūciatio, et ibidē in exēplo Quintiliani pro gladio gaudium, aliāq; id genus propē innumera: ita quaedā rursus, quae admodū partim iā indicauimus, partim suis locis indicaturi sumus, non illorum uel insātia uel negligentia irrepisse, sed initio parū emendate scripta fuisse mihi uidentur. Apparetq; exemplari illos usos esse, quod aut scripserit aut dictarit Rodolphus ipse, uerum non in hoc tamen dictarit aut scripserit, ut sic prodiret in lucem: sed ut post mensē unum aut alterū, sub inuadē reuocatum, emendaretur diligentius: et si quae adhuc libealē (ita ut solci) occurrerent, ea quam exactissima cura eluerentur. Ergo ut tandem aliquando ueniamus ad id, quod in praesentia agitur, non negauerime ego, ab Rodolpho scriptum sic esse ut exēplaria habent: sed et illud eōtrario ausim contēdere, nihil minus illū scribere uoluisse, quam id quod scripsit: ut iam calami lapsus uerius diā possit quam genus oppositorū contraria. Itaq; cōtraria ipsa definiturus, mirū nō genus proximum, id est opposita, in illorum ponere finitione decreuerat. quod si fecisset, nihil prorsus esset admissum flagitij. Nunc cum utrumq; nomen, tam repugnantū quam oppositorum, recenti adhuc memoria haberet, alterum (ut fit) pro altero inarrit in calamus. Nos ergo non tam id quod calami error expressit, quam quod autor ipse proculdubio scribere uoluit, in contrariorum finitione ponamus, legamusq; hoc pacto: Cōtraria sunt opposita, quorū utrūq; potest simul existere, et alterū sine altero eē. Id si faciēmus, cōtinuo exclusa erūt oīa ea, quorū mētionē iā fecimus: quando nihil horum omnium est, in quod competat nomen oppositorum, eodū ueniat intellectu, quo opposita definit Rodolphus. Et in praesentia quidem haec sola ratio tollendi scrupi huius mihi occurrit: quae si cui minus probabitur, is meliorem afferat, et nos minime pertinacēs erimus in sententia nostra. Porro quod meminit de

de speciebus colorum et saporū, de his multa Aristoteles in libro de sensu et sensibili. Et de coloribus rursus Aulus Gellius libri secūdi capite uigesimo sexto. (Disserunt autem omnia.) Diat id quod hodie longe decantatissimum est apud omnes, nempe trifariam aliqua eadem aut differentia siue diuersa diā, genere, specie, et numero. Genere eadem sunt, quae sub eodem genere continentur. ut temperata et fortitudo, quorum genus est uirtus. Diuersa genere dicuntur, quae sub unum genus non cadunt. ut equus, uelocitas. Specie eadem sunt, quae eadē specie continentur. ut Virgilius, Cicero. Diuersa, quae eadē specie non continentur. ut haec uulpes, hic leo. Numero eadem diā solent, quorum inter numerandum alia ab alijs non discernuntur. Atq; id rursus quatuor fit modis, nomine, finitione, proprio, et accidente. Sed cum horum plena sint omnia, nos eis misis, pergamus ad alia. (Quae praedictamentis differunt.) Nimis quam ridicale illi, qui somniant interesse nescio quid inter differentia et diuersa: quasi diuersa ea sola dicantur, quae in diuersis insunt categorijs: reliqua, differentia. Cuius farinae est et illud, quod apud Petrum illum suum Hispanicēsem, aliud esse aiunt praesentare, aliud representare. Praesentat (inquit) uox seipsam, representat rem significatam. (Erit fortasse cui uideatur.) Duas affert obiectiones aduersus ea quae hoc capite dicta sunt. Earū prior haec est. Opposita omnia etiam sunt differentia: ergo non fuit faciendum Rodolpho, ut loam hunc repugnantū in opposita differentiaq; didicerit. Cui obiectioni hunc in modum occurrit ipse. Contradientia, inquit, et priuatiua nullo modo differentia diā queunt, propterea quod ea tantum differre dicuntur, quae utraq; sunt: contradientium uero et priuatiuorū alterum semper non est. Cōtraria autē et relatiua, si non cum suis quaeq; oppositis, sed cum alijs quibusdam conferantur, nihil utiq; uetet, diā illa et differentia. ut si patrem nepoti, album rubro, maritum socero aut socruī compares. Quoties autem cum suis committuntur oppositis, ut cum nigro album, pater cum filio, cum uxore maritus: iā etsi possent fortasse differentia utcūq; appellationem reapere, eo q, uel genere uel specie differat: aptius tamen opposita dicantur, propterea q, non quoquo modo, sed certa quadam lege alterum ita contra alterum dirigitur, ut opponatur unum uni: quod non fit ita in differentibus. Itaq; in summa hoc diat: Si differentium uocabulo intelligerentur omnia ea, quae quomodo docant; ita inter se pugnant, uti neutrum queat diā esse id ipsum quod alterum: dari posset, et contraria quoq; et relatiua differentia esse. At qui nūc ea sola hoc nomina donamus, quae nullo certo ductu inter se pugnant, sed substantijs modo diuota sunt, possuntq; plura repugnare uni: cuiusmodi haud quaqua sunt contraria et relatiua, quoties ad sua ea referuntur opposita.

(At enim repugnantia (inquit) sparsa sunt diffusaq; per locos omnes: quodra parum considerate Rodolphus, qui suum illis locum descripsit. Hanc quoq; auilati unalā ita refellit Rodolphus, ut diat repugnantia bifariam considerari posse:

t 2 primāpio,

Eadem et diuersa.

Genere.

Specie.

Numero.

Obiectio prior

Dilutio

Summa solutionis.

Obiectio altera.



prināpio, ita ut ipsa inter se conferatur, atq; hac ratione per alios ea locos diffusa non esse. deinde, ut spectentur singula seorsum, ac sic arte, ut ne ipsorum inter se fiat comparatio: quo pacto repugnantium ea nomen amittere, & per omnes locos diffundi, Verbi causa. Dulcedo si conferatur cum amaritudine, ad solum huc oppositorum pertinuerit loam. Confer eandem sapor, iam species erit: confer cum dulcedine hac aut illa, & genus dicitur. Eadem collata mellis est adiacens, albo cōtingens. &c. (In adiacētibz.) De his supra capite undecimo. (Inter cōnexa.) Quorum natura explicata est capite uigesimo. (Et partium & totius sui sunt loca.) Quem admodū dictū est supra capite nono. (Ita homo & equus species sunt.) Porro quid species & quid genus, id explicatū est libri huius cap. quinto & sexto. (Animatum & inanimatum propria.) De quibus est caput octauum. (Id quod antē in Boetio annotauimus.) Capite uigesimo primo, in quo de accidētibus agitur. (Qui meminerit eius quod diximus etiam antē. Capite uigesimo secundo. (Complectimur tamen nonnunquam hinc inde repugnantia.) Creberrimum est hoc genus argumentandi apud autores, ut mirum mihi uideatur, eos qui uulgo dialectica in gymnasijs docent, nihil aliud in ore habere quā illa hispaniensia. albus est, ergo niger non est: cæcus est, ergo non uidet: homo est, & non sanus, proinde æger. Quam argumentandi formam ut non improbro, ita illam alteram scō apud autores omnes longe esse frequentiore: cuius aliquot subiiciemus exempla.

Si summum malum est uiuere cum doloribus, consentaneum est, summū esse bonum uiuere cum uoluptate. Ex Cicerone primo libro de finibus.

Bonum liberi, misera orbita: bonum patria, miserum exilium: bona ualetudo, miserum morbus: bonum integritas corporis, misera debilitas: bonum incolumitas aëis, misera cæcitas. Ex eiusdem operis libro quarto.

Quintilianus libro duodecimo: Age non ad perferendos studiorum labores necessaria frugalitas? quid ergo ex luxuria spei?

Idem libro quinto: Frugalitas bonum, luxuria enim malum. Si malorum causa bellum est, erit emendatio pax. Si ueniam meretur qui imprudens nocuit, non meretur præniūm, qui imprudens profuit.

Si istæ quæ calidiora sunt, diffialius gelu coguntur: congruens est, ut quæ frigidiora sunt, facile cogantur. Ex noctibus Gellianis libri decimiseptimi cap. octauo.

Si stultitiam fugimus, sapientiam sequamur: & bonitatem, si malitiam. Sic in topias Cicero.

Si anima quæ peccat, ea morietur: ergo quæ non peccat, ea uiuet. Ex Hieronymo.

Si euangelium est uirtus dei in salutem omni credenti, ergo in perditionē omni non credenti. Ex epistola ad Romanos.

Quia deus gratia mouetur, ergo & irasatur. Ex Lactantij libro de ira dei.

Nā si deus non irasatur in pijs atq; iniustis, nec pijs utiq; iustisq; diligit. Ex eodē.

Si

Si eius qui male facere cupiat, non facta solum, sed & propositū odisse ulāsq; oportet: gratia contrario habenda est bene faciendi cupido, etiam si nequirit id quod uelit perficere. Ex libello Plutarchi de discernendo amico & adulate.

Cicero in quadam philippica: Cuius singularem prudentiam admiramur, eius stultitiam timeamus. Quāquā hic magis simplex illud argumentandi genus subesse apparet, ac si dicat hoc modo: In Cesare Octauio singularis inest prudentia, ergo stultitia in eo non est. Cui non dissimile est illud Fabij Quintiliani: Qui sapiēs est, stultus non est.

(Illud uero argumentandi genus, An perdere possum queris? seruire potui.) Verba sunt Medæ apud Ouidium, quæ de re ita Quintilianus libro octauo: Nā cum sit rectum: nocere facile est, prodesse difficile: uehementius apud Ouidiū Medæa dicit, Seruire potui, perdere an possim rogas?

(Quid discriminis sit inter locos suos & aliorum Caput XXVIII

**P**raeter hos autem quos hactenus executi sumus locos, alij quidem alios quā nos quosdam fecerunt, & quosdam tradidit a nobis præterierunt: neque uel eisdem nominibus oēs, uel eodem disposuerunt ordine. Cicero quidem antecedentia, cō-

Quid intersit  
iter locos Ro-  
dolphi et alio-  
rum.

sequentia, repugnantia posuit: quæ si ita capiant, quemadmodū ille uoluit ea accipi, ostendimus inter locos nequaquam posse poni.

At ea quæ nos propria, quæ finem, quæ destinata, quæque etiam in tres diuisa locos applicata diximus, in nullū Ciceronis locum poterūt includi. Quod quidē de fine & destinatis per omnes eunti locos facile est uidere, sed proprii locus inter antecedentia ponetur fortasse: sed eo pacto, quo contendimus omnes fere locos inter antecedentia posse numerari, & quo antecedentia non esse locū docuimus. Applicata autem, ut locum & tempus, uoluit Cicero ut inter adiuncta poneretur. Sed Boetius ex ijs credidit probabile solū duci argumentū, at ex loco & tempore saepe necessariū ducit. Ut, quod non uiolauerit Clodius sacra Bonæ deæ Romæ, cū sacrorū tēpore, non Romæ fuerit, sed Interamna. Simul hic ex loco & tempore ductū est, & quidē necessariū

t iij cessariū



134 RODOLPHI AGRICOLAE DE INVENTIONE  
cessarium argumentum. Non potest culpa male consultorum ante  
Phocense bellum in Demosthenem conferri, nondum enim rempubli-  
ca attigerat, ex tempore est. Non possunt sidera ali humore, nullus enim  
humor eo puenire potest, ex loco sumitur. Ita ex connexis, non es  
imperator meus, quoniam non sum miles tuus. Quae omnia argu-  
menta coherent recte, & necessario conficiunt. Ergo fortasse iam di-  
cemus ea ex antecedentibus esse ducta: quodque ineptissimum est, cum locum  
ex quo inuenire debeas cognitum ante esse oporteat, quam inuenire ex  
iplo queas, nos contra, cum inuenerimus constituerimusque, necessa-  
rium sit an probabile argumentum, tum demum ex quo ductum sit  
loco cognoscemus. Adiacentia etiam, actus, & subiecta, itidem in adiu-  
ctis esse censentur: similiter & contingentia, sex loci in unum, hoc est,  
quam ampla facultas in quantas coacta angustias? Themistius forte hos  
inter communiter accedentia posuerit: nisi tamen subiecta ad mate-  
riam maluerit referre. Ego istos locos exactissime distinguendos  
arbitror, aut simul constanter affirmare, nullos omnium crebrius aut  
expeditius usu uenire. Quod non solum qui poetas oratoresque reuol-  
uet, uerum esse sciet: sed & qui philosophos eos excutiet, qui intimam &  
in abdito positam scrutantur rerum naturam, nedum qui mores homi-  
num tractant, quorum omnis ex professo circa ista uersat labor. Namque  
ex eis qui in substantia sunt, atque ex causis, ut certissima & indubitata  
erunt argumenta, ita rarae felicitatis est, ut sit eorum nobis copia pa-  
rata. Cum sint enim arctissime coniuncta rebus, plerumque perinde  
sunt ac res ipsae, aut cognita nobis, aut ignorata. Locum quem ex  
partium enumeratione Cicero, et Themistius ex diuisione uocauit,  
non putauit ponendum. Nam si partes omnes cum collegero, ad  
totum deinde progrediar: paries, tectum, fundamenta, quaque re-  
liqua

LIBER PRIMVS. 135  
liqua sunt mea sunt, tota ergo domus mea est: apertum est id argumen-  
tum e loco qui a partibus dicitur duci. Si sic dicam, habet iustitiam, for-  
titudinem, modestiam, prudentiam, ergo omnes uirtutes habet: a specie est.  
Sin dixerō, est uirtus, & non prudentia, iustitia, temperantia, ergo forti-  
tudo: sic etiam, est pars domus, & non tectum, paries, tabulatū, ergo funda-  
mentum: a differentibus ducta erunt haec argumenta. Cumque non sit aliud  
diuisionis & partium enumerationis apud autores ullos usus, mihi  
haudquaquam necessarius uidetur locus, qui ex istis descriptus est:  
cum proprie & aptissime ad illorum quos dixi locorum naturam  
accommodentur. Tum locus qui Themistij est de generantibus, ab  
efficientibus nobis erit, non est enim aliud generare rem, quam efficere.  
Corruptentia uero priuatiua sunt, corrumpere namque nihil est effi-  
cere, sed solum id quod est ut non sit eniti. Usus etiam inter locos po-  
suit, eum recte dicemus a fine, quantum enim ad utentem pertinet, idem  
est finis rei qui usus. Descriptionem quam inter locos qui in sub-  
stantia sunt ille numerauit, ego, quia hoc solum definiendi genus relic-  
tum nobis puto, a definitione non discreui, quod cum definitione dice-  
rem, plenius sum profectus. Præterea quem locum Cicero a no-  
tatione, Themistius ab interpretatione, ego a nomine rei malui di-  
cere. Quoniam (ut docuimus) non solum ex interpretatione argu-  
mentum nobis præbet nomen, sed in plures patet usus. Quae uero simi-  
lia Cicero, quaque Themistius similia itidem dixit, & esse in qualitate  
& quantitate, & maiora etiam esse & minora, ea comparata dixi,  
quemadmodum Cicero. Namque quem locum Cicero similitum fe-  
cit, is in eum qui est inter comparata a paribus recidit. At quae  
nos similia dicimus, Cicero ea non habet, Themistius uocauit a  
proportione. Quam formam autem dixit Cicero, cum speciem  
maluisset,



136 RODOLPHI AGRICOLAE DE INVENTIONE  
maluisset, nisi quia specierum & speciebus credidit latine non posse dici, eum nunc locum omnes recte an secus speciem appellant. Iam contraria maluissent dicere (ut Cicero) ea quae opposita uocant omnes, nisi omnes ita uocarent. Casus autem quoniam tenuissimo a coniugatis discrimine secernunt, estque similis & rarus proinde usus ipsorum, quoniam Cicero in coniugatis inclusit, ego secludenda non putauit. Transumptionem, uel (ut nos) translationem, in rei nomine ad quod pertinet, rectius posuisse uidemur, quam ut proprium illi daremus locum. ¶ Ordo quoque non idem est apud Ciceronem locorum, qui apud Themistium, ne ego quidem sum utrumuis horum secutus. Vtque paucis rationem ordinis mei reddam, ita iudicauit primum quoniam locorum ponendum, ut esset arcuissime quisque cum re coniunctus. & proinde ut longius defluxit a substantia rei, posteriorem posui. Quod factum est, ut repugnantia ultima fierent, quoniam non modo non arte cum re cohaereant, sed dissidentia etiam infestaque tollant ipsam atque subuertant. Quo facilius autem sit omnia uidere, disponam ordine uelut in tabula, Ciceronis, Themistii, nostrisque locos, eritque praescriptus omnibus numerus, quem in suo ordine habent, deinde subiicientur alij numeri qui indicent, ad quem cuiusque locum aliorum conferri unum quoniam oportebit. At si quis apud quempiam sit locus qui non sit apud alios, numerus proinde in aliorum ordine apud quos non est, non sit ascriptus. si qui loci etiam in plures aliorum conueniant locos, plures numeros subscriptos habebunt.

SEQUITUR TABULA, QVA LOCOS  
CICERONIS ET THEMISTII CVM  
SVIS, ET SVOS RVRSVM CVM IL-  
LORVM LOCIS CONFERT.

LOC I

RODOL. CICERO. THEMIS.			CICERONIS THEMISTII			
1	Definitio	1	2	Genus	5	4
3	Species	6	4	Proprium		
5	Totum	1	6	Partes	2	7.9.11
7	Coniugata	4	8	Adiacentia	10	
9	Actus		10	Subiecta		
11	Efficiens	14	12	Finis		10.13
13	Effecta	15	14	Destinata		
15	Locus	10	15	Tempus	10	
17	Connexa		18	Cotingentia	10	15
19	Nomen	3	20	Pronunciata	27	16
21	Comparata	7.16	22	Similia		18
23	Opposita	9	24	Differentia	8	
CICERO. THEMIS RODOL.			THEMISTII RODOLPHI			
1	Totum	1. 5.	2	Partes	7	6
3	Notatio	3	4	Coniugata	20.21	7
5	Genus	4	6	Forma	6	3
7	Simile		8	Differentia		24
9	Contraria	19	10	Adiuncta	15	8.10.16.18
11	Antecedentia		12	Consequentia		
13	Repugnantia		14	Efficiens	8	11
15	Effectum		16	Comparatio	17.18	21
17	Iudicium	15				
THEMIS. CICERO. RODOL.			CICERONIS RODOLPHI			
1	Definitio	1	2	Descriptio		
3	Interpretatio	3	4	Genus	5	2
5	Integrum	1	6	Species	6	3
7	Pars	2	8	Efficiens	14	11
9	Materia	2	10	Finis		12
11	Forma	2	12	Generatio		9
13	Corruptio	9	14	Vsus		12
15	Comuniter accides	10	16	Iudicium	17	20
17	Simile	16	18	Proportio	16	21
19	Opposita	9	20	Casus	4	7
21	Coniugata	4	22	Diuisio		



## SCHOLIA IN CAPVT XXVIII

**O**stendimus inter locos nequaquam posse poni. Id diffusum est supra, capite uigesimo primo. (Sed eo pacto, quo contendimus omnes ferè locos inter antecedentia posse numerari.) Eo ipso capite, quod iam nunc indicauimus. (Ut quod non uiolauerit Clodius sacra Bonæ de Romæ.) Huius rei mentionem fecimus superius capite deamooctauo. (Non potest culpa male consultorum ante phœnse bellum.) Hoc argumento utitur Demosthenes ipse in oratione ea que περι τῶν σεφάνων siue pro Ctesiphonte inscribitur. Verba eius si quis requirat, sic habent: τὸ γὰρ φακίχθ σὺς ἀντὶ πολλέμῳ, οὐ δὲ ἐμῆ, οὐ γὰρ δὴ ἐγγὺς ἐπολιτευσόμεν πῶ τότε: πρώτων μὲν ἡμεῖς δὴ τῶ δίκαιῳ, ὡς φακίχθ μὲν βέλτερος σωθῆναι, καί περ οὐ δίκαια ποιεῖντας, ὀργῶντες, θεβαίοις δὲ ὀτίσιν ἂν ἐφροδῆναι παθῶσιν, οὐκ ἀλόγως οὐδ' ἀδίκως ἀντοῖς ὀργιζόμενοι. Ea uerba hunc in modum latina fecit Leonardus Aretinus: Phœnsibus aduersus Thebanos bellū gerentibus, nō me quidem autore, nondum enim tunc in republica uersabar, uos Athenienses sic eratis armati, ut phœnsium quidem rebus quanquā iniuste pugnantium, studeretis: Thebanorum autem quibuscunq; aduersis letaremini. Nec uos immerito id facere uidebamini. Et que sequuntur. (Non possunt sidera ali humore.) Euerē, haud scio an Pythagorā, quibus uisum fuit, stellas humore ali. Quorum sententiā hoc argumento refellit Aristoteles, ut dicat humorē eum planē consumptum iri, priusquam ad astra possit pertingere. Meminit rei eiusdem (nisi tamen memoria me fallit) Macrobius.

Quoniam ut docuimus, non solum ex interpretatione argumentum nobis prebet nomen.) Lege caput huius libri uigesimum tertium. (Quam formam autem dixit Ciaro, cum speciem malisset.) Verba Ciaronis de re ista reuoluimus capite nono. (Iam contraria maluissem dicere, ut Ciaro.) De his capite proximo, hoc est uigesimo septimo.

## Epilogus dictorum.

Epilogus libri primi

**H**oc pacto sint loci nobis descripti, & proprietas cuiusque naturæ explicata; intra quorum complexū quicquid ulla de re dici cogitariue potest, uenire mihi uidetur: siue argumentemur, & aperta directæque fronte certemus; siue turbemus affectibus audientem, & medium inter argumentationē expositionēque cursum quandam sequamur orationis. Quin etiam suos habebit expositio locos, quando probabilius aliud alio atque uerisimilius exponi

poni certū est, quod nisi locis non fieri, quando ex ipsis omnis dicitur fides, nemo (quod arbitrator equidem) negabit. Est autem (ut initio diximus) necesse, quicquid ad faciendam ulla de re fidem assumitur, aliqua parte ad ipsam pertinere, nec enī ex eo quod nihil attinet, doceri quicquam potest. Quæ attinet autem, aut intra res sunt omnia, aut extra: unde primam locorum duximus differentiam, ut alios internos, externos alios uocaremus. Et generalia locorum uelut capita sex fecimus, Duo interiorum, ea quæ in substantia sunt, & ea quæ circa substantiam. Exteriorum quatuor, cognata, applicita, accidentia, repugnantia. In substantia septem fecimus, definitionem, genus, speciem, proprium, totum, partes, coniugata. Tres circa substantiam, adiacentia, actus, subiecta. Externos cognatorum quatuor, efficiens, finem, effecta, destinata. Applicitorum tres, locum, tempus, connexa. Quinque accidentium, contingentia, nomen rei, pronuntiata, comparata, similia. Repugnantium duos; opposita, & differentia. Fiuntque isti in summa loci uiginti quatuor, quibus in omnem rem quacunque erutum inuentumque ratione ducitur argumentum. Idque qua uia quocumque modo faciendum, proximo dicitur libro: quoniam iusto maior huius uoluminis modus excreuit, finisque fit, si illud addiderimus: Boetium, quicque post eum scripserunt de locis, singulis locis addidisse quædam (ut uulgo loquimur) maximam, id est pronuntiatum quoddam, una sententia multa complexum, cui indubitata sit fides, Ut, de quocumque definitio dicitur, de eo definitum, De quocumque species, de eo genus. Quod non faciendum mihi, non ideo, quia id Aristoteles & Cicero non fecissent, putauit; sed quia in nullum id usum fieri arbitrabar. Primum, quod ut possint istæ maximæ fingi illis in locis, qui necessariū prebent argumentum; tamen in eis qui probabile faciunt, parū cōueniet, quorum maior

Repetitur superius facta locorum diuisio.

Maxime an locis addenda.

Prima causa aut non sine locis addenda maxima.

u ij sane



*Secunda.* sane pars est. Deinde, quod multi sunt loci, in quibus in nullam certam & satis convenientem formam concludi hae maximae possint. Itaque uideas Boetium, dum cuilibet loco maximam suam reddere cupit, in angustias quaedam detrudit: ut cum locus latissime sit fusus, maxima in arcum prorsus agatur. Et ne per omnes locos sequamur, cum de efficientibus dixisset, subiecit maximam: quorum efficientia naturalia sunt, eorum effecta sunt naturalia. Sic de materia, cuius materia deest, & id quod ex ea efficii deest. Et sic de fine, cuius finis bonus est, ipsum est bonum. Et de forma, tamen quaeque agere posse, quantum naturalis forma permiserit. Quasi uero hi loci, quorum amplissimus est ambitus, intra hos conclusi sunt terminos, ut pertineant omnia argumenta ex efficientibus ad esse naturale uel non naturale: & ex materia, ad deesse uel suppetere: & ex fine, ad bonum uel malum: & ex forma, ad agere uel non agere. Adde, quod si quis exacte & penitus cognitam habuerit locorum naturam, nihil erunt ei opus hae maximae, quoniam ultro fere in animum incurrunt, & apertiores sunt quam ut sint discendae. Aut si quis tam prorsus expertus ingenij sit, tamquam a communi sensu rerum abhorrens, ut apertissima illa et propemodum per se nota docendus sit, illi ego nihilo magis quam de locis praecipuntur profutura crediderim, quam Cimmerijs (quos perpetua nebularum caligine opertos tradunt poetae) ea quae de positione fideri de quibus ipsorum figuris motuque traduntur.

## SCHOLIA IN EPILOGVM

**S**ive argumentemur. Quid intersit inter argumentationem & expositionem, de ea re dictum est nonnihil primo capite libri huius, & plenissime explicabitur libri sequentis capite duodecimo, ac deinceps per complurima capita. Sive turbemus affectibus audientem, & medium inter argumentationem expositionemque, aut sum quemdam sequamur. An in mouendis affectibus etiam sit argumentandum, de eo disseretur libri secundi capite quarto. (Est autem ut initio diximus.) Lege huius libri caput secundum. (Quae attinet autem.) Repetit pauca enumerationem locorum,

locorum, quam fecit libri huius capite quarto. (Idque quae uia quoque modo faciendum proximo dicitur libro.) Faciant ergo, qui totum hunc locum in tertium reuertantur librum. quae de re post quoque, semel iterumque dicimus. (Quia id Aristoteles & Cicero non fecerunt.) Cicronem non addidisse istas (ut uocant) maximas certum est. Quod autem eas ne ab Aristotele quidem additas ait, id quam sit uerum sciam experientia diligens lector. Ego hoc scio, si non omnibus, at quibusdam certe locis ab Aristotele eas adiectas esse, licet nunquam maxima sit usus uocabulo. (Sed quia in nullum id usum fieri arbitrabor.) Quod si quis locis singulis suas quasdam maximas uelit adijcere, atque his ita astringere locos, quasi aliter tractari non possint, stultum sane id foret, & periculosum magis quam utile. quando inartae interim maxime illae sunt, atque loca fere multo latius patent, quam quae subiectae eis sunt maxime. Non uideo tamen, cur sit improbandum, si in hunc usum addatur pronuntiatum seu axioma unum aut alterum, uti ijs, qui harum rerum adhuc rudes imperitiique sunt, uia qualiscumque tractandi loca cuiusque aperiantur: quam initio ingressi, plures deinde uias rationesque tractandorum locorum, suo ipsi Marte inueniant. Caterum hodie in gymnasijs ita instituitur iuuentus, ut nihil praeter maximas eas, quas in suo Petro Hispano scriptas inuenit, putet querendum: credatque nullum alium esse locorum usum, quam qui ijs maximis exprimitur. quae docendi ratione equidem haud scio an quid possit esse in studijs pestilentius. Atque hoc nimirum illud est, cur in nullum usum maximas istas Hispanienses adijta loca, ait Rodolphus. (Aut si quis tam prorsus expertus ingenij sit.) Hoc ipsum primo institutionum his uerbis docet Quintilianus: Illud tamen in primis testandum est, nihil praeter accepta atque artes ualere, nisi adiuuante natura. quae propter ei cui deest ingenium, non magis haec scripta sunt, quam de agrorum cultu sterilibus terris. (Quam Cimmerijs.) Horum mentionem facit Homerus Odysseae libro undecimo. cuius uerba hunc in modum latinitate donauit Erasmus:

Ast ille oceanum peruenit summa profundi,  
Illic sunt populi, & moenia Cimmeriorum  
Nubibus & caecae assidue caligine tecta.  
Illos haud unquam radijs sol aspiat ardens,  
Nec quando astriferum curru petit arduus axem,  
Nec rursus ad terras magno deuectus Olympo.  
Sed nox inambit miseris mortaliibus atra.

Meminit de iisdem Herodotus, Cicero, Lactantius, Hieronymus, Strabo. Vide Erasmi Chilliadas.

## FINIS LIBRI PRIMII.



# RODOLPHI

AGRICOLAE PHRISII DE

inventione dialectica liber secundus, de locorum usu.

## ARGUMENTVM LIBRI TOTIVS.

Summa eorū  
quae hoc libro  
explicantur.



Quatuor sunt in summa, quae toto hoc libro docet Rodolphus, Primum, quid dialectice & qui ipsius sit finis. Deinde, materiam eius esse questionem, quidque ea & quam multiplex sit, quomodo in materia quavis possit inueniri, & in plures quaestiones diduci. Tertio, instrumentum dialecticam esse orationem: cui subijciuntur omnia ea, quae de expositione argumentationeque & partibus orationis dicuntur. Postremo, quo modo ex locis superiori libro descriptis, parari possit facultas ac copia disserendi.

Quam praeposteri dialecticam aetatis nostrae. Ac iam deinceps de locorum usu, deque paranda ex eis copia, esse agendum. Caput primum.



**P**RINCEPS GRAECAE FACUNDIAE uir Demosthenes, cum ad bellum contra Philippum, Macedonum regem, maiori apparatu atque cura gerendum, populum hortaretur Atheniensem: doceretque, quicquid incrementi magnitudinisque Philippi rebus accessisset, non tam illius esse

uiribus, quam desidia & inanibus Atheniensium concionibus effectum: in hanc inter caetera sententiam locutus est. Solere reliquos homines, cum consuluissent, agere: contra uero Athenienses, ubi res actas acciperent, tum demum consulere. Quorsum haec, inquit, Non uideor equidem mihi magis apta propinquaque imagine, quam ista ipsa, posse nostrorum temporum dialecticos figurare. Cum sit enim solum istud propriumque dialectices munus, posse de qualibet re probabiliter, quantum ipsius natu

Quam praepo-  
steri dialecticam  
aetatis nostrae

ra

ra patitur argumentari: quod totum (ut praedixi) duabus comprehensum est partibus: quarum una excogitandi argumenti uiam docet, quam inueniendi uocant, cui parti omnis de locis destinatur disputatio: altera, cum inuentum est argumentum, formam quandam argumentandi, hoc est, certam explorandi argumenti tradit regulam, qua ueluti nummi moneta solent, probum ne sit an nequaquam, fallaxque, dignoscatur: ea dicitur iudicandi pars. cumque prior illa consilij teneat uicem, & deliberet quid sit de re quaque dicendum: altera quod assumere ad probandam rem placuit, in argumentationem tanquam in expeditionem & ad conficiendam fidem audienti deducat: nos ter dialecticus contra, cum oblatam temere & undecumque dederit casus, effectam iam et formatam habuerit argumentationem, tum si forte addubitet aduersarius, dicatque uel non cohaerere eam, uel res sese non consequi, tum ad id quod consilij erat, post rem factam reuertitur, & inueniendi partem transfert ad iudicandum, conaturque ostendere, bene se argumentatum esse, quoniam sit argumentum uel a maiori, uel simili, genere specieue deductum. Nec intelligunt doctissimi uiri (sic enim modestissimum mihi est ipsos uocare) nullam argumentationem, quia a specie, uel genere, uel quouis aliorum locorum ducatur, necessario cohaerere: quoniam ex omnibus istis ineptae & minime cohaerentes duci queant. sed tum demum cohaerere argumentationem, cum est ea rerum inter se conditio, ut possint conijci in syllogismi uel aliam quampiam formam argumentandi probatam, per quam cohaerentes inter se res, & necessario connexas esse colligatur. Scio uero quid a nonnullis mihi posset responderi. Minus hanc dialectices iacturam indigne ferendam, in tanta omnium studiorum colluue: cum cuncta, uelut ferae caueis effractis, in proximorum ius & lites irruerint, nec quicquam ferme discatur hoc

Duae dialectice partes.

Omnium studiorum  
contaminatio  
atque colluue

re



tempore suo loco. Sic iuris consulti, perplexa & inuoluta disputandi  
 praecepta balbutiunt. Sic medicinae studia magna ex parte redacta  
 sunt ad superuacuas instituto suo physices quaestiones. Sic physice ma-  
 thematicas arripuit. Inde uerbosa illa est de maximo & minimo, &  
 de calculandi (ut aiunt) ratione iactatio. Nam mathematice ipsa, ueluti  
 quae minime ad inanes faciat contentiones circularum, neque clamorum  
 sit capax, sed puluere & radio contenta, mutam potius oculorum, quam loqua-  
 cem aurium sequatur fidem, deserta est; & idcirco etiam tanquam non accessa  
 prophanis mysteria, minime contaminata. De theologia uero quid  
 dicere oportet; cui si methaphysicen, si physicen, si dialecticen hodie  
 demas: nudam porro & destitutam, & quae nomen suum tueri nequeat,  
 reddas. Ergo cum docendus erit populus, & ad religionem, iusticiam, continen-  
 tiam adhortandus, ex illis artibus inextricabilis aliqua eruitur disputa-  
 tio, quae tempus extrahat, & inani strepitu audientium feriat aures. Do-  
 cent itaque, quemadmodum pueri solent in aenigmate proponere, quam  
 ne tamen quidem quam docuerint, uel ipsimet qui docent uel illi qui didice-  
 rint, sciant. Has ego per saepe quarelas audiui grauisimorum doctis-  
 simorumque hominum, quos uel grandior aetas, uel acrior ingenij uis, me-  
 liorum admonerat: qui ferebant grauius pulcherrimarum artium ordinem  
 turbari, membra confundi. quae uera esse quemadmodum affirmare  
 non audeam, sic esse falsa uel maxime optauerim. Mihi utique com-  
 mittendum non est, ut cum uidear uelle aliorum studiorum crimini culpam dia-  
 lecticorum condonare, prouocem grauiorem uiribus meis aduersarium.  
 Quin agi per pulchre mecum putabo, si cum quo contuli pedem, contin-  
 gat sine periculo mihi luctari. Si quem ergo eorum quos doctores  
 artium uocant, arripias, rogesque, dic quae uis uir doctissime de dialecti-  
 ce (quando illam uel solam uel maxime omnium artium, quas uos nume-

Doctores arti-  
um.

Verissime  
omnia  
ista prae-  
cipiuntur &  
prudenter  
sunt a  
Rodolpho

numeratis liberales, uideris praeter te ferre) cui usui discendam putas?  
 Cum enim de genere non sit principum artium, & quae idcirco tan-  
 tum sunt discendae ut sciantur, necesse est ut ministerio & uisibus alia-  
 rum sit addicta. Istam uero miseram & cauillosam loquendi sollicitudinem,  
 quam tu doces, certum est, non modo reliquis artibus discendis non  
 prodesse, sed etiam obesse plurimum. Primum, quod disputandi morem  
 ad illas tuas leges exigenti, non loquendum modo sollicitate, sed plane est  
 obmutescendum. Deinde, quod omnis artium usus, omnis loquendi ratio,  
 praeterquam illorum quae doces repugnat. Postremo, quod cum semel fuerit  
 extenuatus ad ista, & contractus auditoris animus, nunquam deinde  
 tollere se, & sicut pes spinis confixus, nullum libere uestigium pone-  
 re audebit. Hoc ergo pacto si quem interrogas, dicat fortasse, ut  
 praeterquam quae in ipsa dialectice praecipuntur, uel non profint ad praeci-  
 piendas reliquas artes, uel ita praecipiantur ut non profint: hoc tamen iu-  
 uant, quod agitatione quadam & uersatione mentem exacuunt, & flexibi-  
 lem praebent, quam facilius reliquis se possit accommodare. Alius qui liberius  
 uolet uerum fateri, dicet, praeterquam quae de syllogismis praecipuntur, caetera  
 non magni sane momenti esse: sed ideo docere illa quaeque, quia quisque  
 didicerit, & quia doceant omnes. Sic fit, ut dux illa directrixque omnium  
 artium dialectice, uelut latissima possessioe exclusa, soli sibi discat:  
 & ne sibi quidem (si uerum dicere libeat), quandoquidem si modo di-  
 sceretur, non sibi, sed omnibus ipsam studijs prodesse oportebat.

¶ Sed de illa parte quae ad iudicandum pertinet, post Aristotelem  
 plena sunt omnia, quae longe minus negotij habet, cum certis qui-  
 busdam neque illis ita difficultibus numerosisque legibus constet. Inue-  
 niendi rationem, post Boetium, qui legi sit dignus, nemo (quod egredere  
 sciam) tradidit literis. Priores illo (qui in manibus sunt) Quintilianus,

Quare usum  
etiam locorum  
tradere insti-  
tuerit.



& ante eum Cicero, princepsq; omnium Aristoteles, hanc rem complexi sunt. Sed illi omnes locorū explicuere naturam uarie, & suo quisq; modo. Quod autem maximum in re quaq; est, rationem tractandi ipsos, unus Quintilianus conatus est explicare; & ostendere, quomodo inueniendum sit ex ipsis. Et quemadmodum in re militari solet, non satis putauit arma dare, sed docendum q; credidit, quomodo ipsis esset utendum, & militē in procinctū acieq; ducendum. Nunc autē q̄tus quisq; Quintilianū attingit eorū, qui philosophiē sibi nomen asserunt: Deinde, quae tradita sunt ab illo, quoniā ad ciuiles quaestiones astricta sunt, non facile potest ea quisquā inde sibi diuellere, rebusq; suis in diuerso quaestionū genere aptare. Iam si quis ē altius ista scrutatus, quicq; omnes iuste eruditionis numeros impleuerit, (ut sunt pleriq; hodie docti disertiq; uiri) ille sibi fere ista musiq; (ut dicitur) discit. prophanū certe uulgus quamlongissime sacrario suo putat arcendum. Fuit patrum nostrorum memoria Raimundus quidam, cognomento Lullus, Hispanus, uel (uel quod propriū est) Balearis: qui artem quandam, quam ex nomine illius Lullī uocant, extulit: acuti quod equidem nō negauerim & non segnis ingenij indicium, sed quoniam, quod ultro q; studiosi ipsius solēt eius nomine gloriari, non literas sciebat, nō ullam aliam dignam docti uiri nomine p̄ceperat doctrinam: hoc & ipsum quod inuenerat, quale esset perspicere: & si forte perspexit, eloquendo aperire, & ut perspexisse uideretur, consequi nequibat. Obscuritas ergo ingens est in differendo & horror incultus, qui etiam eos qui didicerint ubiq; sequit̄, nisi alioqui eruditione ipsum ingenijq; bonitate uincant. Copiā sane, cuius sola est ipsis cura, suppeditat, sed talem, qualis in omnibus rebus esse solet, eorum, qui numerant, non iudicant. Quod autem nō est diffi-

Ars Lullī

cile

cile uidere, loci sunt nonnulli ex his, quos tradidimus, uerum non satis diligenter expliciti, quibus omnis artis eius materia continetur. Usus deinde illorū tam perplexe obscureq; traditus, ut haec ars, quae reliquis aperiendis parata debebat esse, maioribus q̄ ulla circumfusa tenebris sit, penitioribusq; latebris eruenda, ut animum cōtendere, nisi quis maiori mentis ui superet difficultates, non modo non iuuari ab ipsa, sed etiam ingenij aciem nisi sit acerrima retundi. Donandus tñ sic q; uir ille ingenij praestantis testimonio, nec merita honestissimi propositi laude fraudandus: qui cum plurimum studijs conferre cuperet, contulit certe quod potuit, quodq; recte factis satis est, Si quid animo suo parum responderit, uoluntate quidē laudes, ignoscas ingenio. Nobis uero statutū est, qñ superiore libro locorū proprietatem & differētiā enarrauimus p̄ uiribus, nunc quis sit usus ipsorū, & quomodo differendi paranda facultas ex ipsis, quam maxime possimus sub oculos ponere: & protrahere in medium, quaecunq; utilia instituto nostro arbitramur: quae uel legēdo uel obseruando, uel uidecūq; eruendo potuimus afferre. cōtingetq; mihi, si minus iuuare studia, at certe (qd magis cupio) doctiorū ingenia curāq; ad tradēda rectius ista pmouere. securusq; huius operae meae, aequo ipsam animo p̄dā: dūmodo prodesse, qd mea conor, uberius aliena cōsequar industria. Optanda em̄ est iactura, quaecunq; lucro maior e pensat̄.

Cōnexio libri huius cum superiore.

## SCHOLIA IN CAPVT I



RINCEPS GRAECAE FACVNDIAE VIR Demosthenes. ) Monui libro superiori, me coniectura quada adduā, ut credā exēplar illud quo sunt usi chalcographi Louanienses, scriptum quidē aut dictatū arte fuisse ab Rodolpho ipso, at nō i hoc scriptū dictatū me, ut sic ederetur: quī potius, ut premeretur adhuc, et post menses aliquot exactiori cura recognoscetur. cui rei etiā hic

x ij locus



locus esse argumento potest. Habebat Louanienſe illud, quo nos ſolo hæcenus uſi ſumus, exemplar: Primæpem Græcæ ſacundie uirum Demoſthenem &c. Quod ut ab Rodolpho ipſo ita ſcriptum fuiſſe credam, primæpio illud mihi in cauſa eſt, & nullam hic uideo de prauandi ocaſionem fuiſſe librarijs. Deinde, quod numeroſus quoq; ac ſonantius neſcio quo pacto eſſe mihi uidetur, ſi locum hunc ac ſandi, q̄ ſi nominãdã caſu legamus. Sed quid facias, cum huic lectioni planè repugnet pau-  
lò poſt additum uerbũ? Quis ita loquitur, primæpem græcæ ſacundie uirũ in hæc inter cætera ſententiã locutus eſt? Imò uero quis manifeſtum ſubefſe ſolæſmum non uidet? Atq; ſolet quidem hoc interim contingere uiris etiam multo eruditifſimis, ut cum longius exaurrit orationis periodus, tum nonnunquam uelut priorũ oblitũ, uerbum aliquod parum conſentaneum ijs quæ præcũt, apponant. id quod Rodolpho etiam hoc loco, ſiue lapſus ille memoriæ, ſiue præceptis quedã feſtinatio fuit, accidiffe, res ipſa clamat. Ita q; aut ſic legas oportet: Primæpem græcæ ſacundie uirum Demoſthenem &c. in hanc inter cætera ſententiã locutũ ferunt, aiũt, ſcribunt, aut ſimile aliquid. Aut certe ac ſandi caſus, ita uti nos ſcãmus, commu-  
tandus in caſum rectum. quod ut mallem, hanc ſum rationem ſcatus. Video hunc morè eſſe ſcriptoribus, ut quoties quid de homine quopiã, aliorũ monumentis fu-  
iſſe memoriæ proditum ſignificare uolunt: aut ſe utiq; non apud illos ipſos, à qui-  
bus dicta factũ eſſe dicuntur, ſed in aliorum libris legiſſe: tum ſerè ita loquũtur, Hoc dixiſſe aiunt Periclem, Id Socratem perhibent crebro in ore habuiſſe, Cato-  
nè dicere ſolitũ aiũt, Ferunt Ciceronẽ interrogatũ ſic reſpondiſſe, Quemadmodũ Cræſſus apud Ciceronẽ doct, Quemadmodũ apud Ouidium ait Pythagoras. Con-  
trã, cum quid apud eos ipſos quorum id factum dictũ eſt, legere: tum mutato  
genere orationis, hunc in modum loqui conſueuerunt. ita inter cætera locutus eſt,  
ita ſcripſit, ita dixit, ita ſcriptũ reliquit. Quanquã ſolet etiam nõ infrequens eſſe  
illud, ut poſteriore hac forma loquendi, in priorem etiã ſenſum illũ utãtur: at ubi  
contra priore illa dicendi ratione uſi fuerint ad intellectum hunc poſteriore, id  
ego nondũ uſquam legiſſe memini. Iã ea quæ hic ex Demoſthene citat Rodolphus,  
leguntur apud Demoſthenem ipſum, in prima oratione, quam is dixit aduerſus  
Philippũ regem Mædonũ: neq; uideo, unde Rodolphus ea niſi ex illa ipſa Demo-  
ſthenis oratione ſare potuerit. Quoãrã tolerabilius fore exiſtĩmaui, cum omni-  
no aliquid mutari oporteret, ſi mutiſſem ac ſatiuum caſum in rectum, quam ſi il-  
lud locutus eſt, in locutũ ferunt. ¶ Doctũtq; qui e quid incrementi magnitudinisq;  
Philippi rebus acceſſiſſet. ) Loas eſt, quemadmodum dixi, apud Demoſthenem  
prima oratione contra Philippum. Quo in loco præter alia multa & hæc diat:  
τὸν κενὸν φίλιππον ὁ δὲ μάδ' ἔστιν ἄλλ' ἄδενεῖς ἢ τί δ' ὑμῖν διαφέρει καὶ  
γὰρ ὅτι οὗτος ἂν πάθῃ, ταχέως ὑμεῖς ἔτερον φίλιππον ποιήσετε, ἄνπερ  
οὗτος προσέχητε τοῖς πράγμασι τῶν νῦν. οὐδὲ γὰρ οὗτος ἄν οὗτος  
φώμιλον

φώμιλον τὸ ὄντων ἐπιπέεται, ὅσον παρὰ τὸν ὑμεῖς ἀμέλειαν. Hoc eſt:  
Exaſit e uita Philippus? non per Iouem. At egrotat? quid hoc ad uos? Et enim ſi  
huic forte quid accidat, uos ato alterum uobis Philippũ ſecuritis, ſiquidem hoc mo-  
do curam geſſerit res rerum ueſtrarum: præſertim, cum ne hic quidem tantundẽ cre-  
uerit uiribus ſuis, quantum in uaria & indiligentia ueſtra. Rurſus in eadem ora-  
tione: ἂν μὲν ἡμεῖς ὅτι ἀδενεῖς ἀβλωδιοὶ δεδωκήμεθα ἔνθερον, ταῦτά ὅστις ἐπε-  
δῶν δ' ἐπιχρηστονίτε τὰς γνώμας, ἂν ὑμῖν ἀρέσκη, χρεστονίσσατε, ἵνα μὴ  
μόνον τοῖς ἡφίσμασι καὶ ταῖς ἐπιβολαῖς πολεμήτε φιλίππῳ, ἀλλὰ καὶ  
τοῖς ἔργοις. Id eſt: Quæ quidẽ nos ò uiri Athenienſes inuenire potuimus, ea hæc  
ſunt, uos autem cum per ſuffragia ſtatuetis, quæ potiſſimum uobis ſit ſequẽda ſen-  
tentiã, tum quæ placẽbunt uobis, ea ſuffragijs ueſtris de armitate: ut ne ſemper de-  
cretis modo & epistolis, ſed & manu aliquando bellum aduerſus Philippum ge-  
ratis. Iterũ, cũ oſtendiſſet cæteras res quaſdam, quæ minoris eſſent momenti, ac-  
tate ac diligenter agi ſolere ab Athenienſibus, deinde hæc uerba ſubicat: Ἐν δὲ  
τοῖς περὶ τὸ πολέμου ἢ φθὶ τὸτα παρασκευῆς, ἀτακτα, ἀορις, ἀδ' ἰσθῶτα  
ἔπαντα. τοι γὰρ ἄμα ἀνοκὸς ἀμύλι, καὶ τριχρόχως καθίς αμύλι. Et rur-  
ſum interpoſitis uerbis pauas: τῶν γὰρ τὸ πρότερον χρόνον εἰς τὸ παρὰ  
σκευῆς ἀδ' ἀνοκὸς ἀμύλι. δι δὲ τῶν πραγμάτων καὶ οἱ οὐ μὲν οἱ τῶν ἡμε-  
τέρων βροδ ὑπὸ καὶ ἐρωείων. Ea uerba hunc (ni fallor) in modum reddi lati-  
ne poſſunt. At quæ ad bellũ eiusq; apparatus pertinent, ea omnia ſine ordine atq;  
indefinita ſunt, neq; ulla certa lege diriguntur. Proinde ſimul, et audimus aliquid,  
& præfectoſ triremium conſtituimus. Agendi tempus ad apparandum tradu-  
mus. uerum interim rerum gerendarum ocaſio, noſtras haudquaquam moras atq;  
diſimulationem expeçtat. Potuiſſent & alia in hanc ipſam ſententiã ex eadem  
oratione adduã, ſed uerebar, ne & hæc quoq; lectori delicato multa nimium uide-  
rentur. ¶ Non uideor equidem mihi magis apta &c.) Proxime, inquit, ad ſulti-  
tiam iſtam Athenienſium accedunt dialeçtã temporis noſtri. Nam ut illi tum de-  
ſultitia  
mum conſultabãt, cum iam eſſet agendum: ita iſti, eam dialeçtica partem quæ con-  
ſilij eſt, ad actionem traduunt: et unde erat petenda argumentorum inuentio, inde  
petunt rationem dijudicandi. ¶ Cum ſit enim ſolum iſtud propriũq; dialeçticis  
munus. ) De hoc locupletius libri huius capite ſecondo & tertio. ¶ Quod totum,  
ut prædixi, duabus cõprehenſum eſt partibus. ) Quæ ſunt hæc duæ partes, expli-  
catũ eſt libri ſuperioris capite ſecondo. ¶ Conaturq; oſtendere, bene ſe argumenta-  
tum eſſe, quoniã ſit argumentum uel à maiori, uel ſimili. ) Quis erim iſtorum ho-  
die in ore iſta non habet? Conſequentia tenet per locum à maiori, per locum à con-  
iugatis, à ſimili, à contrarijs, à diſparatis. quæq; cetera eius farina ſunt. ¶ Quo-  
niã ex omnibus iſtis ineptæ & minime coherentes duã queant. ) Dubitari non  
poſteſt, quin ſit id quod diat lōge uerifiſimum, nempe ex locis omnibus ineptas du-  
x iij a



à posse argumentationes, ac proinde nō esse dijudicandum inde, coherentne argumentationes an non coherent. Sanē quibusq; argumentis autores in re quavis confirmanda refellendae utuntur, eorum nullum est, quin ex aliquo de promptum sit loco. at non omnia apta esse, & ad rem qua de agitur probandam idonea, id constare uel hinc potest, q̄ iidem alij aliorum inuicem argumenta diluunt ac refellunt. Quo fit, ut iudicium argumentorum petendum sit, non ex loas, sed ex ea dialecticis parte, quae tradit formas syllogismorum. ¶ In tanta studiorum omnium colluue. Tale quiddam & Quintilianus queritur de grammatias, libro oratoriarum institutionū secundo. ¶ De maximo & minimo. Doant enim, res naturales determinatas esse ad maximum & minimum: Item, in sectione continui ad minimum deueniri non posse. ¶ Et de calculandi, ut aiunt, ratione. De arte ac ratione computandi, quandoquidem calculus & pro ratione computatione: accipitur. Quāquam, ut ingenue dicam, mihi haud dum satis liquet, ubi hac de re agant physici. ¶ (Circularorum.) Coronarum, hominum arcum quaq; astantium. ¶ Sed pulueris & radio contenta. Solebant enim mathematici in puluere lineas ducere, ac figuras illas suas describere. Quo autem instrumento id faēbant, radius dicebatur. Vnde illud Vergilianum: Descripsit radio totum qui gentibus orbem, Tempora quae messor, quae curuus arator haberet. ¶ Mutam potius oculorū, quam loquacē aurium sequatur fidem. Probant enim sua mathematica, non t̄a oratione & uerbis, quam ijs quas uocant γῶμα μινδῶς ἀποδείξεις, hoc est, lineares demonstrationes: lineis saliat ac formis descriptis in puluere, quibus planum faūt id, quod ostendere uolunt. Hinc est quod aiunt regiam Dionysij, cum is praesente Platone mathematica amplecti uideretur, areis ex puluere & arena factis plenā fuisse. Et Archimede illū Syracusanum, quo tempore Syracusas cepit Marcellus, adeo formis quas in puluere descripsit intētum fuisse, quidā (autore Liuiō) tradidere, ut nō prius patriam à Romanis aptā senserit, quam à militē ignaro quis esset, occisus est. ¶ Cum quo contuli pedē. Cum quo congressus sum, cum quo in certamen descēdi, cum quo manum conserui. ¶ Si quem ergo eorum quos doctores artium uocant. Vere doctores, siquidem doctor dicendus est, cuiusq; quouis modo doctoris contigere insignia, quem in modum & similia interim rex aut regina diā potest: & asinus ille apud Cumanos, cū leonis induisset exuiū, sibi etiā ipse aliquā diu uisus est leo. Equidem ita existimo, non esse aspernandas istas quas uocamus promotiones: modo is qualisq; honor solis contingat eis, qui studio ac industria sua eo dignos se reddidere: non etiam hominibus ignauissimis, quibus animos asperandi huc faāt, non eruditio, non ulla morum integritas, sed quae sola hodie omnibus in rebus dominatur pecunia. In confesso est apud omnes, eruditionis testimonium esse debere promotiones. At si uere dictum putamus illud, scientiam non loculorum, sed laboris & industriae comitem esse: hic autem doctoratus, quo

Mathematicorum  
cōsuetudo

usque adeo nobis placemus quidam, in plerisq; arte loculos magis quam laborem aut industriam sequitur: planum profecto est, eruditionis cum testimonium esse non posse. Desino plura, quod uerissime scio dictum esse à Comico: Obsequium amicos, ueritas odium parit. ¶ Dic que so uir doctissime de dialecticis: quando hanc uel solam uel maxime omnium artium, quas uos numeratis liberales, uideris praeferre: cui usui discedam putas? Audio ego hunc morem esse quibusdam ludimagistris, ut in suis illis phrontisterijs, ante oculos puerorum quos doant, haec uerba maiusculis litteris soleant depingere. DIC QVARE HIC. quibus admonitam uolunt, rudem adhuc etatem illam, ut subinde secum cogitent expendantq; car cotidie ludum adeant, cur illuc à parentibus misitentur. Vellem equidem hanc eandem consuetudinem hactenus esse & dialecticis nostris, ut non illi quidem eiusmodi nugamentis oblinerent parietes, sed ut ijs, quos instituendos sua disciplina susceperint, illud ante omnia explicarent, quoniam in finem discedam dialectica sint, & qui inde sperandus fructus. Nam ut ingenue id quod sentio dicam, quem admodum gallus ille apud Aesopum, repertam à se gemmam icarco abijcendam esse arbitrabatur, q̄ quae uirtus & qui usus eius gemmae esset, ipse nesciret: ita & dialecticæ unum hoc mea quidem sententia aduersatur, quo minus hodie in praedio sit apud multos, q̄ ut nomen eius apud omnes longe est uulgatissimum, ita pauca, quae uis, quiq; usus ipsius artis sit, satis norunt. Multi persuasum habent, auilibus eam causis accommodari non posse, tantum disa in hoc, ut in umbra ac schola, perinde ut auiala solent, totam etatem garriendo teramus. Atq; sunt arte, qui tantum non omnem culpam hanc reijciant in praeptores, eo quod ij, etsi norunt quidem ipsi, alium quendam quam nugas istas esse dialecticæ finem: neq; uerissimi se uideatur, tam perfrictæ posse esse frontis hominem quenq; ut doctor esse sustineat artis eius, cuius ipse praeter indecoros istos garritus usum alium nesciat: ita tamen scula iam aliquot dialectica doant, ut de germano interim ac genuino illorum usu non audiat apud eos uel uerbum. Qui docēt (inquiunt illi) artem gladiatoriam, ij non sat habēt uerbis modo praescribere, qua ratione uel aduersariū ferias, uel ictus ab illo intentatos eludas. primum ipsi arrepto telo in ludicrum certamen illud descendunt: ut iam non solum auditor, sed spectator etiam artis suae fiat is, qui se illis in disciplina tradiderit. At ne id quidem satis. Tradunt deinde arma disa pulo, doant aptare manus, doant gradus cōponere: doant quo pacto, nunc fugere antagonistam, nunc insequi debeat: quando fidendum uiribus, quando arte utendum. Quid? ij qui pueris praeptra tradunt grammatiorum, nonne primum ipsi exemplo uno aut altero id praeptrum quod sit explicandum illustrant? nonne deinde, autoribus enarradis, traditas iam antè praeptriones illorum scriptis accommodant, ostenduntq; quis quo modo hoc aut illo praeptra sit usus, quis neglexerit, quis obseruauerit? Atq; ita de murem ipsos etiam pueros iubent conari aliquid, iubēt

Usus dialecticæ.



carmina meditari, iubent componere epistolas. Neque uero id, quemadmodum in proverbio est, sine cortice. Ad sunt ipsi, uita indicant, emendari ea quo pacto queat demonstrant: suas quoque interim epistolas aut carmina illis imitanda proponunt: idque annum unum aut alterum, quousque tandem aliquando suis illi alis fidere tuto possint. Ita fit, ut iam inde usque a pueris, non sola disant precepta, sed et usum quoque aliquem eorum nouerint preceptorum. Quam docendi rationem putant obseruanda esse etiam in dialecticis: quorum si quis alius sit usus praeter istos gymnasiorum confectus, hunc aiunt indicari oportere eis qui doceantur: neque tam referre illorum, ut aduersus preceptum quodque plaustra aliquot conuehas obiectionum: quam ut commodis in singulorum explanatione utare exemplis, demonstrisque, quo pacto alij hac aut illa preceptione sint usi, quo modo ipsis utendum. Hoc ut diluadit fiat, sic explicant. Aiunt dialecticam de earum esse numero artium, que uelut ministræ quaedam sint artium ceterarum, quasque usus modo causa discendas esse omnes confirmant. Itaque enitendum nobis huc esse, principio, ut quecumque in ea, etiam si argute quidem et cum maxima quadam subtilitate dicantur, tamen nihil aut minus uiti que conducat ad usum: ea omnia aut in totum submoueantur, aut arte non oneretur hisce rebus iuuetus: quod genus magna ex parte esse, quod sola hodie docet scholæ: nec non multa etiam ex ijs, que tot libri complexus est Aristoteles. Deinde, ut que ad usum facere uideantur, ea tradantur sic iuuentuti, ut quinam is illorum sit usus intelligat. Atque id tribus rebus fieri posse. Primum, si (que admodum dixi) in tradendis preceptis non tam agamus illud, ut aduersus singula quecumque, myriades aliquot cogamus argumentorum, quam ut commodis unumquodque declaremus exemplis, siue ea communitasamur ipsi, siue ex autore quopiam afferamus. Ea autem exempla, familiaria quidem esse oportere: non tamen oiosa atque inepta. Nam ut grammatia paulo diligentiores suarum esse partium censent, non qualibuscumque, uti exemplis in explanatione preceptorum suorum: sed que praeterquam quod precepta illustrant, utilem etiam aliquam complectuntur sententiam: ita et dialecticis illud curae esse debere, ut quecumque explicandis preceptis suis, uel effingant ipsi, uel aliunde sumpta adducant, ea semper eiusmodi sint, ut ad uilem usum communemque hominum uitam accommodari queant: et uel ad uirtutem hortentur, uel a uitijis deterreant, uel alioqui ad formandos mores ac uitæ institutionem pertinere uideantur. Ita fore, ut et postea scholam egressi, sciamus quid in ludo egerimus, quoque pacto in rebus eiusmodi, ijs preceptis uti debeamus. Deinde, si in enarrandis autoribus, siue sacris illis siue prophanis, nam ad hoc utique institutum nihil referre, omne artificium dialecticum uelut digito indicamus. Nam ut in hisce explanandis partes sint grammatiorum et rhetorum, ut quam emendate, quam eleganter unumquicumque dictum sit querant: ita pertinere ad dialecticos, ut quam credibili quisque oratione sit usus ostendant. Quia in re duplicem inesse errorem hoc seculo: unum eorum, qui ut primum audiunt explicari poetam, enarrari historiographos,

riographos, prelegi epistolas doctorum uirorum, continuo uoaserari solent, aliud nihil quam doceri grammaticam. Eorum alterum, qui posteaquam totum sesquimen sem impenderunt audiendis libris grammaticorum, statim ad autores quosuis enodandos profiliunt, perinde quasi nihil ibi praeter fabularum uocularumque explicitationem querendum sit. Tertium, quod ad tradendum usum necessarium putant, est, ut praeter ea que iam diximus, cotidie uilia quaedam themata in gymnasijs proponantur: et in ijs ipse preceptor primas (ut sic dixerim) ducat lineas, ostendatque qua ratione, qua uia, ea themata in hanc aut illam partem declamari possint: que exordii ratio, quo pacto narranda, quo tractanda ordine argumentatio, quo modo concludendum. Hac deum ratione fieri posse, ut in umbra adhuc degegens iuuetus, luam tam assuescat, atque usum aliquem eorum que disant intelligat. Hæc illi cum alijs multis, a quibus recensendis ea de causa mihi super sedendum putauimus, haud scirem an omnibus pinde essent futura grata. ¶ Unus Quintilianus conatus est explicare. Libro institutionum quinto. Quam multum interest inter preceptiones Fabij et Rodolphi. Ille docet, quo ordine quæue ratione utendum sit argumentis posteaquam inuenta sunt. Rodolphus, quæ ad modum ea inueniri eruique, ex loas possint. Quo autem ordine sit utendum inuentis, id explicat libri tertij capite de amotertio et de amotuarto. ¶ Nunc autem quotusquisque Quintilianum attingit eorum, qui philosophiæ sibi nomen asserunt. Ferri poterat, si non attingunt ipsi: nisi alios etiam, mirum quibus artibus, non a solo Quintiliano, sed ab omni politiore literaturæ auerterent, pleneque facerent id quod aiunt in precepto anem, qui nec ipse hordeum edit, nec ferre potest, ut accedat eoque equi aut boues. ¶ Quique omnes iuste literaturæ numeros impleuerit. ¶ Qui ad culmen et quasi apicem melioris literaturæ peruenerit. ¶ Sibi ferè ista musisque, ut dicitur, disant. ¶ Disant idarco ut sciat ipse, non ut alijs ea que nouit communicet. Ita tibi Antigenidas, ad discipulum quendam suum, doctum illum quidem, sed frigentem sanè ad populum, mihi (inquit) ane et musis. ¶ Raimundus quidam cogitamento Lullus. ¶ Fit et hodie nonnuquam mentio a quibusdam de arte ista Lulliana. ¶ Ex altera Balearium insularum, nam duæ sunt hoc nomine in hispania. ¶ Qui numerat, non iudicant. ¶ Sic et Plinius in epistola quadam conqueritur, numerari sententias, non ponderari.

¶ Quo ordine tractanda ea sint que hoc libro sunt explicanda.  
Et quid dialecticæ.

Caput secundum,

Statutum

Cicero de clarior oratoribus



De ordine di-  
andorum.



Tatutū est igit̄ nobis hoc libro usum tradere locorū, hoc est, (ut idem apertioribus dicamus uerbis) explicare, quo pacto paranda sit differendi facultas illa, quam dialecticē uocant. Id commodissime facturi uidemur, si ostenderimus, quæ sit materia eius, quod instrumentū, quis rerū tractatus. Materiam dico rem, de qua differimus. Instrumentū, orationem, qua, qd̄ dictū esse de re uolumus, explicamus. Tractatū, quō hæc parāda sint, & q̄ cuiq; rei aptanda. ¶ Hæc quo facilius sit uidere, optimū fuerit initio definire, quid sit dialectice, & cui usui (hic em̄ finis eius erit) destinata sit.

Nomen diale-  
ctice.

Dialecticam  
esse artem.

Et nomen quidem dialectices nonnulli latine tentantes dicere, dif- ferturā uel disputaturam, quemadmodum & grammaticē literaturā dixere; Verum quāto & illa asperiora sunt, atq; usu minus recepta, & græco perinde sunt usi pleriq; latini tanquam suū esset, nos etiam græco melius utemur. Dialecticē quidam ex artium genere uoluerunt esse, quidam facultatem quandam uocauerē. Verū utro dicatur modo, non est quod in præsentia ualde nos sollicitos habeat. Ar- tem esse communis accepit opinio, & artē differēdi uulgo dicimus, hocq; nomine editi de ea inscribuntur libri. Erītq; nimirū indignū, artium eam excludere numero, quæ reliquarū dux sit & stabilitrix arti- um, & sine cuius præsidio tueri fines suos reliquæ non satis cōmode possint. Quod si est ars (ut quidam definiere) collectio multarum de una re comprehensionū, ad finē aliquem utilem uitæ. Vel (ut alijs) recta ratio rerū faciendarū; nemo ipsam dubitauerit artem uocare, nam & multas comprehensiones colligit, quo pacto inueniendū sit argumentū, & quomodo iudicandū ubi inueneris; & faciēdorū isto- rum rectam tradit eatenus rationem, quatenus faciendi uerbū potest istis aptari. Ut illeq; esse certum est, si falli, decipi, uera p̄ falsis, falsa p̄ ueris

Cauilli subma-  
tio.

ueris accipi, inutile putamus. Fallit tamen nonnunquam diale- cticus, & pro ueris falsa tradit. Euenit id quidē, sed & nauē guberna- tor euerit, & medicus aliquando perimit, Hominū sunt ista, non ar- tium. Atq; uel eo magis fatendū erit, utilem esse dialecticē, cū & q̄ ora- tione seducunt, astu id persæpe, nulla etiam instructi arte faciant; et q̄ fallitur, si artem calleret, uel nequaquam id, uel minus utiq; pateret. Sane sicut reliquæ artes, quæ remedio sunt inuentæ humanis neces- sitatibus, nō potuerunt succurrere incōmodis, nisi prius ea detegeret; sic dialectice, cum magna ex parte in eo sit posita, quo pacto laque- os captionum fraudumq; in dicendo uitemus, necesse habuit aperire insidias, & ostendere q̄ uarie quis capi posset. Quæ si quis inde de- prompta, utenda sibi putauit; non artis hæc est culpa, uitare fugien- da monstrantis; sed improbitatis, sectari uitanda cupientis. Aperi- enda enim sunt, ut caveant mala; & nemo artifex tantū remedia no- uit. Relictum ergo nobis sit, artem esse dialecticē. Artium au- tem aliæ ad naturas rerum cognoscendas, aliæ ad uitam hominum emendandam, aliæ ad orationis dicendiq; regulā p̄tinent; huiusq; ge- neris dialecticē esse apparet. Orationē omnē initio diximus in id paratam esse, ut animi sui participem quisq; faceret alium. Tria ergo constat in omni oratione esse oportere, eū qui dicit, eū qui audit, & rem de qua habet oratio; tresq; proinde in dicendo obseruationes, ut percipi possit, quid sibi uelit q̄ dicit; ut cupide audiat, cui dicit; ut, p̄- babile sit, habeaturq; fides ei, qd̄ dicitur. Primum grammaticē docet, quæ emendate et aperte loquendi uiam tradit. Proximum rhetoricē, quæ ornatum orationis cultumq; & omnes cupiendarū auriū illece- bras inuenit. Quod reliquū igit̄ ē, uidebit̄ sibi dialecticē uēdicare, p̄- babilit̄ dicere de q̄libet re, quæ deducit̄ in orationem. Itaq; quæcunq;

Quo artium ge-  
nere continet̄  
tur dialecticæ



ad inuentionem pertinebunt, huius (si uerum fateri uolumus) erunt negotij. Quoniã autẽ pleracq; sibi rhetores de inuentione, & plura etiã quã quisquam dialecticorum dicenda sumpserunt, quale id sit dicemus post paulum. Id nunc dicamus, quia uolumus dialecticos esse, posse de quolibet dicere probabiliter: probabile in differendo non solum id esse, quod reuera probabile est, hoc est, quemadmodũ Aristoteles inquit, quod uel omnibus uidetur, uel plurimis, uel sapientibus, hisq; uel omnibus, uel plurimis, uel spectatis probatisq;. Vt sit exẽpli gratia quod omnibus uidetur, religiose colendum esse deum, exhibendam pietatem parentibus. Quod plurimis, parandas opes, honores expectandos esse. Quod sapientibus omnibus, meliorem esse opibus eruditionem. Quod plurimis, uirtutẽ maxime expectandam esse. Quod spectatis, ut quod Plato dixit, quod Aristoteles, quod Theophrastus. Sed quoniã consulto nonnunquã talia ad dicendum sumunt, ut difficile sit huiusmodi quicquam eis accommodari: in his ideo abunde nobis erit probabile, quod apte consentaneacq; de re proposita dicetur. quemadmodũ multa de rebus quæ prorsus fieri nõ possunt dicunt: quæ de commentis fabularũ suarũ poetæ, qualia etiã apud nos Apuleius duodecim libris de Metamorphosi sua, & apud graecos Lucianus libris eis quos uera historiae inscribit, quibus ea scripturũ se dicit, quæ neq; quisquam alius uidit, neq; quisquam sit crediturus. Non quæ nesciam, posse etiam reuera probabiliter de re eiusmodi dici, quæ non solum a fide rerum, sed facultate etiam abhorreat, ut Lucianus idem, possint ne homines in aues mutari: & apud Macrobiũ, fuerit ne prius ouum an gallina: quorum utrumuis sumas, incredibile uidet: de utroq; credibiliter tamẽ differit. Nam bonũ & malũ idẽ esse, quod Heraclitus, quodq; post eum alij, & nihil sciri posse, quod noua Academia

Academia dixit, per multaq; alia eiusdem notæ, non solũ qui credibiliter dicent, sed maximos auctores qui credent ista habuerunt. Probabile ergo dialecticos erit & probabiliter dicere, quod pro conditione rei propositæ, quãptissime ad fidem dicetur. Erit ergo nobis hoc pacto definita dialectice, ars probabiliter de qualibet re proposita differendi, prout cuiusq; natura capax esse poterit.

Definitio dialectice.

SCHOLIA IN CPVT II.

**E**T nomen quidem dialectice nonnulli latine tentantes dicere, disserturam uel Dialecticam disserturam &c. Hac de re non inutile fuerit legere ea, quæ habet Fabius Dissertura li. secũdo de uiciorum rhetoriarum. Quo ex loco facile erroris coargui possunt, qui uel Disserturam uel disputatoriam dialecticam interpretati sunt. Etia si nõ me clã est, Dissertatrix ab ipso etiam Quintiliano nonnunquã obiter atq; aliud interim agente, dissertatricẽ eam uocatã esse. Sanẽ quẽ admodum literatura, quæstura, prætura, censura, ditatura: ita dissertatura quoq; aut dissertura dicendum foret, si patretur usus. Quod si ars est, ut quidam definiere, collectio multarum una de re comprehensionum. Simon parafitus apud Lucretium, ostensurus parafitiam esse artem, hanc finitionẽ aut basim ac fundamentum totius suæ dissertationis ponit. τέχνη (inquit) ὁ δὲ σίμων ἐρωτῶν δὲ ἀποκρίσας, σὺν ἑκατοταλίφωρ ἐγγε γυμνασμενῶν, πρὸς ἕτερον εὐχρησῶν τῆν ἢ τῶν βίω. Ars, (inquit) ut quidẽ ego à sapiente quodã audisse memini, est collectio comprehensionum exercitarum ad utilem aliquem eorum quæ in communi hominum uita sunt finem. Crebra τῆν κατὰλίφωρ mentio fit apud Ciceronem in libris de finibus: quas interim cognitiones, interim comprehensiones interpretatur. Qua de re nonnihil attinẽ genus & postea. Vel, ut alij, recta ratio rerum faciendarum. Ita enim Prudentia discernunt prudentiam & artem, ut prudentia rerum agendarum recta sit ratio, Ars ars autem faciendarum. Porro actiõnem esse, quæ intra sese consumitur, neq; operis quicquam post se relinquit: factiõnem, quæ relinquit post se aliquid, ut sunt scribere, texere, fabricare, aedificare. Neq; uerò est ar uocabulũ factiõnis tam opere factiõ formidemus in hoc significatu, cum non modo in topiã, sed in septimo etiam libro familiarium epistolarum, testamenti factiõnem dixerit Cicerò. quod si parum latine dici putasset, non tanti apud eum fuisset autoritas iureconsultorum, ut in illorũ gratiam barbare loqui sustinuisset. Quatenus faciẽdi uerbum potest istis aptari. Hoc ideo dicit, quod id uerbi magis ad corporis quàm ad animi actiõnes pertinet re uidetur: ac ne corporis quidem omnes, sed eas maxime, quæ operis aliquid post se relinquunt. Artium autem alia ad naturas rerum. Hanc ipsam artium diuisionem fecit & libro superiore, capite undecimo. Orationem omnem initio dixi

Ars

Ars

Factio



mus.) Libri prioris apite primo. ¶ *Quale id sit, dicimus post paulum.* Huius libri apite decimo octavo. ¶ *Hoc est, quemadmodum Aristoteles inquit.* Aristotelis hac de re primo Topicorum libro uerba sic habent: ἔσι δὲ ἀληθῆ μὲν καὶ πρῶτα, τὰ μὲν δὲ ἐτέρω, ἀλλὰ δὲ αὐτῶν ἔχοντα πλὴν πίσιμ, οὐ δὲ γὰρ οὐ τοῖς ἐπισκομικαῖς ἀρχαῖς ἐπιζητῶν τὸ διατι. ἀλλ' ἐκάστη τῶν ἀρχῶν αὐτῶν καὶ ἐαυτῶν εἶναι πιστῶν. Ἐνδεῖα δὲ τὰ δοκῶντα πᾶσιμ, ἢ τοῖς πλείστοις, ἢ τοῖς σοφοῖς, ἢ τῶτοις τοῖς πᾶσιμ, ἢ τοῖς πλείστοις, ἢ τοῖς μάλα ἰσχυροῖς καὶ ἐνδοξοῖς. Hoc est: Sunt sane uera & prima, quae non per alia, sed per semetipsa uera esse creduntur. Neque enim in principijs scientiarum inquirenda est causa, quae obrere uera sint: sed uniuersumque eorum tale esse oportet, ut per se ei fides habeatur. Probabilia autem, quae uera esse uidentur, aut omnibus, aut plerisque, aut sapientibus: atque ijs rursus, aut omnibus, aut plurimis, aut spectatissimo atque illustrissimo auge. ¶ *Apuleius duodecim libris de metamorphosi sua.* Quibus titulum fecit, de asino aureo. ¶ *Lucretius in libris eis quos uerae historiae inscripsit.* Hi κατ' ἀντίφρασιμ nomen habent. Inscribuntur enim οἱ ἀληθῆς ἰσορίαι, cum nihil ueri, sed fabulas meras contineant. Id quod ipse Lucretius testatur, cum priori libro inter caetera sic ait: γράφω τοίνυν περὶ ὧν μήτε εἶδον, μήτε ἔπαθον, μήτε παρ' ἄλλων ἐπυθόμην. ἔτι δὲ μὴ ὄλωσ' ὄντων, μὴ δὲ πλὴν ἀρχῆν γενέσθ' δυναμένων. δὶο δὲ τὸν ἐντυγχάνοντα μὴ δαμάσθ' ἔσθ' αὐτοῖς. ¶ *Possint ne homines in aues mutari.* Extat dialogus Lucretii, qui inscribitur ἀλκυῶν, ἢ περὶ μεταμορφώσεως. In eo Socrates Cherephroni argutissimis aliquot rationalis persuadere conatur, homines in aues mutari posse. ¶ *Fuerit ne prius ouium an gallina.* Lege Macrobij saturnaliorum librum septimum, ἀνα finem.

Prima prinā-  
pia.  
Probabilia.

¶ *Finis dialecticae qui sit.*

Caput III

Finem dia-  
lecticae esse,  
probabiliter  
de re propo-  
sita dicere.



Ine iam haud difficile fuerit uidere, quis sit dialectices finis, ad quem sint illi cuncta referenda. Si enim fines sunt artium, opus cuius gratia discuntur: ut quae contemplationis causa discuntur, earum finis sit contemplatio: quae propter for- mandam uitam, probitas: quae propter aliam aliquam actionem, hanc ipsam actionem cui destinantur finem habent: erit nimirum dialectices

ces finis, probabiliter de re proposita dicere: quando huic soli rei est instituta. Id scilicet est quod initio dixi, docere aliquid eum qui audit. Neque istud tamen sic accipiendum est, ut quisquis aliqua ratione docet, dialectices munere fungatur. Nam & grammaticus, qui fabulam poetae explicat, qui historiam recenset, qui uerba interpretat, docet: sic etiam qui interroganti, est uel non est, respondet, docet, nihil tamen uterque horum agit, quod ad dialecticum pertinet. Quoniam enim satis habet ab eo qui audit intelligi, quod ut praediximus, aperte emendateque loquendi praecipis constat: potest grammatices finibus, quae ista docet, esse contentus. Sed qui ita docet, ut fidem fecisse oratione uelit, & dicendo auditoris ad se trahere mentem, quatenus id facit, dialectici negotium agit. Oratione autem in istud & dicendo fieri uelim, nam qui stulta auditoris credulitate abutitur (ut sunt plerique, qui non dictioni credunt, sed dicenti, quanquam dicat incredibilia, quanquam repugnantia) hic non magis dialectici praestare officium uidebitur, quam imperatoris ille, cui non sua uirtus, sed hostium metus uictoriam tradit. Quod dicimus autem, aperte dicendi rationem ad grammaticum pertinere, illud non erit ignorandum nobis, perspicuitatem orationis uerbis constare & rebus. Verbis, ut non sint uel improprietate uel uetustate uel nouitate obscura: (quanquam nouandis uerbis apud Latinos nullus fere relictus sit locus) neue contra naturam suam perplexius constructa. Haec quidem perspicuitatis pars ad grammaticum pertinet. At perspicuitas quae in figuris ornateque uerborum est posita, ea rhetorices praecipis constat. Rerum autem perspicuitas, partim in natura illarum, partim in tractatu consistit. In natura, quoniam aliae natura obscuriores sunt, aliae apertiores, & cognitioni non strae magis expositae. Ea ad orationem non pertinet, quoniam cum rebus

Quae docendi  
ratio spectat  
ad dialecticum

Duplexi ora-  
tione perspicuitas

Rebus quoque  
duplice perspi-  
cuitate inesse

ipsis



ipsis ad orationem qualiscunq; est affertur. Alia est, quam ordine disponendisq; consequimur rebus. quoniam ut aliquid ante postue dictum est, ita plus minusue intelligendo alteri confert. Hæc ex dialectici est institutis, quoniam non modo percipiendis rebus ordo plurimum prebet adiumenti, sed nonnunquam etiam fides earum magna ex parte ipsi est innixa. Quemadmodum enim nemo pictorem quempiam aut fictorem consummatum dixerit, qui omnia quidem seorsum membra exacte exprimeret, iungere autem ea nesciret, & in eam habitudinem componere, ut motus aut actus alicuius quam uellet imaginem imitarentur. sic ne dialectici quidem nomen sibi uendicabit, qui omnia faciendæ fidei inuenire sciat, sed disponere & in ordinem redigere, ut fidem cui destinantur facere possint, nesciat. Hic itaq; finis erit dialectices, docere pro facultate rei de qua differitur, id est, inuenire quæ fidei faciendæ sint apta, & inuenta disponere, atq; ut ad docendum quæ accommodatissima sint ordinare. Iudicandi enim partem, hoc ipso quod faciendæ fidei apta inuenire debere præscribo, comprehensam in præsentia uelim. Namq; perinde uidetur, non inuenire, & inuenire eiusmodi, quæ iudicentur instituto nostro apta non esse.

## SCHOLIA IN CAPVT III

**E**rit nimirum dialecticæ finis, probabiliter de re proposita dicere. Recte hoc, siquidem idem est officium artis & finis. quod Cicero in rhetoriâ negat. **Q**uoniam nouandis uerbis apud Latinos nullus serè relictus sit usus. De his Fabius libro octauo capite tertio: & M. Cicero tertio libro de bonorum et malorum finibus.

**M**otionem affectuum ac delectationem, quatenus inuentio eis conueniat, non esse à docendi officio seiuncta. quanquam delectatio artis ab utroq; sit alienior. Caput. III.

Sed



Ed quia inuentionem, docendi subieciimus officio, uideat autem suam etiam habere inuentionem qui mouet & qui delectat, quæ distincta a ratione docendi autores fecerunt, non immerito uidebimur angustioribus terminis quæ fert natura inuentionis, hanc partem terminasse. De hoc quoniam exactius initio dicturum me sum pollicitus, hic locus uidetur aptissimus huic rei explicandæ. Definienda erunt ista, & ostendendum quid sint, quo facilius queant distingui. Docere ergo est rem ex ignota facere notioem. Mouendi quidem generale est nomen, & quod late patet, sed in præsentia tantum ad mentem referimus: ut sit mouere, pacatam tranquillamq; mentem, affectibus perturbare. Delectare est tale aliquid adhibere, cuius sensu atq; perceptione, is qui accipit, gaudet. Vel est aliquid facere, quod sit sensui eius qui id percipit, accommodatum. Istaq; uel rebus fiunt uel oratione. Nam & re docemur, quoties rei alicuius experimentum sumimus, uel præeuntem aliquem præmonstrantemq; sequimur. ut pictor, qui ostendit quomodo ductis lineis, uel tumens uel cauum aliquid exprimat, quis color umbram reddat, quis lumē: quomodo subsidentes res & usui sese longinquitate subtrahentes, in plano sint imitandæ: hic rebus docet. Possunt & hæc eadem oratione fieri, ut non monstrentur, sed tradantur uerbis. Erudite itaq; Plutarchus inquit, poema picturam loquentem esse, picturam esse tacens poema; illud significans, docere ambas, & persæpe res easdem: sed alteram loqui, id quod altera ostendat. Sic & affectus, rebus & oratione mouentur. Multo autem maxime rebus in fletum prorumpent. Neq; enim crediderit quisquam, tam paratas fuisse P. R. lachrymas, ut quilibuscunq; epilogorum Ciceronis uerbis, quanquam sint illa quidē ingeniosissime et aptissime ad commiserationem

Docere.

Mouere.

Delectare.

Doceri, affia.

delectari, duo

bus modis con

tingere, rebus

et uerbis.

z

composita,



composita, ad lachrymas cogeretur, nisi tamē insignium reorū ante oculos posita calamitate & actione, flebilibusq; modis quibusdam, et ante omnia manantibus ubertim lachrymis Ciceronis ista commendarēt. Delectari nos rebus similiter & uerbis, notius est, q̄ ut indi-

*Quatenus hic de affectu & oblectatione agatur.*

*Quatenus in mouendis affectibus locus esse possit argumentationi.*

carī oporteat. ¶ Nobis autem de his rebus tantū est ratio, quatenus fiunt oratione; hacq; uia, quod ad inuentionem ptinet, minime uideatur a docendi ratione esse discreta. ¶ Sane Aristoteles ait, cū commouere quis audientem uelit, superuacuam esse argumentationē. Id q̄d haud dubie ita est, si accipimus argumentationem, q̄ puram nullisq; corruptam affectibus fidem conamur facere. Tenet em̄ argumentatio intētam & uelut expergefactam mentem, ut nullus facile subrepere & auferre ipsam possit affectus. Quin etiā tenue illud & sedatū argumentandi genus, turbulentæ affectuū agitationi minime conuenit: nō quod eadem res & ad docendum & ad mouendum apta esse non possit; sed q̄a argumentandi illa quies, rapienda extra sedes suas animo accommodata non est. Ad hæc, si capimus argumētationē, ut id ostendat & colligat, cuius mentione uolumus commouere audientem, certum est affectibus eam non conuenire. Nemo em̄ sperauerit quēquam ea in re commoueri posse, de qua, sit ne ita, nec ne, prorsus addubitet. Quod si omne id uocemus argumentationem, quo dubia incertaq; colligimus, non modo opus ea esse ad affectus euocandos crediderim, sed crebriorem etiam densioremq; esse oportere. Viribus enim opus est, & rapienda mens, auferendusq; ipse sibi animus, & uelut extra se ponendus. Imitantur hoc in eloquendo autores; ut si q̄ minus sint ipsis plura quæ dicāt, idē tamē, mutatis subinde v̄bis, uelut plura ingerāt. Quid aliud Virgilius expressit, cū dicit apud eum Dido: Per ego has lachrymas, dextramq; tuam te,

Per

Per connubia nostra, per inceptos Hymenæos. Idem erant dextra & connubium & Hymenæi: non enim aliud q̄ fidem coniugij his tribus significat, repetendo tamen alijs uerbis, tanquam plura inculcauit. Sed adhiberi motibus argumentationē facile sciet, si quis poetas omnis generis, qui *δραματικόν* aliquid, hoc est, qui actū psonasq; habent, uersauerit. Tū uero præcipue poterit ostēdere tragœdia, apd̄ quā ex p̄fesso om̄ia ardēt affectibus. Sed & historici & oratores etiā quatenus res permisit, hac laude ingenij poetis non cessere. Cicero ut omnibus eloquētiæ partibus, omnibus alijs fuit superior; ita hac parte ipse sibi comparatus uideat̄ supra cæteras laudes suas eminere. Ne ergo uerbis colligamus, q̄d apud illū exemplo demonstrare in prōptu est, ab eo potius huius rei fides nobis petat̄. Longum est per oēs ire affectus, commiserationem uideamus. Vna enim est omnium in commune natura: & quod in hac ostenderimus, facile liquebit in reliquis. Duo sint oportet i misericordia mouēda, acerbus alicuius casus, & eum q̄ perferat indignū illo uideri. Quid ergo? non omnibus commiserationibus Cicero, uel utraq; hæc, uel si alterū apertum putat, alterum multis argumentis prosequitur? Pro Milone, Clodij primum inuidiam e tota uita illius, omnibus factis eruit. Sed omittamus hanc, atq; quæramus id quod sumpsimus. Quo magis potuit ostendere indignum exilio Milonem, q̄ quod fortissimus uir erat; atq; præsentis periculi metu, non animum, non uultum, non orationem mutabat. Ergo subiicit iam formatam et expressam argumētationem a minori deductam. Si enim gladiatorū miseret eo magis, q̄ minus sunt supplices, quāto rectius fortissimus uir cōtumax periculorū nos mouebit. Profert em̄ se primū affectus, utq; animus dicētis, ita etiā pacatior adhuc ē oratio. Deinde datis Miloni v̄bis, liberius

*Duo ad misericordiam mouēda necessaria. Explicatur aristoteli epilogus pro Milone.*

z

ij

erumpit.



erūpit. Valeant (inquit) ualeant ciues mei. An non Milo erga Populū Romanū hoc animo, quem ista uerba praeferunt, indignissimus tali casu uidebitur: Iam reliqua plenis (quod aiunt) uelis: O frustra (inquit) suscepti mei labores, o spes fallaces: merita habent Milonis erga omnīs ordines. Deinde priuatim beneficiū Ciceroni in reditu illius uelut populū uoluntate datū. Post haec egregia est omnīū ordinū de Milone opinio. Iam animus illius omnia ex uirtute aestimantis: quod recte factorū premiū sint ipsa recte facta. Iam glorię amplitudo, De me (inquit) semper Populus Romanus, semper omnes gentes loquentur. Quid his omnibus agitur, nisi ut ostendatur indignissimū esse Milonem eo casu, quem intentent aduersarij: Adco, ut si quis conijcere in syllogismos ista uelit, & disputantiū more colligere, nihil expeditius aut facilius fieri possit. Pro eo quod reliquū erat, ut ostenderet grauissimum esse hunc Milonis casum, orator tractandorum animorum artifex peritissimus, transfert in se hanc calamitatem: proq; Milonis persona, suam, hoc est, amici, qua nihil fauorabilius esse potest, substituit, ut lachrymę eius querelęq; non iam Milonis uicem, sed suam dolentis desistentęq; fortunam, iniustissime fieri uideantur.

Quid ergo potuit grauius contingere Ciceroni, q̄ eo se priuari amico, pro cuius salute suam ipse paratus sit dependere; cupiatq; mori, priusquam tantum malū uideat: eo amico, cui cum sint omnia a se officia amicitię tributa, in irritum sint omnia presentī casu recisura: eo etiam amico, cuius fortunam ipse suam ducat: & in cuius casu, omnia in se iudicium beneficia uelit extincta: & qui sibi, qui liberis suis, qui fratri, omnibus in uno conseruatis, autor fuerit salutis: quodq; omnium acerbissimum est, pro cuius incolumitate, non uitam modo Clo-

*Notatiua*

dij pacisci uelit, sed p̄torē etiā eū cōsulēq; & dictatōrē uidere. Respicit aut

aut subinde orator ab affectu ad causam. Neq; em̄ id agit solū, ut misericordiam moueat: sed ut per misericordiā, id quod cupit, iudicium animis extorqueat. Hinc ergo sunt illa, Quid uos iudices: quo tandē animo eritis: Et, uos uos appello fortissimi uiri. Et quę paulo post sequuntur, at in qua causa non potuisse: & a quibus non potuisse: & quo deprecante: Verū haec ad institutū nostrū nihil pertinent, neq; enim hoc loco inueniendi rationē explicamus, sed illud uolumus ostendere, ea quibus concitant affectus, omnia ex eisdem duci locis, ex quibus ea, q̄bus docemus. Est enim amplificatio (ut inquit Cicero) uehemens quaedam argumentatio, ut illa docendi causa sit, haec commouendi. Illud non negauerim, latere plarumq; argumentationem in istis, & impetu uehementiaq; dicentis obrui, fieriq; similiorē expositioni orationem, q̄ argumentationi. & quod ad dicendū figuram pertinet, plurimū inter ista interesse, & rhetori quidem multū differre dialectico propemodū nihil. ¶ Sed de motu haecenus. Delectare (quod ultimum e tribus ponitur) ut sit a mouendi docendiq; officio seiuicium, finis esse nulli orationi potest. Omnis enim oratio docet. Quoniam, sicut modo ostendimus, motus a docendo nullam habet quod inuentionis est differentiam. Docet autem quantum in ipsa est. Neq; differere quenquam dicas, qui non aliqua de re affirmare aut negare aliquid, & certiores nos, quantum ipsius est orationis, facere uelit. Ergo ut oratio probet aliquid, ex natura rerum dispositioneq; & ordine quam habent inter se contingit: ut delectet uero, in eius tantum q̄ audit ingenio est positum. Docendi itaq; ratio eadem fere est apud omnes: quomac̄modum res sunt, quę & per quas docetur, delectandi non ita, quoniam diuersa sunt hominum ingenia, & sic se (ut inquit Cicero) res habent: me mea, te tua delectāt. Nemo fere est, cui idē qd

*Amplificatio  
quid*

*Delectationē  
finem oratiōi  
esse non posse*



166 RODOLPHI AGRICOLAE DE INVENTIONE  
alteri placeat. Et plerique ab alijs dissident, non ut melius, sed aliud se-  
quantur. Cupit enim quisque suum esse, quod probat: & probat quisque  
maxime, quod suum est, hoc est, quod naturae sensibusque suis est acco-  
modatissimum. Non est ergo finis orationis delectare: quoniam non

*Obiectio.* ex oratione, sed ex audientis id animo contingit. ¶ Quid ergo? Non  
multa uoluptatis auriumque gratia dicuntur: Non poema, non historia,  
non actio civilis, id maxime agunt, ut delectatione legentem detine-  
ant: admiratione suspendant: Illa etiam austerior, seueriorisque suspensio  
philosophia, horrorem rerum mollire uerbis, & benignius influere in

*Dilutio.* aures atque animos concupiscit: Vera sunt ista, fiuntque ut dicitur, &  
oratione quidem fiunt. Non tamen dictionis sunt finis, sed dicentis.  
Quemadmodum enim cibi finis est explere famem: at conuiuator, quo  
gratius excipiat conuiuiam, si lautius apparauit, idque prospexit, quo  
pacto non satietati illius sed gulae satisfaceret: quanquam id cibo quoque  
fiat, non tamen quatenus est cibus, sed in instrumentum explendae luxu-  
riae est a domino translatus. Vt ergo cibi est alere, & firmare corpus:  
contra qui uoluptatem spectat, per sepe ingerit noxia, & magnorum ir-  
ritamenta morborum: sic quae aliquando uerum dictionis ordinem sequen-  
ti possent uideri culpanda, dum audientis captamus uoluptatem, inter  
laudes numerantur dicentis. Quale est strictum & breuiter dicere, &  
solum pro necessitate, ea, quae capita sunt & firmamenta rerum. Aut  
quibus prope nihil est opus, dum modo excoli ornarique possint, la-  
tissime fundere. Quinetiam digredimur ab eo quod instituiimus, ut  
in aliquid quod plausibiliter dici queat deferamur: & quae semel pau-  
cisque dicta percipi poterant, ea repetimus, trahimus, longo uerborum  
ambitu & enunciamus. Poetae quoque per sepe a fide rerum ad incre-  
dibilia delabuntur. Confundunt etiam ordinem rerum, ut quod

prius

prius erat, dicant posterius: quod posterius, prius. Haec aliaque per-  
multa id genus, quae rerum essent nimirum uitia, atque proinde orati-  
onis, quia significandis ea rebus est instituta: ingeniorum tamen sunt  
(quoniam placent) uirtutes. Sunt tamen & ista per sepe coniuncta, ut  
quae delectat praecipue, optime etiam doceat oratio: sed & fidei quan-  
doque locum occupat uoluptas. Diuersa tamen sunt, & diuersas habent  
causas. Docere ergo, uel (si malimus) probabiliter dicere, propri-  
um est differentis (quod probare uoluimus) munus. Mouere, ad in-  
ueniendi rationem ostendimus cum docendi officio coniunctum es-  
se. Delectare, quoniam auditoris gratia expetitur, ad rhetoricam re-  
ctius pertinebit. Nec enim habet aliquid cum inuentione negotij: aut  
si quid habet, ad docendi officium ea parte redigetur. Quid igitur  
est dialectice, & quod finis eius sit docere, quid etiam ab eo mouere  
& delectare distent, hoc pacto satis sit executos esse.

SCHOLIA IN CAPVT III

DE hoc quoniam exactius initio dicturum me sum pollicatus. Libri praedē  
tis apite primo. ¶ Ut sit mouere, pacatam tranquillamque mentem affectu  
bus perturbare. ¶ Cetero in partitionibus, Motus autem est, inquit, animi inactio,  
aut ad uoluptatem, aut ad molestiam, aut ad metum, aut ad cupiditatem. ¶ Nam et  
re doamur, quoties rei alicuius experimentum sumimus, uel praecurrentem aliquem  
prae monstrantemque sequimur. ¶ Sic ueteres illi Laedemonij, hoies quosdam agre-  
stes, qui Helotae diabantur, festis interim solennibusque diebus quammaxime ad  
potum crapulamque inactare solebant, atque ita deinde uino aboquo obrutos immittere  
in conuiuia iuuenum, uti ij, conspecta turpitudine ebriorum, temulentiam ut re ma-  
xime deformem, omnibus modis fugerent ac cauerent. Et Ismenias ille Thebanus  
discipulis suis, tam eos qui male, quam qui bene modulabantur, ostendens, dicere  
solebat, hoc pacto modulari oportet, illo non oportet. Quae quidem doandi ratio,  
rebus magis constabat quam uerbis. ¶ Erudite itaque Plutarchus inquit, poema pi-  
cturam loquentem esse. ¶ Plutarchus in libello eo, quo disputat, bellum an philosophiae  
studia clariores reddiderint Athenenses: Simonidem autem huius laudat sententiae.  
Verba eius, ut quidem hodie in exemplaribus leguntur, sic habent: πλῆρ δ σιμωνιδου  
videtur

Summa capi-  
tis huius.

Eorum quae huc  
usque in hoc li-  
bro dicta sunt  
epilogus.

Autor Plutar-  
chus in uita  
Demetrii

Plutarchus.



προσκήρο μίδης πλὴν μὲν ζωγραφίαν πόικισιν οὐκ ἔστιν ἄλλο ἢ ζωγραφίαν, πλὴν δὲ πόικισιν ζωγραφίαν λαλοῦσιν. ἄρα γὰρ διὸ ζωγράφοι ποιεῖν ὡς γινόμενα δεικνύουσι, ταῦτα δὲ λόγοι γεγενημένα δεικνύουσι καὶ συγγραφεῖσι. ἔτι δὲ διὰ μὲν χρώμασι καὶ σχήμασι, διὸ δὲ ὀνόμασι καὶ λέξεσι ταῦτα δηλοῦσιν, ἕλκῃ καὶ ἄλλοις μὲν μὲν ὡς διαφέροισι, τέλει δὲ ἀμφοτέροισι ἐπιποικίσται. καὶ ἄλλοι ἰσορῶντες, καὶ ἄλλοι δὲ πλὴν δεικνύουσιν ὡς ἄλλοι ζωγραφίαν ποιοῦσιν ἢ ὡς ἄλλοι ποιοῦσιν ἐιδωλοποιήσας. Verum Simonides, inquit, picturam poema tacens, & poema loquentem appellabat picturam. Quas enim res pictores, perinde ut si nunc primum gerantur, penicillo exprimunt ac demonstrant: eas ipsas poeta orationibus ac libris suis, factas iam narrat atque conscribit. Quocirca, si quod illi coloribus ac figuris, id ipsum hi uerbis ac dicendo significat, planum est, materia quidem eos et modo imitationis differre, ceterum finem tamen eundem utriusque esse propositum: ac proinde etiam inter historicos eum primas tenere, qui narrationem perinde quasi picturam, affectibus ac personis seu simulachris quibusdam implet. Eiusdem rei meminit seu Cicero seu quis alius auctor est, quarto libro rhetoricorum ad Herennium. (Ut qualibuscumque; epilogorum Ciceronis uerbis.) Quantum fuerit in epilogo Cicero, ipse in oratore docet his uerbis. Quid ego de miserationibus loquar? quibus eo sum usus pluribus, quod etiam si plures dicebamus, perorationem mihi tamē omnes relinquebant. in quo ut uiderer exallere, non ingenio sed labore assequer. quae quali auctus; in me sint, me enim ipsum non poenitet quantae sint, sed apparent in orationibus. etsi aere libri spiritu illo, propter quem maiora eadem illa cum aguntur, quam cum leguntur, uideri solent. Nec uero miseratione sola mens iudicium permouenda est, qua nos ita dolentur uti solemus, ut puerum infantem perorantes in manibus tenuerimus: ut alia in causa, exatato reo nobili, sublato etiam filio paruo, plangore & lamentatione compleuerimus forum: sed etiam faciendum est, ut irascatur iudex, mitiget, inuideat, saueat, contemnat, admittatur, oderit, diligat, cupiat, satietate afficiatur, speret, metuat, letetur, doleat. &c.

Poema pictura loquens.

Ciceronis epilogus.

Trium poematum genera. Actiuum. Enarratiuum. Mixtum.

Quid aliud Virgilius expressit, cum dicit apud cum Dido. (Quarto Aeneidos.) Si quis poetas omnis generis, δὲ ἑκατόμωρον aliquid. &c. ) Trium sunt genera poematum, δὲ ἑκατόμωρον, ἑξ ἑκατόμωρον, μικτόν, id est, actiuum, enarratiuum, mixtum. Actiuum est, in quo personae loquuntur sola atra omnē poete ipsius intentionem. Enarratiuum, quo semotis personis, solus poeta loquitur. Mixtum, in quo & poete & personae introductae loquuntur. Sic ferē Diomedes. Profert enim se primum affectus. Profert se, inquit, hoc est exerit se, & paulatim nascitur. Porro totus hic locus, ut prima fronte non nihil uideatur obscurior: ita uadissimus erit, si huc adhibeatur ipse Ciceronis pro Milone epilogus: qui tametsi fustor est, ac proinde uni forsitan aut alteri, hoc utique loco, futurus ingrator: mihi tamen ad uerbum eum huc uisum fuit ascribere, non solum, quod hic locus Rodolphi sine eo intelligi

intelligi omnino non possit: uerum etiam, quod nihil mihi ad mouendam misericordiam uehementius, ne cogitari quidem, nedum in literas mitti posse uideatur. Is ergo ad uerbum sic habet:

Sed iam satis multa de causa: extra causam etiā nimis fortasse multa. quid restat? nisi ut orem, obsteretque uos iudices: ut etiam misericordiam tribuat is fortissimo uiro: quam ipse non implorat: ego autem repugnante hoc, imploro, & exposco. Nolite si in uestro omnium fletu nullam lachrymā aspexistis Milonis: si uultum semper eundem, si uocem, si orationem stabilem, ac non mutatam uidetis: hoc minus ei parere, atque haud scio, an multo etiam sit adiuuā dū magis. etenim si in gladiatoris pugnis, & infimi generis hominum conditione atque fortuna, timidos & supplices, & ut uiuere licet at obsecrantes, etiam odisse solemus: fortes, & animosos, & se acriter ipsi morti offerētis seruare cupimus: eorumque nos magis miseret, qui nostram misericordiam non requirunt: quam qui illam efflagitant: quanto hoc magis in fortissimis auiibus facere debemus? me quidem iud. exanimant & interimunt hae uocēs Milonis quas audio assidue: & quibus adsum quotidie. ualeant, inquit, ualeant aues mei: sine incolumes, sine florentes, sine beati: stet haec urbs praecleara, mihique patria charissima, quoquo modo merita de me erit: tranquilla Rep. aues mei (quoniam mihi cum illis non licet) sine me ipsi, sed per me tamē, perfruatur: ego caedam, atque abibo: si mihi Rep. bona frui non licuerit, at carebo mala: et quam primum tetigero bene morata & liberam ciuitatem: in ea conquesam. O frustra, inquit, suscepti mei labores: O spes fallaces: O cogitationes inanes meae. Ego cum Tribunus plebis Rep. oppressa me senatui dedissem, quem extinctū acciperam: equitibus romanis, quorum uires erant debiles: bonis uiris, qui omnem auctoritatem Clodianis armis abiecerant: mihi unquam bonorum praesidium defuturum putarem? ego cum te (mecum enim sepius loquitur) patriae reddidissem: mihi non futurum in patria putare locum? ubi nunc senatus est, quem secuti sumus? ubi equites romani, illi, illi, inquit, tui? ubi studia municipiorum? ubi Italiae uocēs? ubi denique tua M. Tulli, quae plurimis fuit auxilio: uox, & defensio? mihi ne ea soli, qui pro te toties morti me obtuli: nihil potest opitulari? Nec uero haec iud. ut ego, nunc flens, sed hoc eodem loquitur uultu, quo uidetis. negat enim se, negat ingratis auiibus se esse quae seisset: timidis & omnia arum spiciantibus pericula, non negat. plebe, & infimam multitudinem, quae P. Clodio duae fortunae uestris imminerebat: eam quo tunc esset uita uestra: se se esse commemorat, ut non modo uirtute flecteret: sed etiam tribus suis patrimonijs deliniret. nec timet, cum plebem muneribus placarit, uos non conaliant meritis in remp. singularibus. senatus erga se beneuolentia temporibus his ipsi sepe esse perspectam: uestras uero, & uestrorum ordinum occasionones, studia, sermones, quenaque, cum fortuna dederit, secum ablatum esse dicit. meminit etiam sibi uocem praecoris modo defuisse: quam minime desiderat:

A populi



populi uero auctis suffragijs, quod unum aspierit, se consulem declaratum. nunc deniq; si haec contra se sint futura: sibi fauoris suspitionem non facti crimen obflare. addit haec, quae certe uera sunt: fortes & sapientes uiros non tam praemia sequi solere recte factorum, quam ipsa recte facta. se nihil in uita nisi praeclearissime se esse: si quidem nihil sit praestabilius uiro, quam periculis patriam liberare. beatos esse quibus ea res honori fuerit a suis auibus: nec tamen eos miseros, qui beneficia aues suos uerine. Sed tamen ex omnibus praemijs uirtutis, si esset habenda ratio praemiorum, amplissimum esse praemium gloriam. esse hanc unam, quae breuitate uitae posteritatis memoria consolaretur: quae efficeret, ut absentes adessimus: mortui uiueremus. hanc deniq; esse, cuius gradibus etiam homines in caelum uideantur ascendere. De me, inquit, semper populus romanus, semper omnes gentes loquetur. nulla unquam obmutescat uetustas. Quin hoc tempore ipso, cum omnes a suis inimicis facies inuidiae meae subijciantur, tamen omni in hominum coetu gratijs agendis & gratulationibus habendis, & omni sermone celebratur. Omitto Hetruriae festos & actos & institutos dies. centesima lux est haec ab interitu P. Clodij, & opinor altera: qua fines imperij populi romani non solum fama iam de illo, sed etiam Letitia peragravit. quae obrem ubi corpus hoc sit, non, inquit, laboro: quonia omnibus in terris et iam uersatur, et semper habitabit nominis mei gloria. Haec tu mecum sepe his absentibus: sed hisdem audientibus, haec ego te cum Milo. Te quidem quod isto animo es, satis laudare non possum: sed quo est illa magis diuina uirtus, eo maiore a te dolore diuellor. nec uero si mihi eriperis, reliqua est illa tamen ad consolandum querela: ut his irasam possim, a quibus tantum uulnus accipero. non enim inuicam me te mihi eripient: sed amantissimi: non male aliquando de me meriti: sed optime. Nullum unquam Iudicis mihi tantum dolorem inuretis: etsi quis potest esse tantus: sed ne hunc quidem ipsum: ut obliuiscar, quanti me semper feceris. quae si uos coepit obliuio: aut si in me aliquid offendistis: cur non id meo capite potius luitur, quam Milonis? praecclare enim uixero: siquid mihi acciderit, prius, quam hoc tantum mali uidero. Nunc me una consolatio sustentat: quod tibi o T. Anni nulum a me amoris, nullum studij, nullum pietatis officium defuit. ego inimicitias potentium pro te appetui: ego meum sepe corpus & uitam obieci armis inimicorum tuorum: ego me plurimis pro te supplicia abieci: bona, fortunas meas ac liberorum meorum, in comunione tuorum temporum contuli: hoc deniq; ipso die si qua uis est parata: si qua dimicatio capitis futura: depono. quid iam restat? quid habeo? quid dicam? quid faciam pro tuis in me meritis? nisi ut eam fortunam, quae cumq; erit tua: ducam meam: non reuaso, non abnuo: uosq; obsecro Iudicis: ut uestra beneficia, quae in me contulistis: aut in huius salute augeatis: aut in eiusdem exitio ocastra esse iubeatis. His lachrymis non mouetur Milo: est quodammodo incredibili robore animi septus: exiliu ubi esse putat, ubi uirtuti non sit locus: mortem naturae sine esse, non poenam.

Sit

Sic hic ea mente, qua natus est, quid uos Iudicis? quo tandem animo eritis? memoriae Milonis retinebitis, ipsum eijacietis? & erit dignior locus in terris ullus, qui hanc uirtutem exapiat, quam hic, qui procreauit? uos, uos appello fortissimi uiri: qui multum pro rep. sanguinem effudistis: uos in uiri et in auis inuicti appello pialo Ceuiriones, uosq; milites: uobis non modo inspectantibus, sed etiam armatis, & huic iudicio praesidentibus, haec tanta uirtus ex hac urbe expelletur? exterminabitur? eijacietur? O me miserum: O me infelicem: reuocare tu me in patriam Milo potuisti per hos, ego te in patria per eosdem retinere non potero? quid respondebo liberis meis, qui te parentem alterum putant? quid tibi Q. frater, qui nunc abes, consorti mecum temporum illorum? me non potuisse Milonis salutem ueri per eosdem, per quos nostram ille seruasset? at in qua causa non potuisse? quae est grata gentibus. a quibus non potuisse? ab his, qui maxime P. Clodij morte acquirunt. quo deprecant te? me. quod nam concepi tantum scelus? aut quod in me tantum fauans admisi Iudicis? cum illa inuidia communis exitij indagauit, patefecit, protuli, extinxi: omnes in me meosq; redundant ex illo fonte dolores: quid me redum esse uoluitis? an ut inspectante me expellerentur hi, per quos essem restitutus? nolite, obsecro uos, pati, mihi acribiorem redditum esse, quam fuerit ille ipse discessus. nam qui possum putare me restitutum esse, si distrahor ab ijs, per quos restitutus sum? Vtinam diij immortales fecissent (patre tua patria dixerim: metuo enim ne scelerate dicam in te: quod pro Milone dixam pie) ut P. Clodius non modo uiueret: sed etiam praetor, consul, Dictator esset: ante quam hoc spectaculum uiderem. O diij immortales, forem & a uobis Iud. conseruandum uirum. Minime, minime, inquit: imo uero poenas ille debitas luerit. nos subeamus, si ita necesse est, non debitas. Hicne uir patriae natus, usquam nisi in patria morietur? aut si forte pro patria, huius uos animi monumenta retinebitis: corporis in Italia nullum se pulchrum esse patiemini? hunc sua quisquam sententia ex hac urbe expellet, quem omnes urbes expulsam a uobis ad se uocabunt? O terram illam beatam, quae hunc uirum exaperit: hanc ingrati, si eiecerit: miseram, si amiserit. sed finis sit: neq; enim praelachrymis loqui possum: & hic se lachrymis defendi uetat. uos oro obsecroq; Iudicis: ut in sententijs ferendis, quod sentietis, id audeatis. uestram uirtutem, iulisti in fidem (mihi credite) is maxime probabit, qui in iudicijs legedis, optimu et sapientissimu quemq; legit.

¶ Est enim amplificatio, ut inquit Cicero. In partitionibus. ¶ Et sic se, ut inquit Cicero, res habet: me mea, te tua delectant. Cicero quita Tusculana de Dionysio Tyranno loquens. Musicorum uero, inquit, perstudiosum accipimus: poetam etiam tragicum, quam bonum, nihil ad rem. In hoc enim genere, nescio quo pacto, magis quam in alijs, suum cuiq; pulchrum est. Adhuc neminem cognoui poetam, & mihi fuit cum Aquinio amicitia, qui sibi non optimus uideretur. Sic se res habet, te tua, me delectat mea. Non ita dissimile his est, quod idem Cicero habet de amouo quarto libro

A ij epistolary

Me mea, te tua delectant.

Suum cuiq; pulchrum.



epistolarum ad Attiam: Accipe à me, inquit, ἡγεμονικὸν θεώρημα rerum earum, in quibus sumus exerātati satis. Nemo unquam, neq; poeta neq; orator fuit, qui quenuquam meliorem se arbitraretur. Hoc etiā malis contingit. quid tu Bruto putas ingenioso & erudito? de quo iam experti sumus. Nuper in edicto scripseram rogatu tuo. Meum mihi placbat, illi suum. Quinetiam cum ipsius precibus penē ad ductus, scripserim ad eū de optimo genere diandi: non modo mihi, sed etiā tibi scripsit, sibi illud quo d mihi placet non probari. Quare sine quēso quēq; sibi scribere: suam cuiq; sponsam, mihi meam: suam cuiq; amorem, mihi meum. Non sate. Hoc enim Attilius poeta durissimus. Hec Cato. Quem in modū et Plautus: Suus, inquit, rex regna placet: sua cuiq; sponsa sponso.

In Stico

## DE MATERIA DIALECTICAE.

¶ Materiam dialecticam esse questionem. Caput V.



INC igitur ea de quibus hoc libro dicturos nos praediximus exequamur, eo quo proposuimus ordine. Tria erant quibus differendi facultatem constare uoluimus, materia, instrumentum, & tractatus. Materia ordine est prima. primum ergo illa nobis explicetur. Ne quem fallat autem nominis huius ambiguitas, illud admonitum uelim, materiam artium quandoque dici id quod artibus docetur, & circa quod uersatur cura consideratioque illarum, quod & subiectum uocari priore libro diximus. sic materiam dialecticam possumus dicere argumentationem, ut plerique: uel ut nos, dictionem probabilem. quanquam parum haec ipsa diuertant. Dicimus etiam materiam artium id, in quod opus suum explicant, quemadmodum statuarij materiam dicimus aes, marmor, gipsum, ceram: omne id denique ex quo simulacrum aliquod aut imaginem effingere potest: & figuli materiam, lutum: & fabri, ligna. Lignis autem proprium est materij nomen. ab his enim ad reliqua similitudine traductum est. nosque in hanc significationem in praesentia de materia dialecticam quaerimus. ¶ Istam, quae sit, uidemur commodissime ex opere dialecticis posse perspicere. Si enim est opus illius, quod praediximus, probabiliter

Materiam  
artium dia  
bifariam.

babuliter dicere: quicquid id est, in quod hoc opus suum exerere & experiri possit, id uidebitur utique materia illius esse. Probabiliter autem dicere de omni eo quod in oratione deducitur, possumus, aut reuera probabiliter, aut quatenus res de qua dicimus permittit, quod cuiusmodi sit, praediximus. Omne igitur id, de quo ordine apteque ad fidem dici potest, id erit dialecticam materia. Quod si uno nomine complecti uolemus, haud erit difficile. De quocumque enim fidem conamur facere, id necesse est accipi tanquam dubium incertumque sit. nemo enim rem aptam, quatenus est aperta, sumit docendam: sed ut contendit de ea & ambigi possit. Quicquid autem tanquam dubitatum in medium profertur, id uocant quaestionem. erit ergo quaestio materia dialecticam. Nec inuenio quam illi certiorē aliam aut arctioribus circumscriptam terminis assignem.

¶ Scio tamen esse, quibus aliter uidetur, quorum non est dissimulanda nobis sententia. Hi putant, si tam late tendamus materiam dialecticam, ut de quocumque probabiliter possit dici, id subiiciamus curae ipsius: omnes fere artes aut superuacuas futuras, aut intra dialecticam ius possessi onemque uenturas. Omnes enim propemodum probabiliter de eo quod docendum sumpserunt, differunt. Nam eorum, quae necessaria & indubitata esse, possint a nobis comprehendere, non ita magna est copia: & si Academiae credimus, prorsus nulla. Id quod nemo negat, quae ad uitam moreque pertinent: quae item ad rerum naturae notitiam, nihil est quod non sit controversum, & magnis ingenijs omnes in partes iactatum. De his ergo omnibus probabiliter utcumque differuntur: quoniam necessaria non possunt. Si ne probabiliter quidem possent, nemo uel differeret ea, uel doceret. Quod si probabile dicimus, non modo quod ambigue & in utraque parte dici potest: sed ut, quod certius quicquam est eo p-

Dialecticam  
materiam esse  
quaestionem.

Obiectio contra  
praedicta.



habilius sit; & quod indubitatum sit, id maxime uideatur probabile: omnes artes quaecumque demum sunt, ex probabilibus constabunt. Quam singulae ergo de his rebus quas profitentur, probabiliter dicant, quid iam loci dialecticae de omnibus rebus dicendi relictum erit? Aut quid opus est per omnes ire nos diripi que artes, si quod cunctae polli-

*Aristoteles ad quot utile esse putauerit dialectican.*

centur, poterit dialectice sola prestare? Aristoteles itaque dialecticen tribus his utilem putauit, exercitationi differendi, confutando aduersario, & perbandis primis artium principijs eis, quae oportet qualibet artem uelut explorata certaque habere. Quia enim prima sunt, artes ipsae nequeunt ea probare, uelut praecedentia illas, & credenda discendi. Ab hac itaque uelut publica quadam omnium ministra, petendam eis fidem est arbitratus. In reliquo scientiarum progressu, nihil loci reliquit dialectica. Duos tamen libros, qui posteriorum resolutiorum inscribuntur, edidit, quibus ea complexus est, quae ad rationem tradendarum artium pertinent. Ergo quod attinet ad institutum nostrum,

*Sententia Aristotelis non quaestione dialectico uult propositam esse, sed id quod graeci dicunt, quod nos uel sciscitationem uel percontationem dicere possumus. plerique graeco maluerunt uti. Percontationem uult esse materiam.*

non quaestione dialectico uult propositam esse, sed id, quod *περίβλημα* graeci dicunt, quod nos uel sciscitationem uel percontationem dicere possumus. plerique graeco maluerunt uti. Percontationem uult esse id, de quo pariter, est ne, an non est, quaeritur. Ut, est mandus eternus an non: est ne sol maior tota terra an non: Id autem quod solum in unam partem effertur, ut ecquid est immortalis anima: ecquid uirtus est summum bonum: id *πρότασις*, hoc propositionem uocauit: & propositionem quidem non omnem dialecticam esse, sed eam solum, quae neque fidei prorsus, neque dubitationis sit experta, neque enim quaequam proponere, sit ne nix nigra: aut sit ne homo animal: nihil autem in percontatione & propositione interesse, nisi efferendi diuersitatem. Quibus colligere paratum est, Aristoteli uoluisse ea sola pertinere ad dialecticum,

*De quibus secundum Aristoteli differendum sit dialectico.*

de

de quibus ambas in partes differi posset, & ea posset uia, qua non essent certis artium finibus comprehensa. Dicamus ergo, quo pacto reliquae artes, & quo dialectice de rebus differit: & quid intersit, distinguamus. Primum constat, artes omnes paulatim & per incrementa repertas esse, neque quisquam idem, artem aliquam reperit & absoluit. Prima autem initia a sensuum obseruatione profecta sunt, ut cum uiderent homines aliquod iterum tertioque & sapius iterum fieri, experimento sumpto, ausi sunt tandem affirmare, prorsus sic se rem in omnibus habere. Ut cui primum curae fuit scrutari rerum naturam, cum uideret plantas animaliaque non nisi e semine procreari: deinde ducto per radices humore, aut cibo per os hausto, augete: laterem nisi luto non excoqui, cinerem non fieri nisi ex aliquo quod ureret: sicque reliqua, quaecumque gignerentur, prius aliquid ex quo fierent habere, tanquam firmum exploratumque demum constituit, nihil ex nihilo gigni. Simili uia collegit, etiam omnia quaecumque sunt, efficietis alicuius uel fieri. Deinde cum per singulas res duceretur animus eius, uelletque etiam naturas proprietatemque uniuscuiusque perquirere, ad communia illa rediens, quae iam ueluti leges fixerat, conferensque illa cum singulis, ratiocinando, reputando, colligendo (id est, quod argumentari dicimus) fidem de unaquaque sumpsit, & ambiguitates explicuit. Illa ergo, & quae secutus est uelut firmamenta inquisitionis suae, & quae ex illis collegit, propria sunt instituti artisque suae: uia autem & ratio colligendi parandaque fidei, ad dialecticum spectat. In commune enim dialectice ostendit ea, quibus inspectis & animo pertractatis, promptum sit inuenire fidem de eo quod quaerimus. Ut uerbi causa, dialectice dicit inspiciendam in argumento inueniendo esse substantiam rei, & causas, & euicta, & quae reliqua in locis descripsimus, quate-

nusque

*Dilutio obiectionis praedictae, explicans quomodo ad dialecticum spectet probabiliter de omnibus dicere, et quomodo ad scientias alias.*



nusq; facit is qui differit, munere illius utitur. Quæ sit autem definitio rei propositæ, quæ causæ, quæ euenta: ea oportet ex proprijs artibus rei cuiusq; depromat. Rursus uero, in uniuersum quid definitio, & quo pacto definiendū, quid item genus, quid species, quid causæ, quid euenta, & reliqua id genus, non est dialectices explicare: sed eius scientiæ, quæ prima rerū principia tractat, quam Methaphysicē dicunt, a qua dialectice mutuatur ista, quia ad inueniendi rationem sunt accommodata. Vtq; dicat, quid sint ista, aliena tamen id facit fi-

*Longe a litera dialecticā temporis nostri.*  
*Verum id hodie asserūt penē omnes.*

deratio rerum iudiciūq; penes illam est. Non uidentē itaq; satis exacte satisq; perspecte dialectices descripsisse officium, qui dixerunt id esse, definire, diuidere, uerū a falso discernere. Priora em̄ illa (ut dicimus) metaphysices sunt opus: hoc posterius, omnium est artium commune. Dialectice differendi probabiliter rationem tradit, hoc est, instrumentum tantum ueri falsiq; discernendi, cuius usu ministerioq;, expeditius cūcti artifices, quid ueri aut falsi sit in rebus sibi propositis, explorent. Quod si tamen uolumus istud accipere ita, ut sit discernendo uero & falso destinata: non abuerim id quidem, non ut ipsa discernat, hoc est iudicet, (hoc enim singularum est artium) sed ut instrumentum præbeat, sine quo, nullo pacto ista discerni possint.

*Obiectio altera.*  
*Responsio ad eā obiectiōne*

¶ Quid ergo, dicit aliquis. Nonne & ante inuentam dialecticem fuerunt artes, & disputatum est, & inuentum est uerum: & nunc quoq; quotusquisq; eorū qui disputant dialecticem tenet? ¶ Non est quod negē hæc ita esse. Illi tamen, quod dialectice docet, & faciunt & fecerunt; multo commodius, si hanc didicissent, fortasse facturi. Quemadmodum & ante traditam rhetoricen disertis uiri fuerunt: & priusq; literis comprehensa est musice, cecinerunt homines; nec Hippocrates, ut primus in artis imaginē medicinā coegit, sic & primus cognouit

uit morbū, profutura meditato est, agrū leuauit. Facta sunt hæc antequam artes fierent, & ob id ipsum quod crebro sunt facta, longa recte secusq; factorū annotatione, artes esse cœpere. Prouenire deinde præclara ingenia, quæ dispersa colligerēt, cōfusa disponderent, explerent imperfecta, rudia perpolirēt, & oīa cōplecterent, non modo q̄ facta essent, sed quæ fieri etiā possent. Sic quod casus ante fuerat, cœpit deinde ratio esse. Et secutū est, ut non quia factū iā esset, aliquid debere fieri: sed quia deberet fieri, crederent esse faciendū. Qui priores ergo fuerūt artibus, similia his ipsis q̄ nunc p̄cipiunt, si quando recte fecerunt, secuti sunt. Sicut hodie pleriq; faciunt quod artis est, sed nō ex arte, (quippe quā nullā habēt) sed uel longa obseruatione, uel ingenij quodā p̄stanti uigore. Quāto rectius tñ, quanto melius expedirēt illa, si certa artium ratione ducerent. Duratura em̄ sæculis ingenia, & quibus nō præsentibus solū plaudāt, sed q̄ omnis posteritas miret, ea tū demū fiunt, q̄ties cū optima natura ars p̄fecta cōiungit. Sic quod dialectices est, inuenerunt argumenta homines, & errorē male inuentorū aliqui deprehenderunt: antea quā essent omnia præcepta illius in artis formā collecta. Aristoteles tamen, quicq; post eū alij instructi ea fuere, facile libris suis ostendunt, q̄ magnus sit usus eius, & q̄ tractandis oībus rebus accommodatus: utq; sine ea, nō solū singula de quibus in artium decursu dubitare, explicari nequirēt: sed ne artes quidem colligi possent, & in hæc quā accepunt redigi formā. Hæc est illa scientia, quā apud Ciceronē Crassus necessariā formandis artibus putat: quæq; cupit esse in iuriscōsultis, q̄ nō essent apud eos oīa actorū similia. Quæsitū est a Ticio, et Labeo ait, etiā Celsus respōdit, & apud Trebatium scriptū est. Ex eadē nota sunt definitiones illæ, Ius est scientia æqui & iniq;. Et, Iusticia est cōstās & p̄petua uolūtas. Et diuisiones itidē, Iuris, aliq̄



publicū, aliud priuatū. Et priuatū, in naturale, & gentiū, & ciuile diuidit. quasi ius publicū, necque naturale esset, necque gentiū, necque ciuile. Sed illis semper satis placuerunt sua, & iustior alioquin est eis uenia. quoniam ut doctissimus quisque fuit, ita maximis semper occupationibus distractus est, ne uel ocium pro olietis inueniendis suis haberet. Sed ut ad Aristotelem aliquando ueniam, quae artium finibus exclusit dialecticam: aptamque uel solam, uel maxime certaminibus disputationum credidit, paucis dicam quod sentio, quod sentio inquam, nam ille ueriora forsitan, ego tamen quod sentio. Equidem artium decreta, & disputationum contentiones, non inueniendi, non iudicandi ratione discreta puto. Ex eisdem enim locis hauriunt utraque haec argumenta, eadem expendorum argumentorum utriusque est uia. Cupit aequae qui docet, quae certat, probare quod sumpsit: sed ille reuera cupit, bona enim fide agit, & cum eo quae docendum se probet habet negocium: certator, probat quod dicit, si potest: si minus, satis habet, si modo uideatur probasse. uictoria enim spectat, quam si potest, uiribus auferre malit: quod si res negabit, artibus pugnabit, & insidias struet. Dolus enim an uirtus (ut inquit poeta) quis in hoste requirat: Ergo si ex uulgaribus, & longius petitis, nec satis constanter probabilibus, & saepe etiam in specie tamen probabilibus disputator probationes petet, id non ideo fieri credo, quia id lex disputandi postulet, nec enim quae tamen segnis conatus puto, ut cum posset certis exploratisque sententiam suam ueritatem ad infirmiora potius delaberetur. Sed quoniam talia ad disputandum sumunt plerumque, quae nequeunt aliter obtineri, & de quibus nihil potest satis probabiliter ad ueritatem dici, rerum haec est conditio, non disputandi ratio diuersa. Opus itaque habet undecumque datur praesidium petere: & ubi in re parum auxilium est, offundere tenebras aduersario: & huius ignorantiae probationis loco abuti. Non magis autem sunt dialectici ista, quam medici, qui sanandum pedum dolore laborantem suscepit: ubi uetus iam

morbis

*Contra sententiam Aristotelis superius expositam.*

morbis, & qui radices altius quam ut uelli possit egit, nulla ratione leuior fit, satis putat stuporem agris membrum inducere, utque huic pro sanitate est, non sentiri dolorem: sic certatori, pro probatione est, non intelligi fraudem. Si quis igitur cum eo aduersario contulit pedem, quae sit captionum omnium peritus, & contra quem nihil proficiant astus, redeundum est nimirum ad rem ipsam: quae si artibus comprehensa sit, ex his ipsis utique quae artibus de ipsa traduntur, argumenta ducemus. Da Aristotelem & Aristippum, de summo bono contendentes: da Chrysippum & Carneadem de comprehensionibus, id est, possit ne aliquid sciri: da reliquos in omni genere philosophos, de decretis suis ambigentes: an non hinc firmamentum roboremque disputationum suarum proment, quae editis eisdem de rebus (quisque pro captu suo) artibus forent inclusuri? Ut finem ergo faciam, si, quemadmodum prius ostendere conati sumus, dialecticis officium est, probabiliter dicere: ut de quocumque certissima & percepta maxime dicentur, licet ex medijs deducta sint artibus, ita maxime ex dialecticis instituto iureque fiet. Proximo loco erunt, quae ad haec arctissime accedunt. Subdola uero & captiosa, non magis ex dialecticis sunt ratione, quam monstra morbumque ex constitutione naturae. Materiam igitur dialecticis sciamus omne id esse, de quo probabiliter est differere, hoc est, quod proposuimus, quaestio omnis, quaecumque demum ea sit, dum tamen meminerimus, res, & de quibus & per quas differimus, ex singulis cuiusque artibus sumi: differendi autem ordinem rationemque, ad dialecticam pertinere. Sed quae sit materia dialecticis, & quod alijs afferat artibus, quodque ab eis accipiat, istis sit satis, & nimium etiam fortasse. Sed ignoscere aequum est paulo pluribus uerbis. Varie tractant haec, nec apud omnes conuenit, suntque fundamenta & uelut scopuli artis, ad quae reliqua diriguntur: reddenda idcirco de eis paulo exactius fuit ratio: nec enim ubi summa labat, possunt inter se partes consistere.

B ij



SCHOLIA IN CAPVT V

Quod & subiectum uocari priore libro diximus) Hoc dictū est libri primi capite deāmotertio. ¶ Lignis aut proprium est materię nomen. Id ex gr̄ca uocē diluādius apparet. Quam enim nos materiam, illi ὑλην uocant: unde nos sylum deduimus. Etiam si me non latet, eam materiam de qua hic agimus apud illos ὑποθεσίμ magis quā ὑλην diā. ¶ Quod cuiusmodi sit prædiximus. Libri huius capite secundo. ¶ Sāo tamen esse quibus aliter uidetur. Hæc obiectio nihilo plus uirū habet aduersus ea, quæ hoc capite docet Rodolphus, quā quæ de materia rhetorię primo libro de oratore disputat Crassus. Habet autem in summa hunc intellectum. Si dialecticā sola probabiliter disputare de omnibus docet, quorsum igitur cæteris nobis opus est artibus? Quorsum attinet, illas tanto eam labore perdiscere, si hac una instructi, credibile de re qualibet texere possimus orationem? Dilutio: Quāquam dialecticā uiam ac rationē tradit de omnibus differendi, non tamen hinc colligitur illud, cæteras artes omnes inutiles esse ac superuacuas. quādo fieri potest, ut res eadem, diuersa ratione spectatæ, diuersis etiā artibus subijciantur. Iam dialecticā in commune tantum uiam ac rationem parandæ de re quaq; fidei tradit: itaq; in uniuersum de rebus omnibus agit, ut nulli interim specialiter præcepta sua accommodet. Reliquæ artes, generalem hanc differendi rationem à dialecticā mutuantes, suis eam singulatim materijs applicāt. Verbi causa, Præcipit dialecticis, probationes rei cuiusq; esse petendas à finitione, genere, speciebus, proprio, toto, partibus, causis, euentis &c. quæ aut rei cuiusq; definitio sit, quod genus, quæ species, totū, partes, cause, euenta: id dialecticis specialiter non docet, sed aliunde petendū est. Ut si querās, sit ne anima mortalis an immortalis. hic rem ipsam peculiariter ad naturalē pertinere philosophū nemo ignorat. si quidē is naturas rerū scrutatur, is quæ interire res possint, quæ uē nō possint, peruehant ac docet: & quæcūq; de ortu & occasu rerum dicuntur, ea omnia suæ ditioni esse subiecta confirmat. Quorsum igitur eiusmodi in rebus opus est dialecticā? aut quis eius hic usus? Hic mirū, ut qua uia, quo modo, ipsi etiam physico hac de re differendum sit, uideamus. Docet ergo, primā pio intue dum esse, quid sit anima, quod eius genus, quæ formæ, quæ officia, quæ causa, quæ euentus, quæ ei accidat, quæ coherat, quæ pugnent. Deinde, hæc eadē querēda esse de morte, eaq; cū prioribus illis sic conferenda, ut quæ quibus cōsentanea sunt, quæ dissentanea, deprehendamus, atq; ita demum ex habitudine istorū, de themate proposito in hanc aut illā partem feramus sententiā. Hæc, inquam, dialecticæ in commune monet dispiaciendā esse, traditq; normas ac regulas quasdam, quibus cu filo quodam in hiscōponendis scernendisque ita dirigatur humana ratio, ne qua aberrare possit, neue pro cōsentaneis accipiat dissidētia: aut cōtrā, ea quibus probe inter se conuenit, credat dissentanea ac pugnantia esse. Verū enim uero quænam ea definitio animæ aut mortis sit,

Quaratione  
dialecticæ di=  
sputare docet  
de rebus omni  
bus.

fit, quod genus, quæ cause &c. in eius rei peruestigationem etsi generales aliquot præceptiones tradit dialecticæ, tamen specialiter ex ea peti ista non debent, sed à naturali philosopho. Ita fit, ut specialis quidē de rebus omnibus tractatio pertineat ad reliquas artes: quatenus uerò uniuersa sub unam communem quandam de eis differendi rationem cadunt, hæc tamen subiectæ dialecticæ sint. ¶ Aristoteles itaq; dialecticā tribus his utilē putauit. Habet quidem Aristoteles, dialecticā utilē esse ad tria. uerum his tribus quartum subiungit: quod tamen, autore Alexandro Aphrodisiaco, uelut partialia quædam tertij illius uideri potest. Iam Rodolphus, omisso tertio, quartū in locū eius subiecit. quæ res ei in causa fuit, cur diceret, dialecticā iuxta sententiā Aristoteles, ad primā modo scientiarū conducere, à reliquo artium progressu excludi. Quam illius sententiā non fuisse, facile docent nos uerba ipsius, quæ primo Topicorum libro habent ad hunc modum: ἐπόμενον δ' ἄρ' ἐκ τῶν εἰρημένῶν, ἐπιπέμ, πρὸς τὸ ἄ τε καὶ τὴν χρῆσιμος ἢ πραγματικά. Ἔτι δὴ πρὸς τρία, πρὸς γυμνασίαν, πρὸς τὰς γυμνασίας, πρὸς τὰς ἡλιφιλοσοφίαν ἐπισήμας. ὅτι μὴ δὴ πρὸς γυμνασίαν χρῆσιμῶν, δὲ αὐτῶν καταφανές ἐστι. μέθοδον γὰρ ἔχοντες, βῶν περὶ τῶν πρὸς τὸ ἐπιχερῶν δυνάμει. πρὸς δὲ τὰς γυμνασίας, δὴ ὅτι τὰς πῶν πολλῶν κατηρημένοι δόξας, οὐκ ἐκ τῶν ἀλλοτριῶν, ἀλλ' ἐκ τῶν δικίων δογματῶν ἐπιπέμ πρὸς αὐτοὺς, μεταβιβάζοντες ὅτι ἄρ' μὴ καλῶς φαίνονται λέγειν ἡμῖν. πρὸς δὲ τὰς ἡλιφιλοσοφίαν ἐπισήμας. ὅτι δυναμένοι πρὸς ἀμφοτέρω διαπορήσει, βῶν γὰρ ἐκάστοις κατοφόμει τ' ἀλλήλους τε καὶ τὸ μὲν. Ἔτι δὲ πρὸς τὰ πρῶτα πῶν περὶ ἐκάστη ἐπισήμῳ ἀρχῶν. ἐκ μὴ γὰρ πῶν δικίων πῶν ἡλιφιλοσοφίαν ἐπισήμῳ ἀρχῶν, ἀδ' αὐατρῶν ἐπιπέμ ἢ περὶ αὐτῶν, ἐπεὶ δὴ πρῶτα αἰ ἐρχαὶ ἀπάντων ἐστὶ. διὰ δὲ πῶν περὶ ἐκάστη ἀμφοτέρω ἀναγκῆ περὶ αὐτῶν διελεθῶν. τῶν δ' ἰδίου ἢ μάλιστα δικίων γὰρ διαλελυτικῶς ὅτιμ. ἐξετασικῆ γὰρ δύναμις, πρὸς τὰς ἅπασαν πῶν μεθόδων ἀρχῶν ὅτιμ ἔχει. Eis uerbis hoc diat, quæ in Topiis à se traduntur, ea conducere in primis ad tria. Primum, ad exeritationem differendi, qui enim methodum hanc teneat, cum facile de re quauis argumentari posse. Deinde, ad dextre conseruandum colloquendumq; cum uulgo & multitudine: cui si quid persuasum uelis, nulla id ratione effectū iri facilius, quā si omnis tua oratio duatur ex ijs, quæ ipsi uulgo uera esse uidentur: non, quæ ex intimis artium penetralibus de prompta, admiratur atius rudis multitudo quā credidit. Tertio, ad scientias eas, quæ philosophiæ nomine cōplecti solentur: quisquis enim hac facultate instructus, utraq; eius quo de agitur partem, credibilibus argumentis redere possit ambigū: cui facile quid in re quaq; ueri falsiue sit, perspecturum. Præter hæc aut, conducere ea & ad prima artium primāpia, eo q; hæc, ex eis quæ propria sunt artis cuiusq; probari nullo modo possint: sed ex credibilibus tantum, quorū

Aristoteles ad  
quæ utilē esse  
existimauerit  
dialecticā.



tractatum pertinere ad dialecticam. Porro totus hic locus Rodolphi est eiusmodi, ut intelligi plenè non possit, nisi adiuncto ei primo topicorum libro Aristotelis.

¶ Exeritationi differendi, confutando aduersario.) Quod habet Rodolphus, dialecticam secundo utilem esse confutando aduersario, id uulgo hodie ita diu consuevit, conducere eam ad obuiationem. aiuntq; obuiare aliud non esse, quam promptè resistere positioni respondentis per argumentationes probabiles. Aristotelis uerbum est. τὰς τὰς ἐν τεύχεσι. qua uox Alexander & Snydas significari putant, τὰς τὰς τοῦς πολλοῦς συνουσίαις, id est, cōuersatione, congressus, colloquiaq; cum uulgo & multitudine. Atq; hoc sanè intellectu nomen ἐν τεύχεω accipiendum hic esse, ipsius etiam Aristotelis uerba declarant, quibus secunda huius utilitatis reddit causam. ¶ Omnes artes paulatim per incrementa esse repertas.) Eiusmodi quiddam habet Quintilianus libri quinti capite decimo. Et Cicero itè primo libro de oratore. auius uerba paulò post in hoc ipso capite ascribemus.

¶ Nihil ex nihilo gigni.) Hoc rectè à ueteribus philosophis dictum esse, primo physicorū libro autor est Aristoteles. Attingit eandè sententiã, sed satyrico morso & Persius. De nihilo nihil, in nihilū nil posse reuerti. ¶ Rursum uerò in uniuersum præscribere quid sit definitio. Hæc non usquequaq; consona esse uidentur ijs,

An sit dialectica explicata, quid definitio, quid genus

¶ Cicero de dialectica habet quarto libro de finibus. Verū non hoc agit eo in loco sententiã Stoicã. Hodie arte quotquot dialecticam scribunt, ij & hæc sibi inter cætera explicanda sumunt, siue sua siue aliena id faciunt fide. ¶ Quid ergo? dicit aliquis. Nonne & ante inuentam dialecticam fuerunt artes? Ridendi sunt, q; eiusmodi strophis, rudibus interim auditoribus persuadere conantur, esse inutiles artes. Quia de re legere est quædã non inutelia apud Quintilianum libri secundi capite decimo octauo. Rodolphi solutio huc spectat, non esse superuacuas artes, etiam si qui extiteret fortassis, qui sine arte id quod est artis fecerunt. Nã ut non sint ne cessariae illis, inde tamen non colligitur, cæteris quoq; eas necessarias non esse. Non omnia (inquit poeta) possumus omnes. Et quod illis albæ gallinæ filijs indulsit parens natura: id si nos pulli uiles consequi cupimus, artem in auxilium nobis adhibeamus oportet. Ut terrarum, ita ingeniorum mira diuersitas: & pratorum, alia genuinum insitūmque humorem habent, alia nisi deductis aliunde aquis irrigari non possunt. Notum est græcum illud, οὐ τὰς τὰς ἀνθρώπων. Quam tu differendi facultatem acceptam refers benignitati naturæ, ea mihi & similibus mei non nisi arte & labore contingit. Ego tuam istã felicitatem non inuideo tibi, sed & tu mihi ignoscas inuicem uelim, si quod ingenio deest, id studeam sarare industria. Quamquam et felicitioribus illis, quanta ad felicitatem istam suam fieret accessio: si manus hoc à parente natura datū, artis adiunctione reddere mallēt illustrius, quam inerte obscurare. Quilibet ferax sit ager, feratorem tamen eū reddere potest agricola,

la, si diligenter colat, si fimo & pingui illa terra, quam margam Plinius uocari ait, obducat. Disserunt (são) etiam sine arte non infelicitarij, quos eo munere dignata est natura benignior: quanto tamè expeditius, quanto artius idem facturi, si tenerent & artem? Ergo, ut initio dixi, non est putanda superuacua ars, etiam si fortè unus et item alter, id quod ars docet, à tra adiutorium artis potuerit efficiere.

¶ Facta sunt hæc antequam artes fierent.) Eiusmodi quiddam & apud Fabiū esse diximus, libro quinto, capite de argumentis. ¶ Quanto rectius tamen, quanto melius expedirent illa.) Sic Cicero de bonorum & malorum finibus libro quarto.

Quod etsi ingenijs magnis præditi quidam, dicendi copiã sine ratione cōsequuntur, ars tamen est dux certior quàm natura. Aliud est enim poetarum more uerba fundere: aliud, ea quæ diis, arte & ratione distinguere. ¶ Hæc est illa sciẽtia, quæ apud Ciceronem Crassus necessariam formandis artibus putat.) Crassus apud Ciceronem primo libro de oratore, ostensurus iuris ciuilis cognitionem necessariam esse oratori, neq; tantam eius difficultatem esse, quanta plerisque esse uideatur, inter cæsaria formã cætera etiam hæc diat: Et quoniam de impudentia dixi, asligemus etiam segnitie dis artibus.

hominum atq; inertiam. Nam si esset ista cognitio iuris magna ac difficilis, tamen utilitatis magnitudine deberet homines ad suscipiendum discendi laborem impellere. Sed ò dii immortales, non dicere hoc audiente Scaeuola, nisi ipse dicere soleat, nullius artis faciliorem cognitionem sibi uideri. Quod quidẽ artis de causis à plerisque aliter existimatur. Primum, qui uetres illi, qui huic scientiæ præfuerunt, obtinende atq; augende potentiæ suæ causa, peruulgari artem suam noluerunt. Deinde posteaquam est editū, expositis à Cn. Fabio primum actionibus: nulli fuerunt, qui illa artificiose digesta, generatim componerent. Nihil est enim, quod ad artem redigi possit, nisi ille prius, qui illa tenet quorum artem instituire uult, habeat illam scientiam, ut ex ijs rebus, quarum ars nondum sit, artem efficiere possit. Hoc uideo, dū breuiter uoluerim dicere, dictum à me esse paulò obscurius. sed experiar, & dicam si potero planius. Omnia serè quæ sunt cõclusa nunc artibus, dispersa & dispersa quondam fuerūt, ut in musias, & numeri & uoxes & modi: in geometria, lineamẽta, formæ, intrusilla, magnitudines: in astrologia, cæli cõuersio, ortus, obitus, motusq; siderum: in grammatiã, poetarum pertractatio, historiarum cognitio, uerborum interpretatio, pronuntiãdi quidã sonus: in hac deniq; ipsa ratione dicendi, excogitare, ornare, disponere, meminisse, agere, ignota quodã omnibus & diffusa late uidebantur. Adhibita est igitur ars quædam extrinsecus, ex alio genere quodã, quod sibi totum philosophi assumūt: quæ rē disolutã diuisamq; conglutinaret, & ratione quadam constringeret. Hæc eo in loco Crassus.

¶ Quod autem ars ea, quam extrinsecus alio quodam ex genere adhibitam diat, sit dialectica: id ex alio eiusdem autoris opere facile ostendi potest, quod de claris tribuitur oratoribus. ubi de Seruio Sulpitio loquens, hunc in modum Bruto iterroganti

Ars certior quàm natura.

Dialectica neq; utilitatis magnitudine deberet homines ad suscipiendum discendi laborem impellere. Sed ò dii immortales, non dicere hoc audiente Scaeuola, nisi ipse dicere soleat, nullius artis faciliorem cognitionem sibi uideri. Quod quidẽ artis de causis à plerisque aliter existimatur. Primum, qui uetres illi, qui huic scientiæ præfuerunt, obtinende atq; augende potentiæ suæ causa, peruulgari artem suam noluerunt. Deinde posteaquam est editū, expositis à Cn. Fabio primum actionibus: nulli fuerunt, qui illa artificiose digesta, generatim componerent. Nihil est enim, quod ad artem redigi possit, nisi ille prius, qui illa tenet quorum artem instituire uult, habeat illam scientiam, ut ex ijs rebus, quarum ars nondum sit, artem efficiere possit. Hoc uideo, dū breuiter uoluerim dicere, dictum à me esse paulò obscurius. sed experiar, & dicam si potero planius. Omnia serè quæ sunt cõclusa nunc artibus, dispersa & dispersa quondam fuerūt, ut in musias, & numeri & uoxes & modi: in geometria, lineamẽta, formæ, intrusilla, magnitudines: in astrologia, cæli cõuersio, ortus, obitus, motusq; siderum: in grammatiã, poetarum pertractatio, historiarum cognitio, uerborum interpretatio, pronuntiãdi quidã sonus: in hac deniq; ipsa ratione dicendi, excogitare, ornare, disponere, meminisse, agere, ignota quodã omnibus & diffusa late uidebantur. Adhibita est igitur ars quædam extrinsecus, ex alio genere quodã, quod sibi totum philosophi assumūt: quæ rē disolutã diuisamq; conglutinaret, & ratione quadam constringeret. Hæc eo in loco Crassus.

Artes quomodo paulatim inuentæ.



ganti respōdet. Sic enim inquā Brute existimo, iuris aūilis magnum usum & apud Scæuolam & apud multos fuisse: artem in hoc uno. quod nūquam effēssēt ipsius iuris sciētia, nisi eam præterea didicisset artem, quæ doceret rem uniuersam distribuere in partes, latentem explicare definiendo, obscuram explanare interpretando, ambigua primū uidere, dein distinguere: postremo habere regulā, quæ uera & falsa iudicarentur, & quæ quibus propositis essent quæq; non essent cōsequētia. Hic enim attulit hanc artem omnium artium maximā quasi lucem ad ea, quæ confuse ab alijs aut respondebantur aut agebantur. Dialecticā mihi uideris dicere inquit. Recte inquam intelligis: sed adiunxit etiam & literarum sciētiā, & loquēdi elegantiam, quæ ex scriptis eius, quorum similia nulla sunt, faillime perspicua potest. Hactenus Cicerō. Atq; hinc faale intelligi potest id quod ait Rodolphus, dialecticā esse sciētiā illam, quā Crassus necessariā esse putet formandis artibus, quāmq; apiat esse in iurecōsultis. (Quo non essent apud eos omnia actorū similia.) Quæ in senatu, in synodis, cōalijs, aut alijs quibuslibet cōuētibz acta fuissent, ea sic conscribi ac memoriæ prodi solebant, ut sententiæ atq; sui autoris nomen præponeretur. Cuius rei formam uidere est apud D. Cyprianū, in libello cui titulus est, de ijs qui apud hereticos aut sismaticos baptizantur. Polyxarpus ab Adriano meo dixit, Qui hereticorum baptisma probant, heretias communicant. Pollianus à Mileo dixit, Censeo hereticam baptizari in ecclesia sancta. Quæq; alia huius generis in eodem libro leguntur. ut Martyr Saluianus à Gazanfala dixit, Confessor & martyr Cyprianus à Carthagine dixit. Marcellus à Zama dixit &c. Quem etiam in modum scriptum est ius aūile. ubi nomenclaturis eorum, qui uel dixerint uel scripserint aliquid, occupata sunt oīa. Vlpianus, Marcellus, Iulianus, Celsus, Paulus, Modestinus, Pomponius, Papinianus. Iam et iureconsulti ipsi, alij aliorum responsa nominatim scriptis suis solent inserere. Quæ ex nota sunt illa, Herennius Modestinus respondit, Diuus pius piscatoribus Formianis et Capuanis rescripsit, Iulianus scribit & alij pleriq; consentiunt. Ut Trebatio uidetur, Item Labeo scribit, Solui mandatū Labeo ait, Paulus respondit. Quem illo morem in epistola quadam ad Trebatium iureconsultum obiter suo more taxat & Cicerō: Hoc (inquit) quæ admodum uos scribere soletis in uestris libris, idem Cornelio uidebatur. Neq; ita longe hinc distidēt, quæ apud eundem Ciceronem secundo de oratore libro aduersus iureconsultos stomachatur Antonius, In quo etiam isti nos (inquit) iureconsulti impediunt, à discendoq; deterrent. Vi deo enim in Catonis & in Bruti libris, nominatim ferē referri, quid alia de iure uiro aut mulieri respōderit: credo, ut putarem in hominibus, non in re, consultationis aut dubitationis causam aliquam fuisse: ut cum homines essent innumera-biles, debilitati à iure cognoscendo, uoluntatem discendi simul cum spe perdiscendi abijceremus. Sed hæc Crassus nobis expedit, et exponet descripta generatim. Est enim

Quaratione  
dicit Rodol-  
phus omnia  
pud iurecōsul-  
tos esse actorū  
similia.

enim, ne forte nescias, heri nobis ille hoc Catulle polliatus, se ius aūile, quod nunc diffusum & dissipatum est, in certa genera coacturum, & ad artem faale redacturum. (Quæsitum est à Titio, & Labeo ait, etiam Celsus respondit.) Formulæ sunt, excerptæ ex iure aūili: quibus et similibus fit, ut omnia illic uideantur actorū similia. (Ius est ars equi & iniqui.) Celsus iureconsultus ius finiuit hoc modo: Ius quō finiat. Ius est ars boni & equi. ff. de iustitia & iure. Quæ finitionē multis uerbis expli-catur à Celfo. ait Gulielmus Budæus primo libro annotationum in pandectas. (Iustitia est cō- stans & perpetua uolūtas.) Vlpianus non postremus inter iureconsultos, eo quæ sit ex sententiā modo diximus titulo. I. Iustitia, hunc in modum iustitiam finiuit: Iustitia est constans Vlpiani. & perpetua uolūtas, ius suum uniauiq; tribuens. Cicerō primo libro de oratore: Quomodo ius sit ergo in iure aūili (inquit) finis hic: legitime atq; iustitæ in rebus ausisq; aūiū fini at Cicerō. æqualitatis cōseruatio. Idem secundo rhetoriarum: Iustitia (inquit) est habitus. Quomodo idē animi, communi utilitate cōseruata, suam auiq; tribuens dignitatem. Cur Rodol- pho minus placet finitiones iureconsultorum, eius rei hanc ego causam esse opi- nor, q; parum liqueat, quæ ratione uel ius ars esse dicatur, uel iustitia uolūtas. Atq; illi etiam ipsi, quorum glossemata extant in pandectas, mirum quā hic sus- dant in explicandis utrisq; dum uix constituere possunt uel illud, quodnam ius, quæ uel iustitia hinc finitionibus describatur. (Iuris aliud publicum aliud priua- tum, Et priuatum, in naturale, & gentiū, et aūile diuiditur.) Miretur aliquis, quid sit quod in hisce diuisionibus reprehendendum putet Rodolphus: præsertim cum sit earum autor idem de quo dixi iam Vlpianus, iur maior, quā à cuius sententiā, hac utiq; in re, temere sit recedendum. Verum enim uero dialecticorum præceptum est, partes diuisionis auiusq; eiusmodi esse debere, ut ne de pluribus diā queant, quā ipsum illud quod diuiditur. Iam si ius publicum, ius est, id ærte aut naturale, aut gentium, aut aūile ius sit oportet. quo fit, uti partes quidem posterioris huius diuisionis de iure publico uere dicantur: ipsum aut quod diuiditur, nequaquam. Atq; hoc esse illud quod suggillandum existimauit Rodolphus, ipsius quæ conti- nuo subiungit uerba ostendunt. Quasi (inquit) ius publicum, neq; naturale esset, neq; gentium, neq; aūile. (Sed ut ad Aristotelem aliquando ueniam, qui artium finibus exclusit dialecticā.) Non uideo equidem, quomodo Aristoteles dialecticā artium finibus excluserit, cum inter cætera noui τὸς ἡδὲ φιλοσοφίᾳ ἐπι- σήμας eam aiat conducere. Quamquam negari illud non potest, ea quæ in topiis præcipit, magis ad conflictus illos & certamina disputantium, quā aliō pertine- re. Quod cū dictū uideri possit obscurius, experiar si quo modo planius idem diā queat. Id quod supra uires non erit, si initio meminimus, neq; rhetoricæ neq; dialecticæ nomen eodem semper intellectu solere accipi. Et enim uetres illi ita ferē hinc uocabus usi sunt, uti eos modo rhetoras appellarent ac dialecticos, quorum il- li in foro agerent causas, hi in schola ac umbra de communibus thematicis disputa- rent;

Diuisio iuris  
secūdam Vlpiani  
anum.  
Quid in his di-  
uisionibus re-  
prehendendū  
putet Rodol-  
phus.

Dialecticæ ne-  
men bifariam  
sumi.



Quomodo in-  
telligendū di-  
scrimē illud,  
quod quā esse  
dicūt inter dia-  
lecticā & rhe-  
toriam.

rent: ac proinde dialecticā etiam & rhetoricā, eas intelligerent facultates, qui-  
bus ij, in suo utriq; campo instructi, in certamen descenderent. Quem in modum  
hęc nomina certum est usurpasse & eos, qui perpetuam orationem ad rhetoricam,  
conāsam ad dialecticam pertinere dixerunt. neq; aliud quicquam interesse inter  
dialecticā & rhetoricā, quā si manum eandem, primum in pugnum compri-  
mas, deinde rursus explias ac diducas. & rursus, dialecticorum theses, & rhetorū  
materiam esse hypotheses. Quāquam enim ij qui in foro agunt, inter agendum  
sepenumero à personis ac ceteris arcūstantijs quæstionem abducunt, atq; plus  
nonnūquam ope in thesium quā in hypothēsū explicatiōe insumūt, tamē id quod  
initio proponitur, nūquam thesis, sed hypothesis est. Quā de re explicatius paulō  
post, capite octavo & duodecimo. Interim illud, esse & alium intellectum nominū  
istorum, secundum quem artes istas cōmunes quasdam omnium artium ministras  
appellare solemus, propterea, q̄ quem admodum grammaticā in commune præscri-  
bit, quā ratione, non in hac modo aut illa materia, sed de omni re emendate loqua-  
mur: ita hæc due, altera quo mō probabiliter, altera quo modo polite atq; ornate  
dicere de re quaq; possumus, expediunt. Atq; hac notione hæc nomina usurpat  
Rodolphus: neq; alius eorum usus est, cum diāmus tris esse artes quæ uersentur  
circa sermonem, grammaticā dialecticā & rhetoricā. Ergo quæ in topiās Ari-  
stoteles docet, ea tametsi possent etiā alijs utantq; disciplinis accommodari, tamen  
ex professo ei dialecticō instituendo destinata sunt, quem secundum priorem illam  
notionem hoc nomine significari diximus. Sed de his in sequētib; plurā. ¶ Equi-  
dem artium decreta et disputantium contentiones. ¶ Quod ad inuentionem, inquit,  
& ad dijudicationem pertinet argumentorum, nihil interest inter conflictus illos  
disputationum & decreta artium. Quōārsi ad certamina illa gymnasiōrum uti-  
lis dialecticæ erit, eadem nimirum & ad artes ipsas conduat. ¶ Dolus enim an  
uirius quis in hoste requirat? Verba sunt Coræbi secundo Aeneidos. ¶ Da Ari-  
stotelem & Aristippum de summo bono contendētes. ¶ Quorum ille in contempla-  
tione, hic in uoluptate summum inesse bonum existimabat. Fuit autem Aristippus  
philosophus Cyrenēsis, auditor Socratis, de quo multa apud scriptores leguntur.  
Primus fuit Socraticorum qui mercede docuerit. Ad Dionysium illum Syracusanū  
profectus, mira quadam dexteritate in aula uersatus est. Cum aliquando expu-  
isset in eum Dionysius, idq; tametsi ipse patientissime ferret, tamen indignarentur  
quidā (ut fit) ex amicis, Quid? piscatores (inquit) aqua marina totos se madesieri  
non reasant, ut exiguum capiant gobium: & ego ut balenam ingentem capiam, uino  
paulum diluto leniter aspergi non feram? Quā ex re ansam arripuit Diogenes  
Cynicus, ut eum diceret esse regium canem. Quodā tempore eū olera lauans idem  
Diogenes, in prætereuntem Aristippum hisce uerbis auillatus esset, Si hæc edere  
didicisses Aristippe, non uersareris in aulis regū: At tu, inquit ille, si uiuere didi-  
cisses

Aristippus.

asses cum regibus, olera nō lauares. Notus est hac de re locus Horatij in epistolis.  
¶ Da Carneadem & Chrysippum de comprehensionibus. ¶ Comprehensiones uo-  
cat τὰς καταληψεις, quarum iam semel atq; iterum facta nobis est mentio. Porro  
Stoici inter quos uel primas tenebat Chrysippus, ex comprehensionibus istis apte  
inter se collatis cōparatisq; artes fieri aiebāt. At Carneades noua Academia erat,  
quibus ἀκαταληψία illa sua tam impēse placbat, ut negarēt omnino quicquā sari  
posse. Cuius rei sepe faat mentionem Cicero, cū in libris de bonorum & malorum  
finibus, tum quarto libro Academicarū quæstionū. Quin uero & secundo libro de  
natura deorū, Quæ Luilius Balbus ad Cottam Academicum, Quanta uero (inquit)  
illa sunt, quæ nos Academia infirmatis, quod & sensibus & animo ea quæ extra  
sunt perapimus & comprehendimus. ex quibus collatis inter se & comparatis  
artes quoq; efficiamus, partim ad usum, partim ad oblectationē necessarias. Et rur-  
sum tertio libro de oratore: Reliqui (inquit Crassus) sunt Peripatetici & Academi-  
ci. Quāquam Academicorum nomen est unum, sententiæ due. Nam Chrysippus  
fororis Platonis filius, & Xenocrates qui Platonem audierat, & qui Xenocrate  
Polemō & Crantor, nihil ab Aristotele, qui unā audierat Platonem, magnopere  
differunt, copia fortasse & uarietate dicendi pares non fuerunt. Araxilas pri-  
mū, qui Polemonem audierat, ex uarijs Platonis libris sermonibusq; Socratiās  
hoc maxime arripuit, nihil esse certū, quod aut sensibus aut animo perapi possit.  
quem ferunt eximio quodā usum lepore dicendi, aspernatum esse omne animū sen-  
susq; iudiciū: primūq; insituisse, quānq̄ id fuit Socratiā maxime, non quid  
ipse sentiret ostēdere, sed contra id quod quisq; se sentire dixisset disputare. Hinc  
hęc recentior Academia emanauit, in qua extitit diuina quadam celeritate ingenij  
dicendiq; copia. Carneades. cuius ego etsi multos auditores cognoui Athenis, tamen  
autores artissimos laudare possum, & sororum meum Scaeuolam, qui cum Romæ  
audiuit adolescens: & Quæ Metellum L. F. familiarem meum, clarissimum uirum:  
qui illum à se adolescente, Athenis iam affectū senectute, multos dies auditum esse  
dicebat. Hactenus ille. Vt autē & de Carneade pauca dicamus, philosophus hic  
noua Academiae fuit, uolēta & (ut Polibij apud Gellium uerbis utar) rapida qua-  
dam faciendia præditus, tanta dicendi uir, ut Cicero autor sit, nullam ab eo unquam  
causam defensam fuisse, quam non probarit: nullam oppugnatam, quam non euer-  
terit. Cum Chrysippo disputaturus, elleboro (inquit Valerius Max.) se purgabat  
ad exprimendum ingenium suum attentius, & illius refellendum acrius. quas poti-  
ones industria solide laudis cupiditas appetendas affectat. Chrysippus (ut modo di-  
xi) philosophus Stoicus, octogesimo ætatis suæ anno decedens, aptum ante quadra-  
gesimum, λογικῶν, exactissimæ subtilitatis uolumen reliquit. cuius studium in tra-  
ctandis ingenij sui monumentis tantum operis laborisq; sustinuit, ut ad ea quæ  
scripsit penitus cognoscēda, longa uita sit opus. Hęc ad uerbū Valerius Max. li-  
C ij bro

Cōprehensio-  
nes stoicorum.

ἀκαταληψία  
Academicorū.

Academia due-  
plex, uetus &  
noua.  
Academia  
noua.

Carneades.  
Gell. li. 7.  
ca. 17.  
Cicero de ora-  
tore.  
Valerius li. 8.  
cap. 7.  
Chrysippus.



bro octauo, capite de studio & industria. Mira in eo fuit subtilitas differendi. Dicere solebat, sui animam datam esse pro sale: et sapienti, quamuis nulla re egeret, tamen multis illi rebus opus esse: contra stulto, etsi nullis rebus sit opus, multis tamen cum egere. ¶ Et uelut scopuli artis. ¶ Scopulum non semel in hoc opere uocat Rodolphus, quo nos scopum dicere solemus.

Quid questio, quot modis eius sumatur diuersitas, quot fecerit Cicero, quot Aristoteles. Trium earum questionum quas fecit Cicero, postremam tantum ad forum spectare, reliquas duas in iudicia afferri non posse. Caput. VI.



Questio igitur, quoniam circa eam omnis differentis uersatur labor, quid sit, & quae species partesue illius, & quomodo inuenienda (nam & in hoc nonnunquam laborat) explicemus. ¶ Questionem Boetius definiuit esse dubitabilem propositionem, Quod si propositio est id, quod hoc nomine praediximus Aristotelem accipere, non inuenio equidem, quid inter questionem & propositionem intersit, ut uideatur Boetius pro genere quod idem sit posuisse. Sin propositionis nomen capimus, ut uulgo nunc accipitur, pro eo, quod Aristoteles ἐξ μιν εἶναι, Cicero pronunciatum interpretatus est, non omnis dubitabilis propositio est questio. Haec namque uirtus est summum bonum, solus sapiens est diues, dubitabiles quidem propositiones erunt: quaestiones tamen non sunt, affirmant enim aliquid: qui quirit autem, nihil affirmat. Rectius uel explicatius utcumque uidebitur dici, questio est cum interrogatione elata oratio. Ut, utrum uirtus sufficiat ad bene uiuendum: utrum consummata uirtus uoluntate an opere constet: ¶ Diuiduntur autem quaestiones non uno tantum modo. Namque & pro rerum de quibus quaeritur differentia, & pro diuerso modo quaerendi, & pro artium ad quas pertinent diuersitate,

Quid questio secundum Boetium.

Scipio  
i. propositio

Quid ex sententia ipsius Rodolphi.

Trifariam quaestiones sumi diuersitate.

te, aliae sunt atque aliae quaestionum diuisiones, quae cuiusmodi sint, ordine prosequamur. ¶ De rebus quaerimus primum, sint ne omnino necne sint. Ut, sit ne anima. Antea enim quam esse res detur, nihil est quod ulterius possit quaeri. Primum enim omnium quod cogitationi notitiaque nostrae ulla de re obijcitur, est esse. Quo fit, ut haec prima sit questio, & quam nulla alia queat praecedere. Quinctiam si de his quae non sunt suscipiatur nobis aliqua disputatio, quae ad hanc quaestionem non pertinet, fingimus semper hanc praecessisse quaestionem, & tanquam de existentibus differimus: ideoque suspensi semper ex ea conditione, si res sit, agimus: quam ubi abstulerimus, mox omnia quae huic uelut fundamento incumbebant corruunt. At ubi rem esse per se sum est, proximum est quaerere de substantia eius, hoc est, quid res sit. Ut sit ne id ipsum anima, quod uis illa qua cuncta uiuunt, quod definitione explicatur. Ea quid sit, superiore libro diximus. Deinde iam quaerimus ea, quae circa uel extra substantiam rei sunt. Ut, sit ne anima indiuisibilis. Utque etiam sint intra substantiam eius, non tamen id agimus quaestione, ut id exquiramus, ut qui quaerat, sit ne anima uis illa qua cuncta uiuunt, potest hoc quaeri sic, ut inuestigetur, sit ne id uerum an non, deinde, ut uerum sit, reliquum adhuc est, sit ne haec animae definitio. Tria haec quaestionum genera Cicero uocauit, primum quidem an sit, secundum quid sit, tertium quale sit. Et qui rhetorica post Ciceronem scripserunt, Quintilianus utique & Hermogenes hanc diuisionem sunt secuti. ¶ Aristoteles tribus his quartum addidit genus, quod uocauit propter quid. Ut sit ordo quaestionum, uerbi causa, de deo quaerimus primum, an sit deus. Quod si negetur, nihil est, quo ulterius progrediamur: sin detur, tum quaerimus, quid est. Id ubi constiterit, tum qualis est, ut sit ne aeternus. Quod ubi acceptum

Tria quaestio-  
num genera iue-  
xta sententiam  
Ciceronis.

Quatuor  
genera de rebus  
ex sententia  
Aristotelis.



est, tū postremū, propter quid sit æternus, quā quæstionē, si Ciceronē  
 autorē sequimur, ad quale est redigemus. Si enim explicetur hæc quæ-  
 stio, ut si quæretur, propter quid deus est æternus, dicaturque, quoniā  
 quod est, ex se ipso habet, si de hoc differere uolemus, hæc erit quæstio,  
 sit ne habere esse a se ipso causa æternitatis dei; uidebitur nimirū hæc quæ-  
 stio de qualitate esse, quoniā esse causam uel non esse, qualitas (ut nos  
 iam de qualitate loquimur) uidetur. ¶ Quod autem Cicero tria hæc  
 quæstionum genera, de ciuilibus rebus differenti subiecit, non satis  
 exacta ratione uidetur factū. Quicquid enim rhetor quærit, ad qua-  
litem pertinet. Nec enim an est, aut quid est, ut sint quæstionum ca-  
 pita, in forum uenire possunt, nec quicquid coniectura exquiritur, p-  
 tinet ad quæstionem an est, ut ipse uoluit. Ut diximus enim, an est,  
 primum est quod potest ulla de re quæri, cuiusmodi certum est ni-  
 hil quæri in foro. Nec enim an fecerit furtum Trebius, primum est  
 quod in hac quæstione quæri possit, Prius enim dicet reus (ut inquit  
 Quintilianus) proba te habuisse, proba perdidisse, deinde, proba mea  
 fraude perdidisse, hoc postremū est id de quo quæritur, ad quod tamē  
 nisi prioribus quæstionibus explicatis perueniri nō potest. Sed neque  
 an habuerit rem, prima est quæstio, natura enim precedat oportet,  
 an sit Trebius, an sit res quæ dicatur ablata. deinde sequitur iam pri-  
 mum, an Trebius hanc rem habuerit. Sic etiam, occiderit ne per  
 insidias Clodium Milo, coniecturalis est quæstio, prius tamen est,  
 an Milo occiderit Clodium, an occisus sit Clodius. & quod primum  
 est, an fuerit omnino Clodius, hæc sola enim est (an est) quæstio, reli-  
 quæ qualitatis sunt. ¶ Definitionis etiam quæstio ad forum non po-  
 terit afferri. Quicquid namque quæritur in foro, aliquid horum triū ef-

Contra Cice-  
 ro nem.

in

Quæstionē an  
 est, nō uenire  
 in forum.

Quæstionē quæ  
 est, in forū nō  
 afferri.

se oportet, sit ne factum quod aduersarius intendit, sit ne id nomē fa-  
 ctū quod ille dicit, sit ne iuste factū. Primū ad qualitatis quæstionem p-  
 tinere modo docuimus, de postremo nemo est qui dubitet, secundū  
 uoluerunt esse definitionis quæstionē: quod non esse uerum, facies  
 ipsa quæstionis ostendit. Qui quærit enim, an rem prophanam de sa-  
cro subducere sit sacrilegiū, an poculū amatorium sit uenenū, non quæ-  
rit definire aliquid istorū; sed neque sacrilegiū esse definitionē eius quæ  
est subducere rē prophanā de sacro, neque uenenū definitionē esse po-  
culi amatorij, nemo nisi quæ nesciat quid definitio sit, ignorat. Sed scio  
 quid respondeat, ut quæstio eam nō sit de definitione, status tamen quæstio  
 nis, hoc est, id in quod tota uis est quæstionis, est ex definitione. Esse eam  
 subductionē rei prophanæ de sacro, sacrilegiū: & poculū amatorij,  
 uenenū: aptissime ex definitionibus istorū perspicietur. Perspicietur  
 quidē, si de definitione istorū inter partes cōueniat. Sed primū quæ  
 suo arbitratu definitionē dabit, alioquin si de ea dubitari non posset,  
 non maneret utique quæstio, ut, si sacrilegiū definiat esse ablatio cuius-  
 uis alienæ rei de sacro, certū est nullā hic futurā quæstionē. Verum  
 hoc æque dubium est, atque id, de quo ambigitur. Ergo inter locos po-  
 netur quidem definitio, caput esse quæstionis non poterit. Sed alijs  
 etiam uberioribus & aptioribus argumentis quæstionē explicabi-  
 mus quæ definitione, quod apud autores, usu certissimo rerum magi-  
 stro, paratum est deprehendere. Cicero contra Antonij, quod no-  
 mine actorū Casaris, libelli & chirographa non contineantur, probat  
 usu loquendi, æquitate, exemplis. Definitū esse ab eo quid sint acta,  
 nusquam in ea uideo oratione. Quintilianus item in odij potione, de-  
 finire quidē uisus est uenenum, ut sit quicquid dari non licet, sed nihil  
 iuuabit hæc definitio causam suā: æque enim est incertum, sit ne odij  
 potio



potio uenenū, & liceat ne dari odij potionem; in eo praefertim rerum casu quem themate declamationis expressit, sed alijs multis & uarijs argumentis acute colligit id, quo maxime nititur, rationem (quae anima legis est) huic facto conuenire; & aequitate, quae ad qualitatis utriusque statum pertinet, praecipue pugnat. In hancque omnes quicumque id genus quaestiois tractauerunt autores, uideo omne robur dictionis suae contulisse. Quod si ergo neque caput cuiusquam quaestiois ciuilis definitio erit, neque praecipue firmamentum illius, non poterit ulla definitionis sibi accipere nomen.

SCHOLIA IN CAPVT VI.

**Quaestio quid sit.** **Q**uestionem Boetius definiuit esse dubitabilem propositionem. Boetius primo topicorum libro: **Q**uestio inquit dubitabilis est propositio. hoc est: **Q**uestio est propositio, quae tametsi ex natura sua nihil fortasse dubij contineat, tamen in praesenti ita de ea agitur, quasi dubia & ambigua sit. **Q**uem esse germanum eius finitionis intellectum, ipse Boetius altera eiusdem rei finitione ostendit: **Q**uestio (inquiens) est in dubitationem ambiguitatemque; adducta propositio. E quibus facile perspectu est, parum ijs firmitudinis inesse, quae aduersus Boetianam hanc finitionem affert Rodolphus. **Q**uod ait enim, uirtus est summum bonum, solus sapiens diues est, dubitabiles esse propositiones, negari id quidem non potest, modo intueamur naturam ipsarum rerum, uerum non ita tamen haec proponuntur, neque in praesentia ita de eis agitur, quasi dubia sint: quo intellectu diximus accipendam esse finitionem Boetij. **Q**uod si propositio est id, quod hoc nomine praediximus Aristotelem accipere. **D**ictum est capite praecedenti,  $\omega\sigma\tau\alpha\sigma\iota\mu$ . i. propositionem apud Aristotelem in topicis esse quaestionem, non quamuis, sed quae in una modo parte effertur: ut, sunt diuitiae bonae? est ne timenda mors? **Q**uae si in utraque effertur partem, sicut problemata. ut, sunt ne diuitiae bonae an non bonae? ecquid malum an non malum est mors? Verum hoc intellectu non est propositionis uocabulo usus Boetius: sed propositionem uocauit, quae  $\alpha\pi\omicron\tau\omicron\phi\alpha\sigma\iota\mu$  Aristoteles, M. Varro noie quo modo proloquitur, Cicero pronuntiatum, hodie uulgus enuntiationem uocat. Ea libro superiore diximus esse orationem perfectam, quae aut uerum aut falsum significat. **Q**uod etiam Aristoteles  $\epsilon\gamma\mu\upsilon\upsilon\epsilon\iota\alpha\varsigma$ , Cicero pronuntiatum interpretatus est. Aristoteles in eo libro qui  $\omega\sigma\tau\epsilon\iota$   $\epsilon\gamma\mu\upsilon\upsilon\epsilon\iota\alpha\varsigma$  inscribitur, non  $\epsilon\gamma\mu\upsilon\upsilon\epsilon\iota\alpha\varsigma$ , sed  $\alpha\pi\omicron\tau\omicron\phi\alpha\sigma\iota\mu$  (ut iam diximus) uocat id, quod Cicero pronuntiatum.  $\epsilon\gamma\mu\upsilon\upsilon\epsilon\iota\alpha\varsigma$  ipse Rodolphus quodam in loco transfert explanationem: Boetius interpretationem dixit. quam finit hoc modo

modo: ut sit uox articulari per se ipsam significans. quod genus sunt uomen & uerbum, & ex ijs constituta oratio. Verba Ciceronis, quod ad hunc locum attinet, prima Tusculana sic habent: Omne pronuntiatum: sic mihi in praesentia occurrit ut **P**ronuntiatum. appellem  $\alpha\pi\omicron\tau\omicron\phi\alpha\sigma\iota\mu$ , utar post alio si inuenero melius: id ergo est pronuntiatum, quod est uerum aut falsum. Meminit huius loci Cicero in **A**. Gellius noctium Atticarum libro de amose xto capite octauo. **V**irtus est summum bonum. **S**ententia est stoicorum, quam & Cicero asserit Tusculana quinta, sed refellit Lactantius. **S**olus sapiens est diues. **E**t hoc unum ex paradoxis illis est stoicorum,  $\delta\tau\iota$   $\mu\omicron$   $\nu\omicron$   $\delta$   $\sigma\omicron\phi\omicron\varsigma$   $\omega\lambda\delta\sigma\iota$ . **S**olum uidelicet sapientem diuitem esse. **T**ractatur a Cicerone in paradoxis. **V**trum uirtus sufficiat ad bene uiuendum? **E**st & hoc quoque ex albo eorumdem,  $\delta\tau\iota$   $\kappa\omicron\tau\alpha\sigma\kappa\eta\varsigma$   $\eta$   $\delta\epsilon\gamma\epsilon\tau\eta$   $\omega\sigma\tau\epsilon\iota$   $\tau\lambda\omega$   $\epsilon\upsilon\delta\alpha\mu\omicron\nu\omicron\iota\alpha\varsigma$ , solam (inquam) uirtutem sufficere ad felicitatem ac beatam uitam. **A**sseritur a Cicerone eo quem in diximus loco. **V**trum consummata uirtus uoluntate an ope constet. **T**radunt morales philosophi, summam esse eam uirtutis laudem, quae in operatione consistat. **D**e rebus quaerimus, primum, sine ne omnino nec ne sint. **C**icero multis in locis et Quintilianus libro tertio, tria esse ait quae de unaquaque re quaeri possint, an sit, quid sit, qualis sit. ut sit ne anima, quid anima sit, & mortalis ne ea sit an immortalis. **E**a quid sit, superiore libro diximus. **Q**uid sit, inquit, definitio, id explicauimus libro priori capite quinto. **A**ristoteles tribus his quartum addidit genus. **S**ecundo  $\tau\eta$   $\nu\epsilon$   $\epsilon\gamma\omega\mu$   $\delta\iota\omega\lambda\upsilon\lambda\eta$ , libro Aristoteles quatuor esse ait, quae de re quaere uenire soleant in quaestione, an sit res, quid sit, qualis sit, & qua de causis sit talis. **V**t sit ne deus, quid deus sit, ecquid deus sit sempiternus, & quam obrem aeternus sit. **Q**uod autem Cicero tria haec quaestionum genera de animalibus rebus differenti subiecit. Cicero autem in alijs locis compluribus, tum de perfecto oratore ad Brutum, tria haec genera quaestionum oratori subiecit: **Q**uicquid (inquens) est, quod in controuersia, aut conatione uersetur, in eo, aut sit ne, aut quid sit, aut quale sit quaeritur: sit ne, signis: quid sit, definitionibus: quale sit, rebus prauis; partibus. **I**dem Cicero & secutus eum Fabius Quintilianus, animalium causarum tris faciunt status, coniecturalem, finitiuum, & qualitatis. quorum primo quaeritur an sit res, altero quid sit, tertio quale sit. **Q**uia in parte haecenus Ciceroni refragatur Rodolphus, ut ex ijs tribus quaestionum generibus, solum postremum hoc credat in forum uenire posse, reliqua duo non posse. **Q**uod ego ut non negauerim esse uerum, in eum dumtaxat sensum, in quem dicitur a Rodolpho: ita hoc rursus ausim contendere, ipsum a Cicerone uerbis magis quam sententia dissidere. Nam quod attinet ad quaestionem an est, constat quidem hanc esse primum id quod de re quaere in quaestionem uenire solet. uerum illud nosse oportet, bifariam aliquid dici in causis primis: naturali ipsarum rerum, & consuetudine eorum qui causas in foro agunt. **V**erbi causa, insidias fecit Deiotarus rex Caesari. **H**ic quod ad rerum naturam attinet, poterat inuito quaeri il

Tria esse quae de re quaere quaerantur.

Quot genera quaestionum fecerit Aristote.

Num in forum uenire possit quaestio an est.



lud, fuerit ne Deiotarus, fuerit ne Caesar. Verum videatur opinor, si quis haec pere-  
sequi uelit in foro. Quod circa Cicero haec uelut superuacua insituto suo omit-  
tens, hoc solum disputat in ea oratione quam pro Deiotaro apud Caesarem dixit, sine ne  
insidiae factae Caesari à Deiotaro. Atque haec dicitur in ea causa quaestio an est. Quan-  
do rhetores appellatione quaestionis an est, non eam modo quaestionem accipiunt,  
qua ambigunt, sit ne aliquid an non sit, fuerit an non fuerit: uerum etiam eam, qua  
id queritur, factum aliquid sit an non factum, hoc an illo factum sit modo, hac cau-  
sa factum sit an ob aliam causam, hic an ille insidias fecerit, ex eade sacra sublata  
res sit an ex loco prophano, noctu factum sit an interdiu. Ita omnes quaestiones istae,  
fuerit ne Clodius an non fuerit, num sit idem occisus, num occisus in monumentis  
maiorum suorum, à Milone an ab alio occisus sit, num propter insidias à se Miloni  
factas sit ab illo occisus, haec inquam omnes, ut ad statum coniecturalem pertinent,  
ita eius etiam generis sunt, quod appellant quaestionem an est. Sed Rodolphus eas  
modo quaestiones hoc donat nomine, quibus naturae ordine nulla prior est. quod si  
receptatur, haud dubie in foro locus istis non erit. Cicero contra, omnibus eis qua-  
estionibus dedit hoc nomen, quas paulo ante apud rhetores diximus eo uocabulo com-  
prehendi solere. Ita sit, quod initio dixi, ut tota haec controversia consistat in solo  
nomine: quod cum utrumque intellectum facile admittat, uera sunt quae dixit utrumque, modo  
intelligantur. Ita ut de secundo etiam genere pauca dicamus, quotiescumque ambigere-  
tur in foro, hoc an illo nomine, uerbi causa, furtum an sacrilegium, parriocidium an  
tyrannicidium appellandum esset id, quod factum esse concederetur, eam dixere  
quaestione finitionis, propterea, quod ubi constitisset, conuenire ei cum finitione, tum  
de nomine dubitari non posset. Atque haec hactenus hanc quaestionem in forum uenire posse, ne  
Rodolphus quidem negarit opinor. Certe argumentis istis quae adducit, diuersum non  
probat. Nec quicquid coniectura exquiritur, pertinet ad quaestionem an est, ut ipse  
uoluit. Quae Cicero hanc in rem habeat in oratore ad Brutum, id paulo ante ostē-  
dimus. Sed in topiis idem: Cognitionis (inquit) quaestiones tripartitae sunt, cum an  
sit, aut quid sit, aut quale sit, queritur. Horum primum coniectura, secundum defi-  
nitione, tertium iuris et iniuriae distinctione explicatur. Hactenus ille, quae non uere  
minus quam eleganter dicitur: modo quaestionem an est omnem eam intelligamus,  
quam à rhetoribus eo nomine comprehendere solere ostendimus. Quare hoc certe  
loco causa non erat, cur tantopere à Cicero dissentiret Rodolphus. Prius enim  
dicit reus, ut inquit Quintilianus. Is locus Quintilianus est libri septimi capite  
secundo. Occiderit ne Clodium per insidias Milo. Dixerant accusatores Mi-  
lonis, Clodium ab eo per insidias occisum esse. quam illorum accusationem ita elu-  
sit Cicero, ut Miloni à Clodio, non Clodio à Milone insidias factas esse sit conatus  
ostendere. Quod quam uafre ab eo factum sit, facile ex ipsius quadam ad Atticum  
epistola intelligi potest: ubi de Clodio loquens: Publium (inquit) reum, nisi ante  
occisus

occisus erit à Milone, fore puto. Si se ituro Lanuuium in uia obtulerit, occisum  
iri iam ab ipso Milone uideo. Non dubitat facere, praese fert, casum illum nostrum  
non extimescat. nunquam enim cuiusquam inuidi aut perfidi consilio est usus, nec in-  
erti nobili crediturus. (Cicero in Antonium.) prima philippica. (Quintilianus  
item in odij potione.) Titulus est declamationis cuiusdam apud Quintilianum, cu-  
ius hoc argumentum. Meretrix amatori suo pauperi dedit odij potione, adolescens  
desijt amare, accusat illam ueneficij. In ea declamatione uerba Fabij habent ad huc  
modum. Quaedam formae medicamina possunt aliud uocari quam uenenum. Dare  
quod non licet, non est aliud quam ueneficium.

Quas Aristoteles enumerauit, non tam quaestiones esse,  
quam modos quosdam querendi. Porro quaestionem omnem  
aut simplicem esse, aut compositam. Et harum rursus, pri-  
orem illam tribus fieri modis, posteriorem duobus.

Caput. VII.



Nec Aristoteles de quaestionibus, haec Cicero. Dicam & Quas Aristoteles ponit,  
quod mihi uidetur, uerum illi sequendi erunt. Primum modos potius  
itaque uidetur mihi (si quaestionem uocemus id quod praese esse querendi,  
diximus) orationem per interrogationem elatam, cui esse uel non, quam quaestio-  
nes. potest responderi, quatuor illa quae ab Aristotele numerantur, non  
esse quaestiones, sed modos quosdam querendi, & prolectantia (ut  
ita dicam) quaestionem. Quod in ea quidem, quam (an est) dicimus,  
dubium potest esse. quoniam ipsa quaestio, cum eo quod modum  
querendi dicimus, in idipsum recidet. Vt si interrogas, an est homo,  
respondeaturque eum hominem, idem erit quaestio, est ne homo: & interrogatio, an  
est homo: quae fit, ut de hac interrogatioe in hac uel illa parte possit differi.  
In reliquis aptius est, si dicas eum, quod est homo: nihil de hoc possis differere,  
nisi respondeat is, qui interrogat, homo est animal rationale. Nam quaestio erit, sit ne a-  
nimal rationale: deinde, sit animal rationale definitio hominis. Nec eum satis  
est, uerum esse quod in hac quaestioe respondeat: sed ad certam legem uerum esse  
oportet. Si quis eum, quod est homo: & respondeat, est animal binos habens oculos

D ij los;



los:uerū quidē est quod responderē, sed nō recte respōsum dicas: qm̄ equus binos habet oculos, nō tñ est hō. Oportet ergo rñderi aliqd, quod definiat hoīem: quod an fiat, hoc genere quæstiois differet. Sic & qualis est sol, nihil possis de hoc dicere, nisi respōdeat obscurus, uel globosus, aut simile qppiam. Et, propter quid est obscurus: nihil itidem habes, quod dicas, nisi dicaē, uel hoc, quoniam luna obiectu suo prohibeat nos illius aspectu: uel aliud aliquid in hanc sententiam. Non igitur quæstiones sunt primæ interrogationes illæ, quando nequit de eis uel in hanc uel aliam partem dici, sed respōsum aduersarij, interrogationi datū, cū in dubiū uocat, sit quæstio.

*Quæstionem omnē, aut simplicē esse aut compositam. Simplicium quæstionū prima est, quæstio an est.*

¶ Quæstionū igitur genera duo uidentur, simplex & cōposita. Simplex est, quæ unū quærit de uno. Ut, sit ne mundus æternus. Cōposita, quæ plura de pluribus. Ut, sit ne mundus æternus, & idem ex indiuiduis compositus corpusculis. ¶ Simplicium tres sunt differentia. Prima est, quæ quærit, an sit res. Ea cuiusmodi est, prædiximus. Prima enim hæc est, quæ ulla de re queri potest, ut, an sit deus, an sint dæmōes. In hac cōplectimur, nō solū, quæ an sit, sed an erit, an fuerit, quærit. Hæc autem, an fuerit bellum Troianū, nō est huius generis. Idem enim est quærere, an fuerit bellum Troianum: & an Troia gesserit bellum: quod utiq; horum uerborum quæstio prima esse nō potest, quum possit quæri prius, an fuerit Troia, quippe quod etiā autores quidam crediderit, omnem rem Troianam & Troiā ipsam inania poetarum esse commenta. Quanquā autem in hac quæstione, an est homo, prius possit quæri, an est animal: (nam si nullum animal sit, non potest homo esse) istud tamen in quæstione uelut confesum non ponitur. Ut enim concedamus esse hominē, non continuo ex huius quæstionis ratione concedemus, hominem esse animal: sed anteaq̄

anteaq̄ concedamus fuisse bellū Troianū, necesse ex uerbis quæstionis fateri, Troiam fuisse. Secunda quæstio est, ubi datū est rem esse, ut quæramus, an res sit illud. Ut an homo sit animal, an sit capax disciplina. Huius generis mihi uidetur, quam Aristoteles uocat propter quid, ut cū quærimus, sit ne interpositio lunæ inter solē & nos causa defectus solis. Tertia est quæstio, quomodo hoc sit illud, id est, quo pacto hoc de illo dicitur. Quod quadruplex est. Quorum cunq; enim alterum de altero dicit, aut sunt definitio & definitū, aut genus & species, aut propriū & subiectū, aut accidens & subiectum. Quatuor ergo pro hac diuersitate sunt quæstioes. Prima est, an hoc definitio sit illius: ad quā redit, an illud definitū sit huius. simul em̄ explicant ista: si em̄ hoc est definitio, necessario illud est definitū. Secunda, an sit genus illius: qua cōprehendit, an illud sit species. Tertia, an sit propriū. Quarta, an accidēs: quibus etiam quæstiones subiecti cōtinentur. Priores duæ, interrogationem (quid est) explicant: posteriores, quale est. Id est enim quod Aristoteles ὅτι ἐστὶ uocat: quod interpretis eius latine nesciens, quia est dixit. ¶ Cur hunc ordinem fecerim quæstionum, id causæ fuit mihi, quod necesse est præcedere semper, an est, & an illud est: antea q̄ quid sit res, aut qualis, explicari queat. Nec enim hæc interrogationes, quid est homo, aut qualis est, hæc quæstionum explicatione, an homo sit animal rationale, an sit erudibilis, finiuntur. Ut enim detur hominem esse animal rationale, & esse erudibilem, manet adhuc quæstio, sit ne erudibile qualitas hominis: sit ne animal rationale id ipsum, quod est homo .i. definitio hominis uel quidditas eius. Vteremur enim & hoc uerbo, si nobis per grammaticos liceret: quemadmodū Cicero lentulitatē & appietatē, & Pollio patauinitatē dixit. Aptus est utiq; eius & ppe necessarius

D iij usus.

*Secunda, an hoc sit illud.*

*Tertia, quomodo hoc sit illud, eaq; quadruplex.*

*Definitionis.*

*Generis. Proprii. Accidentis.*

*Quamobrem hoc modo digesserit quæstiones.*



198 RODOLPHI AGRICOLAE DE INVENTIONE  
 usus. Nec enim ullo alio satis commode explicare possumus nisi id (ut uulgo solent) quod quid est interpretari uelimus, quod nec graeci sermonis proprietatem retinet, & seque planeque expers usus & intellectus sit apud nos. Sed (ut ad rem redeam) manere has quaestiones hinc perspicuum est. Si interrogetur enim, qualis est homo, dicaturque, animal rationale, quid dicemus: recte an secus esse respondimus: si recte, eadem erit quaestio, quid est & quale est: cum sine controuersia id recte etiam interroganti quid est homo, respondeat, si minus recte responsum est, non erit error, quoniam non sit homo animal rationale, id enim in confesso est, sed quoniam pro qualitate responsum est, quod non qualitas est, sed substantia eius de quo rogabatur. ¶ Quod dicimus autem, quaestionem generis, esse interrogationi quid est inclusam, id uerum est, quoniam bene respondetur, quid est homo: est animal: ueruntamen non sic, ut totam interrogationem absoluat, nisi addideris enim uel differentiam uel proprium, non uideberis satisfacisse quaestioni. Quo fit, ut cum de solo genere quaeramus, solitum sit interrogari, non quid est, sed cuius generis rerum est. Ut, cuius generis rerum est lumen: substantia ne an accidens: Et sentire, non quid est interrogamus, cum scire tantum uolumus, agere ne sit an pati: sed ad quod genus pertineat, actionis ne an passionis. ¶ Qualitatem etiam uocamus in praesentia, non ut sit unum ex decem praedicamentis: sed ut qualitas sit, quicquid non est substantia rei. Sic, & quantus est sol: et, ubi sunt Nilii fontes: &, quoniam fuit Homerus: quaestione qualitatis continentur. Simplicium ergo quaestionum haec tria sunt capita, an sit, an sit illud, & quomodo sit illud. ¶ Compositarum quaestio num, alia est copulata, quoties duae pluresue simplices coniunctione copulatiua iunguntur. Ut, an sit uirtus summum bonum, &, anima sit

Genus quomodo sit inclusum quaestioni quid est.

Qualitas hic quid sit.

Composita quaestio duplex.

ne

ne mortalis. Disiuncta alia, cum simplices disiunctiua coniunctione conferuntur. Ut, sit ne mundus aeternus, uel an quandoque sit igni conflagraturus. Diuersa est de his quaestionibus ratio pronunciandi. Nam copulata, uera pronunciari, nisi fuerint ambae omnesue simplices ex quibus componitur uerae, non potest, si autem una fuerit falsa, tota dicitur falsa. In disiunctis contra, si una fuerit uera, totam pronunciamus ueram esse: falsam autem, nisi ambae fuerint falsae, dicere nequimus. Possemus & aliam addere istis, quae simul ex disiuncta & copulata aut asserta constaret: nisi superuacuum uideretur, quoniam naturam copulatae retinet, efficacior enim coniunctionis copulatiuae uis, & disiunctiuae post se rapit potestatem. Ut an homo est lapis, & animal uiuat, uel uiuum sit animatum. Licet enim disiunctiuae huius utraque partes uerae pronuncientur: tamen quia prior pars copulatae falsa est, totam dicimus falsam. Sed de ueritate et falsitate pronunciatorum non huius est loci tractare, sed ad iudicandi partem aptius referet. Interim satis fit, quod huius materiae est, haecenus attigisse.

SCHOLIA IN CAPVT VII

Primum itaque uidetur mihi. Quae ab Aristotele, inquit, enumerantur: an est, quid est, quale est, quod obrem est tale: ea proprie non sunt quaestiones ipsae, sed uelut elementa ac prouocationes quaedam ipsarum quaestionum. Vera autem quaestiones sunt ea, quae ab eo, contra quem agas, ad praesens istas interrogationes respondentur, quatenus ita de his agitur, quasi dubia sint. Verbi causa, Quid est iustitia? praesens quidem haec est interrogatio, at nondum tamen constituta quaestio est: quippe cum nondum respondere queat, esse ita aut non esse. Postea quae uero restitutum est, iustitiam esse uirtutem, qua, conseruata utilitate publica, suum cuique tribuatur: hic demum quaestio ipsa existit emergitque, uidelicet recte ita finitur iustitia, ut sit uirtus, qua, conseruata utilitate publica, suum cuique tribuatur. Haec Rodolphus. quae ut uerissima sunt, ita Aristotelem in eadem fuisse sententia negari non potest. Neque enim hoc egit eo loco uir ille, ut doceret, iisdem quibus usus est ipse, nobis quoque esse ut edum uocabus: sed uocauit quaestionem quid est, quae quid sit ac substantia rei in disputatione uenit, quibuscumque tandem uerbis ea quaestio proponatur:

¶



**Obiectio.** **Q**uestionē quale est, qua de qualitate, hoc est, q̄bus rei accidētibus queritur, atq; item in ceteris. Sed quid tu ais Rodolphe? qui tibi cōstas? an nō ipse paulō superius questionem sic finiūsti, ut sit cū interrogatiōne elata oratio? Cū dico aut, quid est eclipsis Lunae? qualis est aqua Cidni? quātus est sol? quo tempore anni sol ingreditur cancerum? quō, cum à nobis recēdūt, auolant Ciconae? he omnes, nōne orationes sunt? nōne cum interrogatiōne elata? quōdā tu arte uelis nolis, hae non modo praeuias quasdam interrogatiōnes, sed questiones ipsas esse scirebere.

**Dilutio.** Quid dicamus? an hoc fortassis, ea quae hic dicuntur, uelut explicatiōnem quandam esse paulō ante tradidit finitiōnis? ac proinde illā intelligēdam sic esse, ut sit quae sitio cum interrogatiōne elata oratio: oratio, inquam, non quaeuis, sed ad quam com mode responderi queat, esse ita aut non esse? Earum porro questionum quas adduximus, nulla eiusmodi est, ut alterutro horum modorum responderi ad eam possit, qua propter ne questiones quidem dicendae sunt.

**Questiones simplices & compositae.** **Q**uestionū igitur genera duo uidentur, simplex & composita. Hoc modo & Boetius questionem diuidit primo topicorū, atq; simplices questiones esse, quae ex simplici propositione descendāt: compositas, quae ex propositione item cōposita. Quae de re mox plura dicturi sumus, in hoc ipso capite. **Sit ne mundus aeternus.** Quod octauo topicorum, & primo libro de celo, asserit Aristoteles. **Et ex diuiduis cōpositus corpuscaulis.** Quae Democriti illius sententiā fuit. **Hac aut, an fuerit bellum Troianum,** non est huius generis. **Iam monuimus, hanc questionem & similes, omnino à rhetoribus in earum referri numerum questionum, quae dicuntur questiones an est: Rodolphum uero de hoc questionum genere nonnihil loqui astrictius.** **Id est enim quod Aristoteles ὅτι ὄσι uocat.** Aristotelis hanc in rem uerba haec sunt: τὰ ζῆτα μέγα ὄσιμ ἰσὰ τῶν ἀριθμῶν, ὅσα πρὸ ἐπιστάμεθα. Ζῆτῶ μὲν δὲ τέτρατα, τὸ ὅτι, τὸ δ' ἰότι, ἔστι, τὸ ὄσιμ. Hoc est, **Quae de rebus queritur, ea equalia numero ijs sunt, quae scimus. Querimus autem quatuor, quale sit, qua de causa sit tale, an sit, quid sit.** Quod si quis Hermolai hanc in rem uerba malit, ea in paraphrasi Theophrastiana sic habent. **Sunt igitur questiones quatuor, an sit, quid sit, an huic illud insit, quam obrem insit.** **Cur hunc ordinem fecerim questionum.** **Nec eo, inquit, hoc pacto questiones disceui, ut singulae interrogatiōnes, singularum item questionum explicatiōne possent absolui, id quod non fit ea querendi ratione quam tradidit Aristoteles. Nam ad absoluendam interrogatiōnem hanc, quid est homo? nō satis est ostendisse, hominem esse animal rationale: sed & illud praeterea docetur oportet, ita esse hominem animal rationale, ut rursus animal rationale hominis sit definitio. Idem habet in questione quale est. Neq; enim huic praeuiae interrogatiōni satis fit explicatiōne huius questionis, nū homo sit eruditus: nisi etiā doctū fuerit, eruditionem esse accidens hoīs. Quo ergo singulae explicatiōes essent, malui (inquit) hoc ordine questiones digerere, q̄ sequi ordinē eum, quē alij tradidissent.**

**sent.** **Uteremur enim & hoc uerbo, si nobis per grammaticos liceret.** **Quem = Verbis nouis admodum merito illi ridendi sunt, qui ubiuis etiam a tra necessitatem noua ac inaudita quaedam uerborum portenta ipsi sibi comminiscuntur: ita rursus laudādi illi, qui ubi res posāt, ubi cogit necessitas, ibi interim nouis, interim parum usitatis uti uerbis non nimium reformidant.** **Qua de re multa Cicero, tertio libro de finibus. Et Rodolphus in epistola quadam ad Alexandrum Hegum, De analogia (inquit) deriuandorum componendorūq; nominum, uix mihi permiserim quicquam fingere, quod non apud autores inuenerim. Variam multiplexq; res est, de qua nihil praecipui perpetuum possit: & in qua nihil audeam, nisi sit fortasse (ut inquit horatius) necesse iudicij monstrare recentibus abdita rerū. Tamen ego, & Socratas & Platonitas, & entitas forte dixerim: quamuis repugnet V allensis noster. Quid nitem libere, cum necesse sit: quā Cicero nulla necessitate, appietatem & lentulitatem: & Pollio patauinitatem quā dā dixit sonare T. Liuii.** **Quae admodum Cicero Lentulitatem & appietatem.** **M. Cicero familiarium epistolarum libro tertio in epistola quadā ad Appium Pulchrum, Quae, inquit, etiā me tu has ineptias, homo, mea sententiā, summa prudentiā, multa etiā doctrina, plurimo rerum usu, addo urbanitatem, quae est uirtus ut Stoici rectissime putant: ulla appietatem aut Lentulitatem, ualere apud me plus, quā ornamenta uirtutis existimas.** **Et Pollio patauinitatem dixit.** **Quintilianus libro octauo, Et in T. Liuii (inquit) mirae faciūdi uero putat inesse Pollio Asinius quādam patauinitatem: Meminit eiusdē rei idem autor & libro primo. Voluit opinor Asinij Polionis hac reprehendendi libertatem imitari Franāscus Philephus, cum dixit in quadam epistola, Fabiū Quintilianū nescio quā sonare Hispanitatē. Id quod ego illū dixisse existimo, nō quod ita sentiret, sed quo festiuiter arguteq; in uirū tātum luisse uideretur: aut certe ne uideretur subscribere antagonista illi suo Laurētio Valle, q̄ tātope probat ubiq; Fabium. ἄλλὰ ταῦτα δὴ τῶν ἀπεργασίω, quare progrediamur ad reliqua.** **Nec enim ullo alio satis cōmode explicare possumus, τὸ τί ἐστίν.** **Aristoteles primo topicorum sic habet: ἔστι δὲ ὄσιμ μὲν λόγῳ ὁ τὸ τί ἦν εἶναι σημαίνον.** **Ea uerba hunc in modum hodie leguntur apud Latinos: Est autem terminus oratio quid erat esse significans. Rodolphus non solum mollius sed & significantius fore putat, si legamus hoc pacto: Finito est oratio comode explicans rei quiditatem. Quo nomine usus est nonnunquam Argyropylus ille Byzantius, homo graecae pariter & Latine doctissimus.** **Quod diānus autem, questionem generis esse interrogatiōni quid est inclusam.** **Hic est locus ille, cuius mentionem fecit libro superiore capite quinto. Laurentius Valla: Quāquam & ipse (inquit) Porphyrius peccauit: qui interroganti quid est homo, putat respondendum, est animal. Quin potius animal rationale? Cur illam partem, ut putat, qualitatis relinquit? cur dimediatā reddit responsonem? Sed de his plura superius.** **Compositarum**

quatenus utendum.

Socratas.  
Platonitas.  
Entitas.

Appietas.  
Lentulitas.

Patuinitas.  
Hispanitas.

Quiditas.

E questionū



questionum, alia copulata.) Non uideo quomodo à rudioribus harum rerum, ea que deinceps de questionibus ab Rodolpho dicuntur, satis queant intelligi, nisi cognita prius natura pronuntiatorum. Quae tamen à diuersis explicatur tam uarie, ut uix habeas ex tam multis quem potissimum imiteris: audendum est tamen uel cum periculo aliquid, ut ne omnino locus hic indiscussus uideatur. Est ergo (quæ ad Pronuntiatum. modum & superius dixi) pronuntiatum, oratio perfecta uerum aut falsum significans. Vt, philosophari oportet, sed pauas. Auaro tam deest quod habet quam quod non habet. Beneficiam dando accipit qui digno dedit. Si perges dicere que uoles, audies que non uoles. Verum pronuntiatum uoco, quod significat ita ut res habet Falsum, quod seors atq; res habet significat. Verbi causa. Vera pronuntiatum sunt: Virtus pluris est facienda quam opes: melius est nubere quam uiri: præstat cum altero oculo ingredi in regnum caelorum, quam cum utroq; in gehennam detrudi. Falsa: Voluptas est summum bonum: nihil affert commodi fides, nisi accedente obseruatione legis mosaicae: præstat iniuriam facere quam accipere. Duo sunt pronuntiatorum genera, unum simplex, alterum compositum. Simplex est, quod duobus terminis constat, subiecto & prædicato. ut, omnia nemo potest, uirtus est uita simplex. um fugere, labor omnia uincit, amanti nihil difficile est. Compositum, quod duobus ut minimum simplicibus pronuntiatibus constat. ut, neq; mundus æternus est, neq; animatum est caelum. si non tangere mulierem bonum est, ergo tangere malum. Huiusmodi tres sunt species, copulatum, disiunctum, connexum. Copulata pronuntiatum dicuntur, quorum is est usus apud autores probatos, ut plura ita coniungant, ne tamen aliud alij necessitate aliqua coherere significatur. Vt, quo tempore Christus crucifixus est in iudæa: eo tempore Romæ imperabat Tiberius. Cicero eloquentior, Cato innocensior fuit. Disiuncta sunt, que plura pronuntiatum simplicia ita coniungunt, ut significant solum unum ex ijs uerum esse oportere. Vt, aut dies est aut nox est. Aut uiuit aut non spirat. Homo quisq; aut uir est aut fortuna. Connexum. seu adiuncta pronuntiatum uocant Latini, que συνμμεννα à græcis dicuntur. Ea sunt, quorum is usus est apud doctos, ut significant partem priorem sine posteriore ueram esse non posse, hoc est, partem eam que posterior est, necessario ex priore sequi. Vt, si dies est, lux est. si pluit, terra madescit. si mel quod apes conficiunt meum est, erunt mea & apes. Quibus addere licet etiam illa, expulsa è uitate iniustitia, concordia diu inter duos esse non potest: qui currit, is & mouetur: quia deus bonus est, nos sumus. aliaq; id genus infinita, quorum (ut dixi) is apud eruditos esse usus, ut significant partem priorem sine ea que posterior est, ueram esse non posse. Atq; hæc sunt proprie illa, que dialectica hypothetica, hoc est conditionalia pronuntiatum uocant. que tamen appellatione, & disiuncta quoq; pronuntiatum est complexus Boetius. que sunt. etius: hac nimirum de causa, quod in ijs etiam, si rem intueare propius, tæta semper subest conditio. Cum enim dico, aut dies est aut nox est: illud haud dubie significo,

si

si dies non sit, tum esse necessario noctem: & contra, si non sit nox, tum necessario diem esse. Quale cum nihil sit uidere in copulatis, demiror equidem, quid sit, cur & ista pleriq; hypothetica, hoc est, quemadmodum interpretatur Boetius, conditionalia uocent. Iam copulata ea demum uera dicuntur, quorum singule partes ueræ sunt. Quod si harum una aliqua falsa erit, totum quoq; pronuntiatum censetur falsum. Disiunctorum ea uera esse censentur, quorum partes ea inter se habitudine sunt, ut earum omnino unam, neq; plures una ueras esse sit necessarium. Quod si aut nulla aut plures quam una ueræ esse possunt, ea pronuntiatum (modo Cicroni & Aulo Gellio fidem habeamus) inepta & falsa sunt. De quo mox plura.

Inter connexa ea dicimus esse uera, quorum pars prior uera esse sine posteriore nequit. Debet enim ueritas horum spectari, non ex ratione partium singularium seandum se, sed ex utrarumq; inuicem connexionione ac coherentia. Ita fieri potest, ut falsis partibus, tota tamen pronuntiatum uera sint: ut si non est creatus mundus, tum ab eterno fuit. Et contra, ut ex partibus ueris tota pronuntiatum falsa existant: ut si philosophus Plato fuit, fuit idem & eloquens. Uoco autem in presentia partem priorem, ex qua altera significatur sequi, etiam si uerbis tenus non ponatur priori loco. Verbi causa, Quid prodest q; me ipse animo non spernis Amynta, Si dum tu sectaris apros ego retia seruo? Hic quod seando loco dicitur, antea dicitur siue prior est. Ergo ut aliquando ueniamus eo quorum gratia hæc adduximus, Rodolphus copulata questionem dicit, que ex copulato pronuntiatum dicitur: itidemq; disiunctam, que ex disiuncto oritur pronuntiatum. Cætera suis sparsim loas dicemus. In disiunctis contra, si una pars fuerit uera, totam pronuntiatum ueræ esse, imò uerò in disiunctis pronuntiatibus id satis non est, unam partem esse utriusq; ueram: sed & illud præterea exigunt, eam esse partem inter se habitudinem, ut necesse sit unam aliquam ueræ esse. Et rursus, quoties plures una parte ueræ esse possunt, ea quoq; pronuntiatum disiuncta, inepta esse aiunt ac falsa. Quæ de re Cicero in topiis: Quæ (inquit) conclusiones icarcoratæ sunt, q; in disiunctione plus uno uerum esse non potest. Et Aulus Gellius libro de amosexto: Ex omnibus (inquit) que disiunguntur, unum esse uerum debet, cætera falsa. Quod si aut nihil omnium uerum, aut omnia plurimè quam unum uera erunt, aut que disiuncta sunt non pugnabunt, aut que eorum opposita sunt contraria inter se non erunt, tunc id disiunctum mendacum est. Hæc M. Cicero, & Aul. Gellius. Porro quod dicitur, necessarium esse ut inter disiuncti partes una sit uera: ea necessitas interim oritur ex natura ipsarum rerum, interim ex quadam hypothese. Vt si dicas: aut Miloni Clodius insidias fecit, aut Clodio Milo: hic quod ad rerum naturam attinet, nihil obstat quin possint utraq; partes esse falsæ: at si ponas, inter eos factas esse insidias, iam arte alteram partem ueram esse necesse est. Quod præterea, plus una parte uerum esse non debere: eius ego contrarium nonnunquam uideo obseruari, maxime in cau-

Veritas copulaturum.  
Disiunctorum ueritas.

Quæ connexa uera aut falsa sint.

Exactius de ueritate disiunctorum.



fratruilibus. Verbi causa, Si hominem occidit, aut id ideo fecit, quod inueterato ab eo odio disideret, aut quod commodum aliquod ex morte eius speraret, aut quod sibi similitudine aliquid ab illo metueret, &c. Cur autem eum odisset? quae commodorum spes erat? quid fuit quod ab illo sibi metueret? quo fit, ut ne occiderit quidem. Hic arte accusator, & odio, & spe, & metu, dixerit eadem factam esse, & nihilominus uera esse dicatur haec propositio. ¶ Poteramus & aliam addere his. Ait Rodolphus, quaestio nem eam quae ex copulata & disiuncta constat, semper copulata uim ac naturam retinere. Alius fortasse non minus uere, atque haud scio an etiam uerius, dixerit eam pro diuersitate prolationis ac sententiae, interim copulatis, interim disiunctis annumerandam esse.

¶ Principio, duos esse querendi modos, asseuerat & cum conditione. Deinde, praedictiuam quaestionem id esse, quod rhetores thesim uocant: et conditionalem, quam illi hypothesim. Postremo, alios adhuc duos querendi modos restare, unum purum, alterum modalem. Caput VIII.

**M**odi querendi sunt duo generales. Aut enim asseueranter querimus, aut cum conditione. Asseueranter querimus, cum dicimus, an administranda sit Respublica. Cum conditione, ut, an sit administranda Respublica, si prouidentia mundus non regatur. Primam uocent graeci κατηγορικῆν, quam nos possumus praedictiuam dicere. Secundam ὑποθετικῆν, quam nos conditionalem. Est autem querere cum conditione, & simpliciter quaestione, & composita. Simpliciter, ut, si deus est, an sit bene agendum. Composita, ut, an si uirtus est summum bonum, curanda sit Respublica, et honores expetendi. Sic & simpliciter quaestioni compositam addere conditionem possumus, & compositae compositam: quae clariora sunt, quam ut egeant exemplis. ¶ Hoc autem annotandum est, in praedictiuis pronuntiari uerum uel falsum, ex eius, quod queritur, natura. Ut, si queratur, an sit deus, pronunciamus esse, idque uerum esse, quoniam sit. In conditionalibus autem, non ex natura eius quod queritur, sed ex cohaerentia

Duos esse querendi modos, asseueranter et cum conditione.

Veritas unde spectanda in praedictis, & unde in conditionalibus.

haerentia solum & uinculo, quo est ei, de quo queritur, alligata. Potest enim conditionale pronunciatum uerum esse, sic, ut neque id de quo pronunciatum, neque conditio sit uera; modo ea sit habitudo eorum, ut data conditione, consequens etiam sit, dari pronunciatum. Si dicas enim, mundus non deficiet, si non coepit: uerum est hoc, quanquam utrumque, & non defecturum eum, & non coepisse, sit falsum. Si enim dederimus istud, quamuis falsum sit, & uerum fingamus esse, non coepisse mundum, consequens est etiam dicere, non esse defecturum.

¶ Eadem ista, quae diximus praedictiuam & conditionalem quaestionem, sunt (nisi tamen me fallit opinio) quae rhetores uulgatis nominibus θεσις καὶ ὑποθεσις uocant. Quorum illud est, quod Cicero propositum uel consultationem interpretatur. Hoc causam uel controuersiam. Et esse propositum, quod nullis certis finibus temporum, locorum, personarum concluditur. Controuersiam uero, quae definita sit uel omnibus uel pluribus horum, quae attributa uocantur personarum & negotiorum, quae cuiusmodi sint, post dicemus. Ut sit propositum, an sit ducenda uxor, an accedendum ad rempublicam. Controuersia autem, sit ne Catoni ducenda uxor, sit ne Socrati accedendum ad rempub. ¶ Non pertinet autem nec omnis controuersia nec sola ad rhetorem. Namque curari ne possit ab hac uoletudine Augustus: ut multa habuisset Antonius Musa medicus quae diceret, ita nihil fortasse Messala. Quam tamen controuersiam esse, ex priore descriptione nemo negauerit. Et de proposito etiam in foro quaeritur. ut qui se sustulisse de sacro rem profanam fateatur, furtumque fecisse non sacrilegium contendant, nempe queritur, non utrum hic aut alius fecerit, sed solum utrum rem profanam de sacro subducere sit sacrilegium. ¶ Et propositum quidem esse id ipsum quod praedictiuam quaestionem, posita hinc inde de eis exempla,

Praedictiuam quaestionem, thesim esse: conditionalem, hypothesim.

Notandum alia.

E iij facile



facile declarant, De controuersia est quod posset ambigi, Videntur enim omnes aut plurimae asseueranter efferri, ut, Struxerit ne Clodius infidias Miloni, An priuato consilio Annibal obsideat Saguntum, An delenda Carthago, Quod uerum esse non abnuo, Quocirca qui hunc eximamus scrupulum, huius admonendi sumus, Quemadmodum sunt pronuntiata quaedam, quibus est diserte adiecta conditio: ita quaedam sunt, quae fere cum intellectu conditionis efferunt, Itaque quauis pro se falsa sint, tamen interpretatione quadam reiecta ad conditionem merte, pro ueris sumuntur, Vt si quis interroget, quid sit defectus solis: dicimus esse obscuritatem prouenientem ex lunae obiectu, prohibetis nos aspicere solem, cuiusmodi sit rosa: dicimus florem candidum & odoratum densis crispantibusque folijs, Ista cum neque sol deficit, neque ulla rosa est, uera non sunt: semper tamen quoniam ueluti praesente conditione proferimus ea, pro ueris accipiuntur: suntque uera in eam sententiam qua probantur, non in eam quam praebent, Id est, si sunt, erunt utique talia, Hoc pacto etiam controuersiae, tacitam semper extra id quod quaeritur, adiectam habent conditionem, Pleraque uero apta, ut propemodum declamationes omnes, Proponimus enim leges esse, deinde haec aut haec facta esse, Vt lex sit, uir fortis optet praemium quod uolet, Alia item, qui in acie deseruerit, capite plectatur, Quidam in bello patriae fortiter fecit, idem antequam praemium optaret, deseruit: posticitur ad poenam, tum si haec ita se habeant, quaerimus, debeatne huic in gratiam prioris meriti, praesens crimen remitti, quis non uidet hic reuera totam quaestionem ex conditione pendere? Sic etiam, si quis, recte ne Cato Martiam uxorem dimiserit, percontetur, Cui enim ignotus sit Cato, ignorata Martia, quid habebit hic, quod dicat, nisi de communi proposito, an quisquam recte dimittat uxorem; nihil enim aliud substantia eorum

Duplicata pronuntiata conditionalia.

Omnibus controuersijs tantam utique subest conditione

eorum quae sunt in quaestione complectitur, Interrogabit ergo, quis uir fuerit Cato, quae mulier Martia, quod ubi acceperit, Catonem ciuem Romanum, senatorem, Stoici personam praferentem; Martiam feminam nobilem, speculatae pudicitiae, trium liberorum ex Catone matrem; iam dicet nimirum, sint ne haec ita nec ne, haud queam affirmare, possunt enim aliter esse, uerum si sint (ut dicis) tum uideri, uel recte dimississe, uel non recte, utcumque de re sentiet; non quidem de Catonis persona, quatenus Cato, hoc est, hic homo est, sed quatenus talis, qualem illum expressit, posset enim & Cato talis homo non esse, & alius quam Cato esse talis, Ergo haec omnia ex conditione dicuntur in hac quaestione, Propositum solum id est, quod in eorum, quae sunt in quaestione, substantia ponitur, hoc est, an ne quisquam homo recte dimittat uxorem, siue is hic homo sit siue ille, siue quemcumque fingere uolumus, in quantum ad substantiam suam pertinet, hoc est, in quantum est homo, nihil est quod in quaestione propterea mutetur, Quamobrem fit, ut plerumque necesse habeant narrare, qui in foro dicunt, praesertim, si ueram controuersiam, & non propositum dicant, Quoniam conditiones eas, quibus causa innititur, perceptas ante & uelut datas oportet, Quod nisi fiat, nihil sit quod de proposita quaestione queant satis constanter dicere, Sed in propositis etiam explicandis, per saepe ad controuersiam delabimur, quod Quintilianus uocauit argumentum καὶ ὑπόθεσις, hoc est secundum conditionem, Mihi quidem non argumentum, sed illata noua quaestio uidetur, Vt qui differat, non esse ducendam uxorem: & labores, sollicitudines matrimoniorum explicet; dicat deinde, quid si pauper sit; quid si studio deditus; quid si improbior uxor; nouae sunt quaestiones, an pauperi ducenda uxor, an studenti, an improbae; utique in proposito primo non continentur, sed non secus atque in reliquis controuersijs inseruntur

tur



tur quaestioi, extra eius, de q̄ quaerit̄, substantiā. Omnis itaq; (ut dicimus) cōtrouersia, cōditionalis q̄stionis habet naturā. utq; nō eodem mō efferať, idē tñ ualet. Quocirca hoc ipso q̄d quaestione in p̄dicatiuā & cōditionalē diuisimus, satis uidemur eā diuisionē q̄ est in p̄positum & controuersia esse cōplexi. Praedicatiua igit̄ q̄stio & cōditionalis huiusmodi sunt. ¶ Sunt & alij duo modi q̄rendi, cuiuslibet isto r̄u cōmunes, q̄z uno pure q̄ritur, sit ne hoc, an non sit; &, sit ne hoc, si hoc est. Id uulgo de inesse uocāt, nos purē possumus uocare. Alio q̄o mō q̄rit̄ de certa lege existendi, cū nō dicimus pure, sit ne hoc, sed an possit esse. Eas quaestioes uocāt modales. Modi aut̄ sunt quatuor, possibile, hoc em̄ noie utamur oportet, q̄d quanq̄ durius est, tñ (ut inquit Quintilianus) solū est eius quod graeci δυνάτοιο uocant, id est, q̄d siue sit siue non sit, nihil refert, dummodo possit esse. Necessarium, quod non potest non esse. Contingens, quod potest esse & non esse. Et impossibile, quod nequaquā pōt esse. Est autē p̄dicatiua modalis, ut, an homo pōt currere; an hoiem cōtingat mori. Est & cōditionalis, ut, an si uirtus sit summū bonū, necesse sit animā esse immortalē. Idq; dupliciter fit, Qñq; em̄ modū afferimus ei, de q̄ q̄rimus ex conditione. Vt, si homo currit, an hoiem necesse sit moueri. Qñq; uero ad cōsecutionē quaestiois & cōditiois referimus modū. Vt si dicamus, necesse est, si hō currit, ut hō moueat. Multūq; differūt hae q̄stiones. Primā em̄ falsam pronūciamus, secundā aut̄ uerā. Falsum em̄ est, hō currit, ergo necesse est eū moueri. Pōt em̄ nō moueri, q̄a potest non currere. Sed uerū est, necessariū est q̄a hō currit, idcirco eum moueri. Sed ista tenuiora sunt, nec huius instituti. Alijs libris, si qñ de argumentationū lege, hoc est de iudicandi parte scribēdi ocū dabit̄, copiosius simul & aptius ista dicemus.

Rursum duos esse querendi modos, pure, & cū modo.

Scholía

## SCHOLIA IN CAPVT VIII

PRIMAM uocant graea κερταγοικη, quam nos praedicatiuam. Ergo Rodolpho copulata etiā quaestiones, atq; haud scio num & distinctae, quoties per se efferruntur, categorica .i. praedicatiuae dicenda sunt. quando illud κερταγοικη, non modo accusare, sed et praedicare significat. Et de copulatis quidem, saale equidem ei subscripsim: de distinctis malim Boetio, qui illas refert inter hypotheticas, hoc est conditionales, propterea quod, quem admodum diximus apite praecedenti, taata in ijs omnibus subest conditio. ¶ Sic & simplicia quaestioni compositam addere conditionem possumus. Vt si dicas, An si prouidentia regitur mundus, & immortalis est hominis animus, tum est administranda respublica? ¶ Et compositae composita. ¶ Eius rei hoc esse possit exemplum. An si animi nostri sunt immortales, & prouidentia mundus regitur, tum est administranda respublica, & honores expetendi? ¶ In cōditionalibus autem, non ex natura eius quod quaeritur. De hoc diximus apite praecedenti, cum ageremus de connexis pronudatis et de ueritate illorū. ¶ Quae rhetores uulgatis nominibus θεσεις καὶ ὑποθεσεις uocāt. De his Cicero cū in alijs loas quibusdam, tum uerò in Topias & in partitionibus: & Quintilianus libri tertij apite quinto, necnon Scuerinus Boetius quarto libro topicorum. Thesis est quaestio infinita, sine arantantiarum adiunctione proposita. Vt, sit ne duanda uxor, an sit bellum gerendum. Hanc Cicero in topias propositum uocat, in partitionibus consultationem. Hypothesis est quaestio finita, cum arantantiarum adiunctione proposita. Vt, sit ne Catoni uxor duenda, sit ne Caesarium bellum suscipiendum aduersus Pompeium. Hanc Cicero in partitionibus controuersiam, causam in topias uocat. Circūstantiae sunt, persona, locus, tempus, causa, agendi modus, instrumenta, quaeq; alia eius generis sunt. ¶ Non pertinet aut̄ nec omnis controuersia nec sola ad rhetoricem. ¶ Monui superius, omnem hanc opinionum diuersitatem pendere ex diuerso intellectu uocabuli. Nam si rhetorice accipias artem eam, quae in commune doct, quo modo de re quaq; elegans poliat aq; texti possit oratio: hoc nimirum intellectui, omnes auisanq; tandem generis theses subiectae sunt quaestiones, hactenus sibi subiectas habet, quatenus polite ornateq; potest ete sunt rhetorice de eis diā. At si hoc nomine intelligatur omnis ac sola facultas illa, quae debent esse tori. instructi ij, qui causas in foro agunt: hac arte ratione non omnis controuersia siue hypothesis ad rhetoricem pertinet: neq; quisquam hoc unquam dixit. Nisi forte si quis dialectican à rhetorice ita distare diāt, ut de thesibus illa, haec de hypothesisibus disputet, hunc nos illud cōtinuo diere interpretamur, omnis hypotheses ad rhetoricem pertinere. Id quod perinde mihi uidetur esse, ut si quis dicat terram hoc differre ab igni, quod hic calidus, illa frigida sit: atq; inde nos colligi illud credamus, omnem calorem in igni, omne frigus in terra esse: cum tamen & aquam frigidam, & arem calidam esse sit manifestum. Iam quod subdit Rodolphus, non etiā

F solam



Thefes ac ge- solam controuersiam, sed & propositum siue thesin pertinere ad rhetorem, eius  
nerales questi- rei autores habet, Ciceronem in libris de oratore, & Fabium libro institutionum  
ones quatenus (opinor) secundo. Sed & hic quoque uerbis modo tenus dissensio est. Nam qui dicunt  
ad oratorem solis hypothesebus locum esse in foro, ij hoc intelligunt, id quod initio iudicibus  
pertineat. proponitur, causam seu hypotheseim esse: id quod nec Cicerone, opinor, ipse negue-  
rit. Quod autem is ipse, scaturusque cum Quintilianus, & post utrumque Rodolphus,  
aiunt theses quoque: i. proposita & consultationes in forum uenire, id in hunc sen-  
sum accipi debet. Contingit sepe inter dicendum, ut generalis atque infinita questio  
aliqua, sic in hypothese ea de qua pronuntiandum est, includatur, ut omnino de hy-  
pothese hac quae proprie in iudicium uenit, statui nihil possit, nisi prius infinita  
illa questione discussa. Ut in causa Miloniana, prima questio est, teneatur ne Milo  
lege Cornelia de scarijs. Negat id Cicerone, quod ea lege non teneatur ij, qui iure  
quempiam occidissent: porro Clodium iure à Milone occisum esse. Quamobrem  
iure? Quia Clodius (inquit) insidias Miloni fecit: omnis autem insidiator iure potest  
occidi. Hic ergo iudicis pronuntiare habent de eo, teneatur ne Milo lege Corne-  
lia, an non teneatur. quam esse controuersiam constat. Verum de hac nihil quicquam  
decerni potest, nisi planum factum sit prius, iure an iniuria Clodium Milo  
occiderit. Quod sic probat orator, ut dicat Miloni à Clodio factas esse insidias,  
omnem autem insidiatorem iure occidi posse. Iam haec, omnem insidiatorem iure pos-  
se interimi, non hypothesis est, sed thesis. atque huic caeterae omnes sic innuntantur,  
ut omnino primae illius controuersiae nulla esse certitudo queat, nisi haec prius in  
hac aut illa parte probata sit. Quamobrem Cicerone, statim à primario orationis,  
hanc sibi existimauit esse discutendam. Atque hoc est illud quod dicitur, etiã thesi-  
bus esse in foro locum. ¶ Ut multa habuisset Antonius Musa. Hic medius Augu-  
sti Caesaris fuit, homo medendi arte insignis. Meminit eius in epistola quadã Ho-  
ratius: meminit & Plinius naturalis historiae libro uigesimonono, capite primo: et  
rursum libro trigesimo, capite tertio. ¶ Messala. Hic est Messala ille Coruinus,  
non postremi nominis orator, qui ex graui ac diuturno morbo nominis etiã sui obli-  
tus fuit. Meminit eius & Cicerone i libro de claris oratoribus ad Brutum. ¶ Et pro-  
positum quidē esse id ipsum quod praedictiuae questionē, hinc inde de eis exempla sa-  
uile declarāt. Haud scio nū id satis declarent exempla. Nā si dicis, An si adulterū  
occidere licet, iacirco eundē fas est & loris cadere? an si qua mulier est adultera,  
eadē & uenefica est? nū si prouidētia mundus regitur, tum est administrāda respu-  
blica: haec utique, omnes praedictiuae questiones non sunt: at theses tamē aut propo-  
sita ea esse, id manifestius est, quam ut ullo modo negari queat. ¶ De controuersia  
thesi ois, quae est quod posset ambigi. Hypotheses, inquit, ac controuersiae, tametsi uoce tenus  
sitis conditi- asseueranter ferē uideantur proferri, tamen si sensum magis quam uerba expen-  
onalis. das, saule animaduertis, semper tacitam eas inclusam habere conditionem.

¶ Struxerit

¶ Struxerit ne Clodius insidias Miloni. Hanc coniecturalem copiosissime tra-  
ctat Cicerone in oratione Miloniana, cuius toties iam à nobis facta est mentio. ¶ An  
priuato consilio Annibal obsideat Saguntum. Hae Saguntus urbs erat in Hispania,  
quam Pœnorum dux Annibal obsedit cepitque prius, quā exeratum dueret in Ita-  
liam. Lege T. Liuij de secundo bello punico librum primum. ¶ An delenda Car-  
thago. Hoc M. Portius Cato suasit, Sapius Nasica dissuasit. Viat tamen sententia  
Catonis. qui uir quā leui argumento persuaserit tantae euerfionem urbis, his uer-  
bis explicat Plinius. Namque perniciāli (inquit) odio Carthaginiis flagrans, nepo-  
tūmq; scuritatis anxius, cum clamaret in omni senatu Carthaginem delendam,  
attulit quodam die in curia praecoxem ex ea prouidā fiam: ostēdēsq; patribus,  
interrogo uos, inquit, quando hoc pomū demptū putatis ex arbore? Cū inter oēs  
reans esse constaret, Atqui tertium, inquit, ante diem satote decerpum Carthagine.  
tam prope à muris habemus hostem. Statimque sumptum est puniam tertium bel-  
lum, quo Carthago deleta est. quanquam Catone anno sequente rapto. Quid  
primum in eo miramur? curam ingenij, an occasionem fortuitam? alevitatemque; cur-  
sus, an ingenium uiri? Super omnia equidem est, quo nihil equidem duco mirabi-  
lius, tantam illā urbem, & de terrarum orbe per centum uiginti annos urbis emu-  
lam, unius pomū argumento euerfam. &c. ¶ Quomodo sicut propositioes  
quaedam, quibus est diserite adiecta conditio. Non osātanter legenda sunt haec.  
Profuerint enim ad explicanda multa, in quibus mirum hodie quā sudent quidā,  
& tamen frustra. ¶ Recte ne Cato Martiam uxorem dimiserit. Cato Vtiensis  
post diuortium Attiliae Martiam Philippi filiā duxit uxorem. Hanc Martiam  
uir nobilis & orator insignis Hortensius, sibi à Catone tantisper tradi postulauit,  
dum prolem unam aut alteram ex ea sustulisset: idque assentiente Martiae patre  
Philippo, à Catone obtinuit. Post annos aliquot, cum e uiuis exisset Hortensi-  
us, Cato Pompeium, cepto iam auli bello, extra Italiam secuturus, Martiam rur-  
sus liberorum ac totius familiae causa sibi matrimonio iunxit. quod eius factū au-  
aritia argumentum, criminatus est in Anticatoe Caesar. Lege uitam Catonis  
apud Plutarchum. ¶ Catonem auctorem Romanum, Stoicā sectam praefer-  
rentem. Fuit enim Cato philosophus Stoicus, quae res iocandi ansam praebuit Cice-  
roni in oratione qua Murenam defendit contra ipsum hunc M. Catonem & Ser-  
uium Sulpitium. Ego (inquit) consilium tuum Cato, propter singulare animi mei  
de tua uirtute iudicium, uisuperare non audeo: nonnulla in re forsitan conformare,  
& leuiter emendare possim. Non multa peccas, inquit ille fortissimo uiro senior  
magistr. r: sed si peccas, te regere possum. At ego te uerissime dixerim peccare ni-  
hil, neque ulla in re te esse eiusmodi, ut corrigendus potius, quā leniter inflecten-  
dus esse uideare. Finxit enim te ipsa natura ad honestatem, grauitatem, tempe-  
rantiam, magnitudinem animi, iustitiam: ad omnes denique uirtutes magnum ho-

F ij minem

Quo argumē  
to persuaserit  
Cato delendā  
Carthaginē.  
Pli. li. 15. ca. 18

Martia à Cato  
ne dimissa &  
recepta.

Cato philoso-  
phus Stoicus.



minem & exalsum. Acersit his tot, doctrina non moderata nec mitis: sed ut mihi uidetur paulo asperior & durior, quam aut ueritas aut natura patiatur. Et quoniam non est nobis haec oratio habenda, aut cum imperita multitudinem, aut in aliquo conuentu agrestium: audacius paulo de studiis humanitatis, quae & mihi & uobis nota & iudicanda sunt, disputabo. In M. Catone, iudicis, haec bona quae uideamus diuina et egregia, ipsius satorum esse propria. Quae nunquam requirimus, ea sunt omnia non a natura, sed a magistro. Fuit enim quidam summo ingenio uir Zeno, cuius inuentorum aemuli, Stoici nominantur. Huius sententiae sunt & praecipua eiusmodi, sapientem gratia non moueri, nunquam cuiusquam delicto ignoscere: neminem misericordem esse, nisi stultum et leuem: uiri non esse, neque exorari neque placari: solos sapientes esse, si distortissimi sint, formosos: si mendacissimi, diuites: si seruitutem seruiant, reges. Nos autem qui sapientes non sumus, fugiuos, exules, hostes, insanos denique esse dicunt: omnia peccata esse paria, omne delictum scelus esse nefarium: nec minus delinquere eum, qui gallum gallinaceum, cum opus non fuerit: quam eum, qui patrem suffocauerit. Sapientem nihil opinari, nullius rei poenitere, nulla in re falli, sententiam mutare nunquam. Haec homo ingeniosissimus M. Cato, autoribus eruditissimis inductus, arripuit: neque disputandi causa, ut magna pars: sed ita uiuendi. Petunt aliquid publicani: caue quicquam habeat momenti gratia. Supplicis aliqui ueniunt miseri & calamitosi: sceleratus & nepharius fueris, si quicquam misericordia adductus feceris. Fatetur aliquis se peccasse, & eius delicti ueniam petit: nefarium est scelus ignoscere. At leue delictum est: omnia peccata sunt paria. Dixisti quicquam: iam fixum & statutum est. Non re ductus es, sed opinione: sapiens nihil opinatur. Errasti aliquis in re: male diu putat. Hac ex disciplina nobis illa sunt. Dixi in senatu me nomen consularis candidati delaturum. Iratus dixisti. nunquam, inquit, sapiens irascitur. At temporis causa. improbi, inquit, hominis est mendacio fallere. Mutare sententiam, turpe est: exorari, scelus: miseri, flagitium. &c. ¶ Propositum solum id est, quod in eorum, quae sunt in questione, substantia ponitur. Hoc est, Propositum, thesis, siue consultatio est questio ea, quae exclusis arantianis, de sola queritur natura ipsarum rerum. Ut possit ne homo quisquam iure occidi, num metus cadere possit in constantem uirum.

Argumenta  
καὶ ὑπὸ θεσπιῶν

¶ Quod Quintilianus uocat argumenta καὶ ὑπὸ θεσπιῶν. Verba Fabij libro quintimo haec sunt. Illud adiudandum uidetur, duae argumenta, non a confectis tantum, sed etiam a fictione, quam graeca καὶ ὑπὸ θεσπιῶν uocant: & quidem ex omnibus istidem locis, quibus superiora. quia totidem species esse possunt fictae quot uerae. Nam fingere hoc loco id est, proponere aliquid, quod si uerum sit, aut soluat questionem aut adiuuet. ¶ Sunt & alij duo modi querendi. Tradunt dialectici, praeter diuisionem illam superiorem, duo adhuc esse pronuntiatorum genera, purum unum, alterum modale. Pura pronuntiatora nominantur, quibus aut simpliciter, aut adiecta

Pronuntiatora  
pura.

conditione, pure esse aliquid aut non esse significamus. Ut, Mors ultima linea rerum est, Et si non aliqua no uisses, mortuus esses. Modalia uocant, quibus non pure, sed certo quodam modo, certa quae lege, aut esse aliquid significamus aut non esse. Ut diuitem ingredi in regnum caelorum est impossibile: Contingit hominem eundem, & bonum iurum, & inutilem aeuem esse. Modi per quos huiusmodi pronuntiatora fiunt, ab Rodolpho enumerantur quatuor, possibile, contingens, impossibile, necesse. Sunt qui his duos adijciunt, uerum & falsum. Laurentius Valla tris modo ex hoc numero putat reapiendos, possibile, impossibile, uerum. Quibus rursum alios quosdam adijungit, facile, difficile: artum, inartum: consuetum, insuetum: utile, inutile: iudicandum, iniudicandum: decorum, indecorum. aliaque huiusmodi similia. ¶ Quod quantum sit durius, tamen, ut inquit Quintilianus, solum est eius quod graeca δὲ ὑπερβολῆς uocat. Loas est apud Quintilianum tertio institutionum libro, capite de causa deliberationis. Melius igitur, qui tertiam (inquit) partem dixerunt δὲ ὑπερβολῆς, quod nostri possibile nominant. quae ut dura uideatur appellatio, tamen sola est. ¶ Est & conditionalis. Quid Rodolphus, si legant haec illi, qui hodie magna cum autoritate docent summulas Petri Hispani, et parua logicalia? Quo putas super alio isti haec legent? imò uero quanta cum indignatione abijciant? An tu ignoras, capitale apud istos crimen uideri, si quis latum (quod aiunt) culmum ab ipsorum sententia auferat? Atque hi arte ita pronuntiant, omnem propositionem modalem esse categoriam, hypotheticam nullam. Quod uero uide quid egeris, qui due responsurus sis ijs, ubi centurijs aliquot syllogismorum instructi, in hanc nam te prouocauerint. ¶ Idque dupliciter fit. Quandoque enim modum asserimus ei, de quo querimus ex conditione. Hoc apertius fortasse dicitur quae at. Modus uerbi causa, necesse: quandoque significat, praedicatum eius proloquij, quod ex conditione colligitur, necessario subiecto inesse: quandoque uero, etsi praedicatum illud subiecto non insit necessario, tamen proloquium ipsum necessitate quadam ex praecedente conditione sequi. Alter. Verbum necesse in pronuntiatoris modalibus, duplicem significare potest necessitatem, unam consequentiae, alteram consequentis. Priorem uocant, quoties necessario aliquid ex alio colligitur, siue id per se necessarium sit, siue non necessarium. ut, necesse est, si pluit, terram madescere. Posteriores, quoties per se aliquid necessarium est, siue necessitate aliqua colligatur ex alio, siue non colligatur. Ut si homo est animal, & non mutum, necesse est eum esse rationis partem. ¶ Alijs libris si quando de argumentationum lege, hoc est de iudicandi parte scribendi oam dabitur. Fuit, qui hos libros a se uisus diceret: uere an scias, ego adfirmare non possum. mihi certe nondum eos uidere contingit.

¶ Artium tria esse genera, & pro horum diuersitate, diuersas etiam sumi questiones, cum alijs quibusdam. Caput. IX.

F ij Terciam

Modalia.

Modi quot.

Possibile.



Tria artium  
genera.

**T**ertiam quaestionum uarietatem diximus accipi, pro artium, quarum considerationi sunt expositae, diuersitate, Artes omnes, aut ad cognitionem referuntur, aut ad actionem. Cognitionis artes sunt, quarum finis est scientia, ut sunt mathematicae, physicae & reliquae id genus, ex quibus sola res peti cognitio. Aliae sunt, quae earum sunt rerum, quae actioni arbitrioque nostro sunt addictae, ut sunt eae, quibus animus ad uirtutem dirigitur, quam moralem philosophiam dicimus, aut quibus corporis necessitati succurrimus, quae operariae dicuntur. Tertiae & uelut medij sunt generis, quas λογικαί graeci, nos rationales dicimus; quae ad mandam orationem pertinent, de quibus cum dialecticam definiremus, sumus locuti. quarum radix origoque propius ad cognitionis uim accedit, uidenturque intra fines suos positae, cognitionis uerius esse, quam actionis. Quia tamen communes sunt aliarum omnium ministrarum tamque late funduntur, quam oratio, hoc est, quam humana ipsa natura; promiscue uidentur & actionis & cognitionis nomen accipere posse, quemadmodum ratio uel mens cui seruiunt est in actionem & cognitionem ab Aristotele diuisa. Sumet pro hoc artium numero etiam numerus quaestionum. Sed de his exactius dicere, ad singulas pertinet artes, uel si ad unam aliquam, non est id dialecticis, haec autem uelut capita attigisse dialectico sufficiat. ¶ Illud quidem haud est difficile uidere, eos qui rhetori omne id de quo bene dici posset subdidere, deinde omnem materiam fini uere tribus questionibus, sit ne ab hoc factum quod dicitur, sit ne iustum, sit ne scripto legis comprehensum: nihil satis dignum tanto promisso suo protulisse. His enim tribus questionibus sunt omnia in iudicijs agunt condusa. Nam deliberatiua breui quaestione an expediat absoluerunt. Et Aristoteles quidem copiose eam diligenterque explicat; reliqui breuiter

uiter attigere, quidam adeo ne numerare quidem inter ciuiles questiones. Nam laus & uituperatio sit ne omnino quaestio nec ne, fuerunt qui dubitarent. Quod ut iure reprehendit Quintilianus, ita recte uidetur apud Ciceronem sentire Crassus, qui per se uenire eam non putet in forum: iudicialibus autem & deliberatiuis persape accedere. ¶ Quod autem Cicero in topicis, an sit, quid sit, quale sit, questiones, ad cognitionem retulit; deinde qualitatem uoluit iuris & iniuriae tractatu explicari; utrumque diligentius fieri fortasse poterat. Primum enim non satis est uerum, secundum etiam repugnans. Nam & moralis philosophus an sit uirtus quaerere potest, & quid sit quaerit utique. Qualitas uero si ad cognitionem pertinet, quomodo iuris & iniuriae tractatu finita est: Quoniam ius & iniuria ad actionis partem, non ad cognitionis partem reducuntur. Tamen enim multa sit uariarum de iure & iniuria ambiguitas, ingentemque rerum cognitionem sit horum notitia complexa: non tamen cognitionis nomen accipit eorum tractatus, sed actionis. Contemplantur enim (ut inquit Aristoteles) etiam qui agunt, sed alium in usum. Non enim in id contemplantur, ut contemplentur: sed ut pro eo quod contemplatione instituerunt, dirigant actiones. Sic etiam mathematicus, describet circulos radio, figuras linealesque in puluere ducet, summas motuum & magnitudinum coelestium numeris colliget, quae sunt actiones: non tamen ut agat, haec facit, sed ut scientiam eorum, quae agendis istis scrutatur, acquirat. Finis potissimus est rerum omnium; utque omnibus agendi est existendique causa, ita plurima etiam ex ipso accipiunt nomen. Multa uocantur bona, non quia sunt, sed quia bonis destinantur.

Expeditur sententia Ciceronis in Topicis



**A**rtes omnes, aut ad cognitionem referuntur. Debat artium diuisione multa Angelus Politianus in libello seu oratione ea, cui titulum fecit, panepistemon. **Q**uas logias graecae, nos rationales dicimus. Sunt qui existunt, has artes potius sermouales quam rationales dicendas esse. Certe vox graeca utriusque interpretationis est apax: cum λόγος non moratione, sed sermonem seu orationem significat. Atque haud scio num Rodolphus etiam, non rationales sed orationales scriptum reliquerit. id quod propemodum indicare uidentur, quae continuo subiungit. Nos, inquit, rationales dicimus, quae ad formandam orationem pertinent. Laurentij Valle hac de re disputatio huc spectat, quasi logica dicta sit rationalis scientia, quod circa rationem, hoc est, argumentum seu medium argumentationis cuiusque uersetur. quae interpretatio quemadmodum dialectica probe aptari potest, ita reliquis duabus nequaquam. Id quod Boetium sensisse apparet, qui in Porphyrium scribens, ita loquitur de ea parte philosophiae quam rationalem uocamus, ut dialecticam sola, non etiam grammaticam et rhetoricam eo nomine intellexisse uideatur. Longe aliter Macrobius, qui rationalem philosophiae partem appellat eam, quae uersatur circa res incorporeas, et ea quae sola mente, non etiam sensu cognoscenda sunt, ut est anima, deus, et quae uocantur intelligentias. Verum haec non ita multum faciunt ad institutum nostrum, quibus in praesentia satis est, grammaticam, dialecticam, et rhetoricam, idcirco λογικὰς dictas esse ad graecum, quae orationis sermonisque artificum doctrinae: quocumque tandem nomine eas donent Latini. De quibus cum dialecticam finiremus, finis locuti. Huius libri capite secundo. Quarum radix origoque propius ad cognitionis uim accedit. Hinc clamorissima illa disputatio apud nostros, sit ne dialectica speculatiua an practica. In qua consuevit hodie desudant quidam, ut posteaquam diem totum contentissimis uoaserationibus absumpserint, tum post sudores tantos, quae artes speculatiuae aut practicae sint dicende, ipsi etiam dum ignorent. Quemadmodum ratio uel mens cui seruiunt, est in actiuam et cognitiuam ab Aristotele diuisa. Facit enim Aristoteles tertio libro de anima duplicem intellectum, speculatiuum et practicum. Eos qui rhetori omne id de quo bene dici posset subdidere. Hoc Crassus apud Ciceronem facit primo libro de oratore, et Fabius Quintilianus oratoriarum institutionum libro secundo. Nihil satis dignum tanto promisso suo protulisse. Alludit ad armen Horatianum: Quid feret hic tanto dignum promissor hiatus? Nam deliberatiua breui questione an expediat absoluerunt. Tradunt rhetores tria esse genera causarum, demonstratiuum, deliberatiuum, iudiciale. Demonstratiuum est, quo laudamus aut reprehendimus. Deliberatiuum, quod in suadendo ac dissuadendo consistit. Iudiciale, quo accusatur quis aut defenditur. Ergo in genere deliberatiuo Aristoteles illud modo querendum putat, expediat nec ne id quod in deliberatione uenit. Quintilianus tria, sit ne utile, sit ne honestum, et non fieri possit. Porro qui

Logicae artes  
an dicende ra-  
tionales.

Laurentij Val-  
la li. 3. in dia-

Macrobius 2.  
li. in somnium  
Sapientis ca.  
ultimo.

Tri genera  
causarum.  
Demonstratiuum  
Deliberatiuum.  
Iudiciale.

de sola utilitate aut querendum esse, si ex sententia Stoicorum, nihil utile esse dicunt, quin sit idem honestum. Quod et Fabius attingit, et Cicero in officijs probat. Et Aristoteles quidem. Primo libro rhetoricorum. Quod ut recte reprehendit Quintilianus. Libro tertio, capite nono. Ita recte uidetur apud Ciceronem sentire Crassus. In libris de oratore. Quamquam aut memoria me fallit, aut haec non tam Crassi apud Ciceronem sententia est, quam Antonij. Quod autem Cicero in topicis. Non in topicis solum, sed in tertio etiam de oratore habet hoc Cicero. Quo autem paratius sit, totum hunc locum plenius assequi, ascribam huc ipsa Ciceronis uerba, quae super hac re habet in topicis. Questionum autem, quae cumque de re sint, duo (inquit) sunt genera, unum cognitionis, alterum actionis. Cognitionis sunt haec, quarum finis est scientia, ut si queratur, a natura ne ius profectum sit, an ab aliqua quasi contractione hominum et pactione. Actionis autem huiusmodi exempla sunt, sit ne sapientis ad rem publicam accedere? Cognitionis questiones tripartitae sunt. cum aut sit ne, aut quid sit, aut quale sit queritur. Harum prima, coniectura: secunda, definitio: tertia iuris et iniuriae distinctione explicatur. Et interpositis paucis, De cognitionis (inquit) questionibus haec tenus. actionis reliquae sunt. quorum duo sunt genera, unum ad officium, alterum ad motum animi uel eggendum uel sedandum planctum tollendum. Ad officium sic. cum queritur, si sit sapiendi ne sine liberi? Ad mouendos animos. cum fiunt cohortationes ad defendendam rem publicam, ad gloriam, et ad laudem. &c. Ex his paratum est colligere illud, tam Ciceronem quam Rodolphum, suo utriusque modo uera sentire: et quicquid hoc inter eos est controuersiae, id in solis uerbis, non re ipsa consistere. Etenim Cicero eas questiones uocat cognitionis, quarum ea est factus, ea natura, ut quantum in ipsis est, finis earum sit cognitio. Actionis autem, quae ex natura sua, non tam ad res cognoscendas, quam ad officia actionesque pertinent, in quacumque tandem arte tractentur. Rodolphus contra, discernit questiones istas finibus artium: ut actionis questiones dicatur, quae ad artes actiuas pertinent: cognitiois, quae ad cognitiuas. Ergo cum queritur quid sit uirtus, si Rodolphi finitionem accipias, actionis nimirum questio erit: si uero Ciceronis, cognitionis dicatur. Quamuis enim ad moralē pertinet philosophiam, ac proinde actionis etiam dici potest: tamen quod in natura ipsius est, nusquam alio quam ad cognitionem spectat, ideoque non minus recte dicitur cognitionis. Secus habeat, si queratur an boni uiri sit procreare liberos. Haec enim questio, etiam quantum in ipsa est, praeter cognitionem, etiam actionem spectat. Ita res est uterque, sed diuerso modo. Contemplantur enim, ut inquit Aristoteles, etiam qui agunt, sed alium in usum. Contemplantur, inquit, non ut in contemplatione cognitionemque gradum sistant, sed ut progrediantur ad actiones.

Omni differenti propositam esse questionem: et quomodo, cum ipsa, tum etiam status, in diuersis dicendi generibus inueniatur. Cap. X.

Quando

Duo questio-  
num genera,  
unum cognitio-  
nis, alterum  
actionis.

Questio cog-  
nitionis.  
Actionis.



Omni differē  
ti proposita  
questio.



Vando igitur omni differenti proposita est quaestio, non  
eis modo qui disputationibus res ambiguas faciunt, aut quae  
tradendis artibus, uel certiores, uel (quod discipulis pro-  
inde est) meliorem fidem facere conantur: sed & historia, & poema  
quoque quaestionem explicant. Si quis enim interroget, quomodo ge-  
stum sit bellum Peloponnesiacum, nihil poteris rectius respondere,  
quam quae Thucydides ea de re conscripsit. Nec quomodo pugnatum  
sit cum Iugurtha, quam quae Sallustius monumentis earum rerum reli-  
quit. Sic & quomodo Graecia ad Troiam bellauerit, & Aeneas ue-  
nerit in Italiam, nullus melius quam Homerus & Virgilius explicarit.  
Cum haec ergo ita sint, diligenter est nobis etiam atque etiam intuen-  
dum, quae sit quaestio, hoc est, quod sit caput summamque rerum omni-  
um, ad quam dicenti sint cuncta referenda. Nec enim abs re creden-  
dus est admonuisse Plinius Comensis scriptorem, ut legat subin-  
de titulum suum, & plane exacteque perspiciat, quid scribendum sum-  
pserit, et M. Antonius itidem putauit, nihil aequae iuuare dicturum, quam  
respicere quam creberrime ad id, de quo sis dicturus. Quod nedum in  
id prodest, ut quae latent in eo, facilius acriori mentis intentione eru-  
as: sed obserues (quod plerisque difficillimum est) ut nec plura quam opus  
est, nec pauciora, nec quae nihil ad rem attinent, dicas. Hoc autem fa-  
cere nemo potest, qui non ante fixam exploratamque quaestionem ha-  
buerit, de qua sibi sit dicendum, quod quo facilius fieri possit, quomo-  
documque poterimus conabimur explicare. Omnis dictio, aut ad-  
uersarium habet, & inter duarum partium certamina consistit: aut uni-  
us solum est partis. Duarum partium sunt, ut contentiones uel scholasticae, uel  
civiles, quam inter dissidentes fiunt. Unam solum partem habet, quam fit ad obsequen-  
tem auditorum, quales sunt cohortationes, consolationes, laudationes, concilia-  
tiones,

Duplex di-  
ctio.

tionem, quaeque reliqua huius sunt generis. Non quod nequeat & in his in am-  
bas differi partes, neque enim aliter quaestio intelligi posset: sed quia cum  
illis fere negocium est, qui ultro uinci se cupiunt, & non modo non repu-  
gnant, sed laxissimas etiam (quod dici solet) habenas sequuntur.  
In his ergo dictionibus, quae positae sunt in contentione, expeditissi-  
mam rationem inueniendae quaestionis aduersarius dabit. Quoniam  
semper petitur aliquid ab altero, cui alter contradicit. Quamdiu enim  
consentanea dicunt, certum est quaestionem esse non posse. Vbi coepe-  
rint consistere, ita ut alter non progredi longius alterum patiat, quae-  
stio erit. Sed haec quae sit, in scholasticis quidem dubium esse non  
potest, quia expositum semper certumque est, de quo dubitatur. In ci-  
uilibus uero quaestio quidem, hoc est, caput certaminis semper est a-  
pertum. Neque enim deliberat quisquam, qui non certam habeat deli-  
berandi summam: neque qui in iudicium uocat aliquem, ignorat qua  
lege reum faciat, hoc est, quid petat ab eo, uel quas exposcat poenas.  
Sed de statu quaestionis persaepe ambigitur, in iudicijs praesertim. Sta-  
tus autem quaestionis id est, quod uel probato uel confutato, in hanc uel  
illam partem de quaestione pronunciarum oportet. Vt Laterensis ait,  
ambitu affectus est aedilitatem Plancius: Plancius negat, quaestio est,  
affectus sit Plancius aedilitatem ambitu, hoc est enim de quo pronun-  
ciare iudices oportebit. Non potest autem istud ex se probarum. Di-  
cit igitur Laterensis, Dignitate enim a me uincebatur. Quod si det id  
Plancius, uidebimus an idcirco necesse sit, ipsum ambitu superiorem  
fuisse. Quod si est, hic erit status. hinc enim tota pendebit quaestio, fu-  
erit ne dignitate Laterensis superior. Sin uero poterit Plancius cede-  
re dignitati Laterensis, & causam tamen tenere, non erit hic status: ut  
dicat, non utique si Laterensis dignitate superauit me, idcirco ego am-

Quomodo in-  
uenienda quae-  
stio in dictioe  
ea quae habet  
aduersarium.

Quid status.

G ij bitu



bitu illum uici in petitione, nō solum enim populus alterum horum sequitur, sed studio diligentiaq; candidatorum, sed amicorum precibus, sed officiorum commendatione, permouetur. Ergo iam ab eo statu quem Laterensis fecit, detorta est a Cicerone quaestio: & huc delata, an soleat his rebus moueri populus, & an fuerit Plancius istis superior, hicq; fit status huius quaestionis. Sic etiam aduersarius dicit, Milo tenetur lege Cornelia de Sicarijs. Milo negat, Quaestio, an teneatur. Probat aduersarius, occidit enim Clodium. Quod si Milo negat, hic erit status quaestionis, an occiderit: sin fatetur, ostendat oportet, non teneri ea lege, quisquis aliquem occiderit, ut insidiatorē, aut latronem. Id ergo quoniā grauius ab aduersarijs pressum erat, Cicero disputandū etiam sibi credidit: deinde Clodiū insidiatū fuisse, qui praecipuus eius quaestionis fit status, sitq; adeo perfectus syllogismus. Quisquis insidiatus est, iure occiditur: Clodius insidiatus est, iure ergo Clodius occiditur. ¶ Quemadmodū contingit autem plures quaestiones eodem peragi iudicio, ut in Cluentij causa, quaestiones iudicij corrupti, & ueneficij: ita contingit unius quaestionis plures esse status. Vt in eadem iudicij corrupti causa, nec id iudiciū a Cluentiū corruptum esse, nec si esset, idcirco tamen lege corrupti iudicij Cluentiū teneri. Sed in Verris repetundarū iudicio, q̄stio utrū in legē repetundarū admiserit Verres, status sunt tot, q̄t sunt crimina. q̄dlibet em̄ p̄ se defendendū est, quē admodū & probandū. Et diuersa est interim defendendi ratio. cū aliud negat factū, aliud in legē repetundarū nō uenire, aliud recte factū dicit. Status ergo est (ut diximus) id, quo dato, necesse est de causa in hāc uel illā partē discerni. Quae si plura erunt, q̄z unū probādo alteri nō adhibet, possitq; q̄dlibet firmentū esse quaestionis, plures erunt etiā & status.

¶ At

In eadē quaestione plures quandoq; inesse status.

¶ At in negotijs illis, quae unius tantum sunt partis, nonnunquam plus aliquanto curae habet inuenire quaestionem. Idcirco quatenus possumus, iuuenus & hac in parte quaerentis curam. Mihi quidem uidetur quaestio omnis, in huiusmodi causis trium istarum rerum consideratione inueniri expeditissime posse, personarum, rei, & (ut ita dicā) conatus. Personas dico nunc eas, inter quas agitur, ut sint beneuolae aut infensae, alienae aut coniunctae, pares aut dignitate discretae, quaeq; aliae maxime in cōgressu hominum perspici solēt. Qui perferunt autem mandata, personam semper sustinent mandatis. Res consideranda est, quae euenit, aut futura est, cuius causa dicere statuimus. Vt in cōsolatione, uel propinqui, uel amici, uel opes amissae. In gratulatione, honores accepti. In gratiarum actione, beneficium collatum. Conatus deinde est id, quod ob hanc rem uelimus dicendo conficere. Vt in cōsolatione, uidemus hunc desideratae rei iactura dolere, haec q̄dē res est. Personae deī sunt, hic nobis, nos huic amici, q̄ fit, ut offendamur eius dolore, Conatus ergo sequit, q̄ damus operam, ne huic doleat, idq; dicendo consequi laboramus. Ergo si conatum atq; rem coniungas, quaestionem habebis. Ea est, sit ne huic dolendum huius rei amissae causa. In gratulatione personas primum necesse est beneuolas esse. Res uero erit, ut aliquid eius cui gratulamur commodis aut dignitati accesserit. Conatus autem, quoniam ob beneuolentiam fauimus rebus illius, ut ostēdamus nos latari. Quaestio ergo erit, an illius praesenti commodo latemur. In gratiarum actione, personae sunt itidem amicae. Res est meritum uel munus ab eo cui aguntur gratiae tributum. Conatus, ut grato ob id animo doceatur esse qui accepit. Quaestio erit, sit ne hic illi huius meriti causa gratus. Agendarum autem gratiarum, cum multa apud

Quomodo inuenienda quaestio in dictioe ea, quae aduersarium nō habet.

Personae.

Res.

Conatus.



Ciceronem, tum pulchrum mihi propriumque uidetur esse apud Antonium exemplum, in ea oratione, qua Gratiano ob consulatum agit gratias. Sunt autem diligenter expendendae personae ad quas habetur oratio. Ut enim quandoque certa sunt & singulares, sicut in his exemplis quae proposuimus; ita nonnunquam, uel qui dicit, multorum sustinet personam, ut qui populi nomine cum principe uel magistratu agit, uel cum multis unam agit, ut Cicero, qui senatui, qui P. R. gratias de reditu suo agit. Aristides, qui Rhodo terrae motu subuersa, ciues consolatur. Qui diligenter enim personam uel eius qui dicit, uel cuius nomine dicitur, & eius cui fiunt uerba, perspexerit, siue singulae sint haec, siue plures: deinde rem cum persona contulerit, & uiderit quid ea personae intersit, uel qua parte contingat eam, facile id quod diximus conatum explicabit. Ut qui in nuptiis dicit. (humilibus enim oportet utamur exemplis, quoniam in huiuscemodi rebus, quae ad morem magis quam ad usum spectant, eo facilius errant, quo habentur negligentius. Necessitas perspicax est, neque (quod dici solet) docenda est fames.) Quid petet is ergo qui dicit in nuptiis? Si nuptias quae fiunt conferat nubentibus, hocque oratione prosequi uelit, qua sint eis expetendae nuptiae, quemadmodum & expetuntur, in hortatione non flectet oratio, eritque quaestio, an sint istis expetendae nuptiae. Sin turbae amicorum circumstantium nuptiae conferantur, nihil ad eos pertinebit, praeterquam ex nubentibus gaudium: conabiturque ostendere gaudendum eis esse, & fiet quaestio, sit ne tam felicitum nubentium matrimonio gaudendum. Unde est in promptu uidere, quomodo in eadem re, eodem in loco, mutatis personis, mutari oportebit etiam quaestionem. In funebri laudatione, plerumque uideas orationem ad consolationem committere, quae primum oratio sola cum propinquis haberi potest. Con-

tra uidetur laudatio magis ad alienos qui adsunt funeri pertinere. Deinde intempestiuum uidetur, tam recentem dolorem & in ipso (ut dicitur) ictu uelle consolando mulcere. Aut enim frustra tentabimus ibi ficcare lachrymas: aut si quis tum consolationis est capax, is consolatione non eget. Mihi uidetur, quia res quae in manibus est, mors est praesentis uiri, ex qua ad praesentem hominum numerum honor tantum funeris pertinet, ostendendum id esse, merito tam laudato uiro hunc honorem haberi. Fit tamen, ut in fine ad consolationem aliquam respectet qui dicit, quemadmodum apud Thucydide Pericles, cum eos qui primi in eo bello ceciderant laudaret, in fine consolationem subicit, quod quidem a grauitate personae Periclis, & temporis interuentu, quo primus doloris impetus deferbuerat, haud erat alienum. Quinetiam cum mors eorum qui laudabatur ad exemplum pertineret audientium, quaestionem a laude ad hortationem deflexit. Itaque omnis uis ingeniumque dicentis eo tendit, ut ostendat tam fortes uiros, qui tam constanter pro tam insigni patria ceciderunt, uiuis esse sectandos. Sed de his satis. Nec enim omnia exempla completi in animo est, nec possem. Sufficiet hoc pacto quaerere uolentibus, aperuisse uiam.

## SCHOLIA IN CAPVT X

**Q**uomodo sit gestum bellum Peloponnesiacum. Peloponessus *πελοποννησος* Peloponessus. *λοφ. νοτι. νισ.* nomen habet. ut si dicas, insula Pelopis. Est autem peninsula inter mare Aegeum & Ionium, ubi nobilissima quodam urbs fuit Corinthus. quae initium dedit bello illi, quod grauissimum aduersus Laedamones ac Sialos gessere Athenienses. quod bellum accuratissime octo libris descripsit Thucydides. (Quomodo pugnatum sit cum Iugurtha.) De hoc nihil attinet diare, quando in omnium manibus sunt, quae de ea re scripsit Sallustius. (Nec enim abs re credendus est admonuisse Plinius Comensis scriptorem, ut legat subinde titulum suum.) Extrat inter epistolas Plinij libro quinto epistola multo pulcherrima ad Apollinarem. In ea posteaquam copiosissime descripsisset uillam suam in Thufas, deinde



deinde prope aliam epistola hæc adiecit: Vitissem (inquit) iam dudum, ne uide-  
rer argutor: nisi proposuisssem omnes angulos tecum epistola aramire. Neq; enim  
uerebar, ne laboriosum esset legenti tibi, quod uisenti nõ fuisset: præsertim cū in-  
terquisære, si liberet: depositaq; epistola, quasi residere sæpius posses. Præterea  
indulsi amori meo. amo enim, quæ maxima ex parte ipse inchoauit, aut inchoata  
percolui. In summa, (ar enim non aperiã tibi uel iudiciũ meũ uel errorẽ.) Primũ  
ego officium scriptoris existimo, ut titulum suum legat: & identidem interroget se  
legat.

Scriptor titulu  
suum subinde  
legat.

Quis in scri-  
bendo longus

intellige M. illum Antonium oratorem, auum eius Antonij, qui post dictus fuit  
Triumuir. Is porro Antonius apud Ciceronẽ de oratore, utilissimum fore ansset,  
si subinde mentem reijã. unus ad id, de quo dicturi sumus. ita enim futurum esse, ut  
& cause satisfaciamus: & nihil quod uel obsit illi, uel certe non prosit, affe-  
ramus. (Sed laxissimas etiam (quod diã solet) habenas sequuntur.) Ductum ab  
equis, faãle seffori parentibus. Quinquam alluisse uideri potest & ad Heralem  
illum Gallicum, de quo multa Luãanus. (Status questionis id est.) Multa de statu

Ambitus.

Fabius libro tertio. Ciaro in rhetoricis constitutionem uocat, Græã sãõõp. (Ut  
Laterensis ait, ambitu assecutus est adilitatem Planãus.) Exemplum sumptum ex  
oratione, quam pro Planão habuit Ciaro. Ambitus, ut quidem hic loquimur,  
est illiãta honorum seu magistratuũ adeptio. uidelicet cum quis largitione, aut  
alijs quibusuis modis illiãtis, magistratum adeptus est. Aduersus hunc, legem tute-  
rat C. Calphurnius Piso, quæ primũ Calphurnia, deinde dicta fuit & Iulia de am-  
bitu. In ea lege præter alias poenas, peuniaria quoq; (ut Pædiani uerbis utar) poe-  
na erat adiecta. (Dignitate enim à me uinãbatur.) Laterensis argumentatio, id  
quod ex Ciceronis oratione faãle intelligi potest, fuit eiusmodi: Dignitate à me in-  
petenda adilitate Planãus uinãbatur, ergo ambitu uiãt. Hãc bifariã refellere reus  
potest. primum, ut neget se dignitate inferiorem fuisse, deinde, ut illo dato, neget  
tamen inde sequi, se ambitu assecutum esse adilitatem. Quod si priore defensione  
utatur, status controuersia erit, fuerit ne Planãus dignitate inferior. sin autem illo  
altero, tum status hic erit, sit ne hoc necessarium, ut qui dignitate in magistratu  
petendo uinatur, is eum non nisi ambitu obtineat. id quod ita non esse copiosissime

Lex Cornelia  
de starijs.

Ciaro doat, (Milo tenetur lege Cornelia de starijs.) Lex Cornelia de starijs  
erat, gladio ultore persequendum esse, quisquis hominis occidendi causa cum telo  
in ambularet. Etãmsi me non later, hac præterea lege teneri & alios quosdam. ut  
uidere est apud iureconsultos, pandectarum libro duodequingagesimo, ad legem  
Corneliam de starijs, de qua dicimus & libro tertio. (Occidit enim Clodiu. Mo-  
nui superius, tres à rhetoribus enumerari causarum status, coniecturalem, fini-  
tium, & qualitatis. Ergo si neget Milo Clodium à se occisum esse, status erit cõ-  
iecturalis

iecturalis, nõ occiderit: sin uerò fateatur quidẽ occisum esse, ceterum id iure se fe-  
ãse cõtendat, ac proinde nõ teneri lege Cornelia de starijs, status qualitatis erit,  
nempe iure ne an iniuria occisus sit Clodius: & ecquis ita occidi possit, ut is qui  
caedem feat, lege ea non teneatur. (Ut in Cluentij causa questiones iudicij corru-  
pti & ueneficij.) Duo enim cum primis obiecta erant Cluentio. alterum, quod C. Vibiũ  
dãm id, quo Oppianus damnatus fuit, corrupisset peania: alterũ, quod C. Vibiũ  
Capacem, et ipsum etiam Oppianicũ iam exulem ueneno sustulisset. (Sed in Ver-  
ris repetundarum iudiciã.) De causa Verri dicimus libri tertij capite duodecimo.  
Quod attinet ad legẽ repetundarum, eam tulit Manlius Aãlius Glabrio, adeo Lex repetun-  
darum. seueram, ut ne cõperendinari quidẽ sineret reum, Postulabãtur ea lege maxime ij, darum.  
qui magistratũ gerentes, à prouinã alibus peanias, signa, tabulas, nauigia, precio-  
sa uasa aut uestes, aliãq; eiusmodi, seu uel seu dolo per iniuriã abstulissent. Mar-  
lus iurecõsultus: Lex Iulia (inquit) repetundarũ ptinet ad eas peanias, quas quis  
in magistratu, potestate, oratione, legatione, uel quo alio officio, munere, ministe-  
rioue publico acceperit, uel cum ex cohorte, cuius eorum est. ff. ad legem Iuliam de  
repetundis: l. lex Iulia. Porro ne quem cõturbet, quod dixi legem repetundarũ lata  
esse à Manlio Aãlio Glabrone, cum apud iureconsultos dicatur lex Iulia: fuit is  
mos Romanis, ut leges eadem in nouari apud eos solerẽt nõnunq; atq; ita nomen  
quoq; accipere illius, à quo secundo aut tertio lata essent. Cuius rei & Macrobius  
meminit libro Saturnaliorum tertio, capite deãmo septimo. Comperendinari aut  
(quando in eius etiam uerbi mentionẽ inãdimus) Aconius Pædianus sic expliat. Comperendia-  
tio uerò, inquit, utriusq; partis recãtatio est. Alij sic annoiant. Cõ-  
perendinatio est secũda actio. Item Comperendinatio est ab utrisq; litigatoribus inui-  
cem sibi denũciatio, in perendinũ diem. Hactenus ille. (Apud Ausonium.) Extat  
hodieq; ea oratio, aut si epistolam dicere mauis, qua is gratias agit Romano prin-  
cipi Gratiano, pro demandato sibi consulatu. (Ut Ciaro, qui S. P. Q. R. gratias  
de reditu suo agit.) Pulcherrimæ duæ hæc de re Ciaronis extant orationes, quarũ  
altera senatũ, altera Quiritibus gratias agit, quod se ab exilio reuocassent. (Ari-  
stides, qui Rhodo terræ motu subuersus, aues consolatur.) Hunc Aristiden rhetorẽ  
ac sophistam fuisse tradunt Adriano politanum: usũq; esse præceptoribus, pri-  
mum Polemone illo Laodiãnsi Smyrnæ, deinde Athenis Herode. qui & ipsi unã  
cum hoc diãndi arte clari fuerunt, arca tempora imperatorum M. Antonij & Cõ-  
modi. Multa diãtur scripsisse Aristides, sed quorũ mihi nihil adhuc uidere cõtingit,  
præter duas orationes, quarũ alteri τὸν ῥητορὸς ὄνομα ἐστὶν, alteri ἡρώδης ὁ ἰατρός  
ἐστίν. Quas aut oratione consolatus est Rhodios, eam non modo ipse non uidi,  
sed ne apud alios quidem quicq; de ea legisse memini. (Necessitas perspicax est.)  
Quos enim premit necessitas, diligẽtes perspicacesq; esse solent parãdis ijs, quibus  
necessitati atq; indigentia sue succurrant. Vnde illud Virgilij:



Tum uaria uenere artes, labor omnia unat  
Improbos, & duris urgens in rebus egestas.

Et apud Persium:

Quis expediuit psittaco suum χαίγε ?  
Coruos quis olim concauum salutare  
Picásq; doauit nostra uerba conari ?  
Magister artis ingeniq; largitor  
Venter, negat as artifex sequi uocæs.

¶ Nec doanda est fames. Nemo inquit doandus est quando esuriat. siquidē fa-  
mes ipsa sese in oculo esse non sinit. Vnde & hodie in prouerbio est, acutissimū  
gladiū esse famē. Et græcis senarius: Διμῶ γὰρ ὄνδ' ἐπ' ὄβριον ἀντ' ἐπ' ἐπ' ἐπ'.

¶ Et in ipso ut dicitur ictu. Statim postq; accipitur est dolor. Ductum à saucijs seu  
uulneratis. ¶ Aut si quis tum consolationis est apax, is consolatione non eget. Simulat enim dolorem, cum re uera non doleat. quod qui faciunt, ad tumulum no  
ueræ flere diantur. ¶ Apud Thucydidem Pericles. Extat hæc Periclis oratio  
apud Thucydidē belli Peloponesiā lib. secūdo. Porro hic est Pericles ille Athe-  
niensis, de cuius eloquentia tam multa passim apud autores leguntur: qui fulgere,  
tonare, ac permiscere Græcā iam dictus est.

Quomodo questio una diducenda in plures. Caput. XI.



Quomodo  
questio una i  
plures diduca-  
tur.

Vnam questi-  
onem duobus  
modis in plu-  
res diducā.

Pluralitas  
questionū ex  
uerbis.

Veniamodū autem, sicuti modo ostendimus, questio  
quandocq; latet, et ratione quadā eruēda est, sic alius est la-  
bor propositā iam questionē in multas questiones (quas  
intra se plerūq; cōplectit) diducere. Persæpe em̄ questio quæ in spe-  
ciem simplex est, uel atq; effectu in multas dilabatur questiones. Id q̄-  
modo fiat dicemus. Diuiditur igitur questio in plures questiones,  
quæ trahuntur, uel ex uerbis, quæ posita sunt in questione; uel ex eis  
quæ uerbis continent. Ex uerbis, ut qui querit, an Cato recte tra-  
diderit Martiam Hortensio. Questio est, ex tribus questionū gene-  
ribus illis quæ prima posuimus secundī generis, id est, an hoc sit illud.  
Præcedat ergo oportet, an est questio, quam per oīa uerba ppositæ  
questiōis ducere possumus, hoc pacto, an fuerit Cato, an fuerit Hor-  
tensius, an fuerit Martia, an sit etiam rectū. Namq; nō defuerunt phi-  
losophi,

Iosophi, qui nihil neq; rectum neq; prauum esse per se dicerent in re-  
bus. De uerbo autē (tradiderit) non est quod formeēt fortasse questio  
an est, quia est uerbū, quod quidem semper pronūciati prædicatum  
est. de quocunq; autē diceēt, semper faciet questionē, an hoc sit illud.  
Neq; tamen credat quisquā, per oēs has eundū esse questiones. Sed  
admonemus in præsentia, q̄ multæ ex una possint elici questiones.  
Iudiciū autē est uidere deinde, quæ questionum illarum habeat aliqd,  
quod sit proposito nostro conueniens. Quemadmodum enim in  
hac questione, ista quæ diximus, inquirere ineptū sit & superuacū;  
ita est alias dare questiones, in quibus plurimū loci sibi uendicent.  
Vt si quæraē, uicerit ne Amazones Hercules, primū quæras, an fue-  
rint Amazones, an fuerit Hercules. Sic etiam, an pugnent cum grai-  
bus Pygmæi, non absurdum erit primū quærare, sint ne Pygmæi.  
¶ Vbi ergo questionē an est explicuerimus, proximum est, ut par-  
tes questionis propositæ cōiungamus. Primū est ergo, an Cato tra-  
diderit Martiam. Deinde an Hortensio tradiderit eam. Postremū id  
qd̄ summa questionis complectit, an recte tradiderit. Hæ questiones  
ergo hætenus omnes positæ sunt in uerbis. ¶ Quæ cōtinent autē in  
uerbis, duplicis fere sunt gn̄is. Quædā em̄ necessario cōtinent in uer-  
bis, quæadmodū genus specie cōtinet, aut alioquin q̄ certū definitūq;  
est ineffe uerbis. Alia continent uelut ex cōditiōe quadā & nō neces-  
sario. Ea cuiusmodi sint, facilius exēpla oñderint. Catonis ergo  
nomine, quoniā nihil aliud est Cato q̄ hic homo, uelut genus homo  
continetur. Tradendū uero uerbum, tria necessario complectitur.  
Quisquis tradit enim aliquid, habeat primum oportet, deinde dimit-  
tat, tum conferat alteri. In Martia (quoniā id nomen isto loco pro  
hac singulari uxore ponimus) uxor in cōmune intelligitur. In Hor-  
tensio,

Pluralitas  
questionum  
ex his que  
uerbis conti-  
nentur.

Contenta uer-  
bis necessari-



tenfio, quæ admodum in Catone, hominem accipimus. In recte nomine, quia generaliter ponitur, non est quod aliud in eo quaeramus. Verum quia aduerbiū est, & tradendi uerbum ponitur, uidetur posse ferri ad ea, quae uerbo illo clauduntur. Ut an recte habuerit, recte dimiserit, recte alteri concesserit. Erit igitur prima quaestio ex generalibus omnibus, hoc pacto. An quisquam recte tradiderit uxorem suam alteri. In qua continentur adhuc, an quiquam habuerit uxorem, an habuerit recte, an dimiserit, an recte dimiserit, & an tradiderit. Nam an recte tradiderit, ipsa totius generalis quaestio est summa. Hinc paulatim pro generibus species subiicimus. per eum, quod (an quisquam) diximus, dicimus iam an Cato. Iterumque omnia de illo, quemadmodum de genere quaerimus. Ut sit, an Cato habuerit uxorem, an Cato habuerit recte. reliquaque in hunc modum, quae sequuntur. Deinde pro uxore, hanc uxorem, id est Martiam ponimus, similisque rursus sit ordo, an Cato habuerit Martiam, an recte eam habuerit, an dimiserit eam, eodem sane ordine quo prius. Postremo, pro eo quod ultimo loco positum erat, an alteri homini, ponimus Hortensium. fitque quaestio, an Cato tradiderit Martiam Hortensio. Ultima hinc sequitur ea, quae primam proposita est, an recte Cato tradiderit Martiam Hortensio. Quaestiones ergo quae in uerbis necessario clauduntur, in hunc fere inueniuntur modum. ¶ At quae conditione quadam in uerbis latent, eae sunt, quae fiunt de his, quae proposita quaestione ab eo, quod propositum antea id est *θεσις* diximus, deflectunt eo, ut fiat *ἐπιθεσις*, id est controuersia. Si quis enim Catonem accipiat, ut sit hic homo, neque ferat alio mentem, nihil intererit, de Catone quam tradiderit ne recte, an generaliter faciamus quaestionem, an quisque recte tradiderit. Cum circundamus autem Catoni ea, quae dicuntur de illo: taliaque effingimus eum, qualem nobis qui res scripserunt tradunt fuisse, id

*Quae ex conditione quadam uerbis continentur.*

id est, non solum hunc aliquem hominem, quod necessario fuit: sed ciuem Romanum & senatorij ordinis, & stoicæ sectae philosophum, spectatae seueritatis, quaeque reliqua esse in Catone in confesso est. quae sunt illa quae tribuunt hoc modo Catoni, tot possunt fieri quaestiones. Ut, an ciuis Romanus recte habeat uxorem, recte omittat, recte tradat alteri. An si senatorij sit ordinis, haec eadem recte faciat. An si philosophus, an si stoicæ sectae. perque reliqua, quae non necessario sunt in Catone, ducuntur quaestiones eo ordine, quo proposuimus, cum eas quae necessario insunt uerbis, paulo ante ordinaremus. Deinde in uerbo tradiderit insunt, quae ob causam tradiderit, quomodo, quae tempore, quae loco, quaeque alia in ipso tradendi actu poterunt per conditionem assumi. Post haec ex Martiae persona quaeritur, an debuerit nobilem mulierem habere, dimittere, tradere alteri: an opulentam, an uitae genere concordem, an pudicitia conspicuam, an trium ex ipso liberorum matrem. Tum demum ex Hortensio quaerimus itidem, quae insunt illi: an recte tradiderit nobiliori, liberius uiuenti, consulari, opibus, gratia, facundia claro. ¶ Et ut semel dicamus, omnia argumenta quae primum ex re ducunt, si dubia adhuc probandaque sunt, in quaestionem uertuntur. Si dicas enim, philosophus non recte dimittit uxorem, non ergo Cato recte dimisit uxorem, argumentum est quod dicitur, philosophum non recte dimittere uxorem. Quod si iam in dubium uocetur, quemadmodum potest id copiose longaque oratione disputari, an philosophus recte dimittat uxorem, quaestio erit, prima subscriuens quaestioni. Hinc fit, ut non eadem quaestiones orientur semper ex utraque parte differentibus: sed proinde ut haec uel illa pars plura habuerit paucioraue firmamenta eius quod tuetur, plures etiam nascentur paucioresue quaestiones. Quod in hac controuersia haud difficile erit uidere. Alexander subuersis Thebis, Thessa

*Argumentum de quo dubitatur, uertitur in quaestionem.*



his quorum erat usus commilitio, tabulas inuentas dono dedit, quibus continebantur, Theffalos centum talenta mutuo a Thebanis accepisse. Restitutus postea a Callandro Thebis, Thebani Theffalos apud Amphictyonas centum talenta reposcunt, quaestio est, an debeant Thebanis Theffali centum talenta. Ex Theffalorum parte, si uideamus quod sit, quod se defendunt, aperta erit quaestio. Negant debere se. Atque accepisse eos et non reddidisse certum est. Quid dicunt ergo? Dono ea se accepisse ab Alexandro. Quaestio igitur erit, an Alexander Theffalis donauerit centum talenta debita Thebanis. quod cum probatum fuerit, nihil habebunt Theffali, quod amplius ex sua parte dicant. Reliqua enim omnia, quae cum disputabuntur, ab aduersario potius nascentur, quam quod querat, an potuerit Alexander dare ius crediti, rem incorporalem, & quod uenire in arbitrium uictoris non possit. Primum ergo querat, an dederit. Et quia tabulas dedit, an idem ualeat tabulas dare quod debitum, quae quidem quaestio ex Theffalorum defensione (ut diximus) nascitur. Deinde an iure dederit, quod potest per generales quaestiones diuidi, an quisquam iure possit auferre rem alienam, an donare alteri, an Alexander, an a Thebanis, an Theffalis donare. Sequitur hinc alia quaestio ex conditione proposita, quod sumitur ex restitutione, an sit perinde habenda restitutio, ac si nihil esset actum omnibus his, quae praecesserunt eam. Videmus hic nihil habere Theffalos, quod tantum proprium dicant, quodque robur sit causae suae, nisi id quod initio dixi, quod Alexander donauerit, reliquae omnes quaestiones ex contradictione Thebanorum oriuntur. Communiter tamen utrique parti disputanda sunt. Neque enim potest quisquam satis constanter sua confirmasse, nisi quod dicunt ab aduersario, diligenter confutauerit.

Sunt autem aliae quaestiones alijs secundiores, & quae in plures spargi quaestiones possunt. Aliae tenuiores sunt, & minus (ut ita dicam)

finuosa.

finuosa. Magni autem est acrisque in primis iudicij, uidere quas ex primis quaestionibus deductas disputandas accipiamus. Pluresque eiusmodi sunt, ut nihil aut minimum summae rerum afferant, exequique eas fastidium potius quam fidem parant. Aliae contra sunt, quae totum prope euentum intra se uictoriae continent, circa quas diligentissimus incumbit disserenti labor. Cicero in quinque tusculanorum disputationum libris, cum solum (quantum mihi uidetur) id efficere uoluisset, solum ad bene beatumque uiuendum sufficere uirtutem; uidebat plurimum ad id docendum adiuuenti sibi collaturum, si docuisset animorum immortalitatem. Quia tamen id difficile probatu uidebat, subiecit homo ingeniosissimus in locum eius, id quod proximum erat, nihil mali esse in morte, ex quo uelut excursu quidam delatus est eo, ut tentaret efficere, quod praecipue cupiebat, non interire animos. Quod iam si minus posset obtinere, ne nihil tamen egisset, id peruincebat utique, malum non esse mori. Hinc iam tribus sequentibus libris subdidit, non cadere dolorem in sapientem, non aegritudinem, non perturbationem. Quae cum probata sunt, quis non uidet facillimum permanere ad probandum, si mors non est mala, si reliqua quae mala putantur, non cadunt in sapientem, ei cui haec mala non sunt, uirtute summum esse bonum? Sic si quis quaerat, an manes nocturnis molesti apparitionibus, possit carminibus coerceri. Primum utique fuisse in hac quaestione excutiendum praesca philosophiae, quod totius disputationis difficillimum fuisse, an sint ulli manes, at nobis religio haec quaestionem superuacuam fecit, quando fide certum est, animas non interire. Deinde est id quod nobis nunc est primum, an appareant. Nam & hoc multi non putauerunt, sed unam ex nostra cogitatione uel metu imaginem simulacrumque cape. Post haec, an noctu possint apparere, cum etiam ea quae natura conspicua sunt, delitescant. Iam si manes sunt, quomodo

Non oēs quaestiones, ex principali quaestione ortas, disputari debere, sed eas tantum, quae plurimum faciunt ad probationem.

Institutum Ciceronis in Tusculanis quaestionibus.

Manium apparitiones.

do



do possint esse molesti, uideat enim si quod noxiū habuerint in natura, id e corpibus fuisse, id est deponuisse cū corpibus. Hinc iam sequitur, an possint ulla ope humana coerceri, an possint quicquid carmina, an possint eos coercere carmina. Hae autem quaestiones omnes, in ipsis prima quaestione sunt positae uerbis, quod ipsa res indicat. At in priore Ciceronis quaestione, quatuor ille quatuor librorum quaestiones includit in uno eo verbo (solā) in quaestione posito. Si enim solā uirtutē sufficere ad beate uiuendū docēdū est, prius ostendat oportet, mortē malū nō esse. Si enim ea mala sit, opus erit ad beatā uitā immortalitate. Deīn dolor si malus est, caditque in sapientē, deerit rursus aliquid uoto ipsius. Cicero igitur conatus est docere, nō cadere eū in sapientē. Quod ut splendidius erat, ita impetrabilis forte fuisset, propiusque fidē, nō esse malū dolorē, agritudinē autē & perturbationē, si nō ueniūt in sapientē, nihil omnimodū extra se expetendū eē sapiētī, propter quod ista suscipiunt, ostendunt. Ergo nudus iam sapiēs, nude relinquet uirtutē. Sed de quaestione quadruplex sit, & quō status quaestionū, quō etiā nonnunquam ipsa quaestio inuenienda sit, & una in plures diducēda quaestiones, hoc pacto nobis sit explicatū.

## SCHOLIA IN CAPVT XI.

**Q**uae trahuntur uel ex uerbis. Ex uerbis quaestiones dicuntur, quoties uerba ipsa quaestione primāpalis, uel seorsum singula inspicimus, uel quaedam eorum cum quibusdam conferimus. Contineri uerbis dicuntur illa, quae cū rebus eis, quae uerbis significantur, certo quodam nexu cohaerent. **An Cato recte tradiderit Martiam Hortensio.** Huius facti mentionem fecimus apud huius libri octauo. **An sit etiam rectum, namque non desuerunt philosophi, qui nihil neque rectum neque prauum esse per se dicunt in rebus.** Ab hac sententia non ita multum abhorrent, quae in symposio Platonis dicit Pausanias. Cuius uerba A. Gellius hunc in modum latina fecit: Omne, inquit, omnino factum sic sese habet. Neque turpe est quantum in eo est, neque honestū, uelut est, quas nunc facimus ipsi res, bibere, cantare, differere. Nihil namque horum ipsum ex sese honestum est. quae le cum fieret modo

modo factum est, tale extitit. Si recte honesteque factum est, tum honestū sit: sin parū recte, turpe sit. Sic amare, sic amor nō honestus omnis, neque omnis laude dignus, sed qui faciat nos ut honeste amemus. **Vicritne Amazones Herales.** Strabo libro undecimo inter fabulas refert, quae de Amazonibus dicuntur. Nomen habent à Amazones. priuatius partialia α & μαζός, quod mamillam significat: eo quod mamillam dextram inde à pueritia usque aduſtam haberent: quo si quando posset usus, expeditius eo brachio uteretur. Quae loca tenuerint, nō usquequaque inter autores cōuenit, neque in iisdem semper laos mansere. Aiūt fuisse genus mulierū, quae sine uiris, atque adeo in contemptum quendam uirorū, per se rempublicam administrarint, bella gesserint, alijs etiā imperarint. Harū regnam quandā, inter ceteros labores suos fertur uiaſse Herales, baltheūque ei ablatum Eurysitho tradidisse. **An pugnet cū gruibus Pygmaei.** Plinius libri septimi capite secundo: Super hos, inquit, extrema in parte montium Spithamiae Pygmaei narrantur, ternas spithamas longitudine, hoc est, ternos dodrantes non excedētes: salubri caelo, semperque uernante, montibus ab aegione oppositis, quos à gruibus infestari Homerus quoque prodidit. Fama est insidētes arietū aprarūque dorsis, armatos sagittis, ueris tpe uniuerso agmine ad mare descēdere, et oua pullōsq; earū alitū cōsumere, ternis eā expeditionē mensibus cōſtā, aliter futuris gregibus nō resisti. casus eorū luto pennisq; & onorum putaminibus cōstrui. Aristoteles ī cauernis uiuere Pygmaeos tradit. **Quod propositū antea. i. thesim diximus.** Lege apud octauū. **Alexāder subuersis Thebas.** Sumptū exēplum ex quinto libro institutionū Fabij. Tractat idē Erasmus in copia, et in pādectas scribēs Budaus. **A Casādri.** Hic unus fuit ex duabus Alcaxādri, quillo mortuo Thebas restituit. **Apud Amphictyōes.** Amphictyōes, inquit Budaus, cōfessus quādam fuit graecus, apud Thermopylas cōuenire solitus: ab Amphictyone Deucaleonis filio sic dictus, quod et ipse populos cū regnaret, ad cōueniēs cōuocasse dicitur. **Ec. Lege Budaei annotationēs ī pādectas, & Erasmi Chiliadas.** **Solā ad bene beatēque uiuendū sufficere uirtutē.** Hoc docet Cato Tusculana quinta. **Nihil mali esse in morte.** Id prima Tusculana uarijs argumētis ostēditur. **Hinc iam tribus libris sequētibus.** .i. Tusculana secunda, tertia, quarta. **An manes nocentur molesti apparitionibus possint carminibus coerceri.** De hac manū apparitiōe nouū est miraculū in epistola quadā Plinij. **Quae autē & quanta sint uires carminū seu incantationū,** explicat in pharmacutria Virgilius. Et apud Plinij de uerbis & incantamētis carminū apud est libro uigesimo octauo. **Sed de quaestione quae Epilogus dicitur duplex sit.** Epilogus est eorū quae de quaestione dixit. Quae quomā multa sunt, & difflorum. fuisse tractata, age nos quoque uelut enumerationē quadā, oīa in memoriā reuocemus. **Quaestio est cum interrogatione elata oratio, ad quam ita esse aut non esse respondendi queat.** **Quaestio quidam quaestionum diuisio.**



Questionū  
diuersitas, su-  
mitur trifari-  
am.

Prīmū ex pte  
ipsarū rerum  
Atq; ita duo  
earū sunt gene-  
ra.

Vnū simplex  
qd ex simpli-  
ci pronūciato  
nascitur. sunt-  
que tres eius  
differentie.

Aut enim querimus an sit res.  
Aut num hoc sit illud.  
Aut quō hoc sit  
illud, qd est rur-  
sum quadru-  
plex. nā id qd  
prædiatur,

Aut est  
finitio.  
Aut genus  
Aut pro-  
prium.  
Aut acci-  
dens.

Cōpositū, qd  
est duplex.

Copulatū, ut uoluitur ne  
cælum, & terra quiescat.  
Disiunctū, Sit ne aut dies  
aut nox.

Deinde ex mo-  
do querendi.  
atq; hinc du-  
plex oritur di-  
uersitas.

Prior, qua  
questionum

Alie prædicatione dicuntur,  
ut sit ne homo bipes.  
Alie Conditionales, an si quis  
arrit, is & mouetur.

Alie pure sunt, ut an sit ani-  
ma immortalis.

Altera, qua  
questionum

Alie modales, in qbus aliquis  
horū quatuor inest modorum,  
possibile, cōtingēs, impossibi-  
le, necessarium.

Postremo, pro diuersitate artium ad quas pertinent,  
quomodo tanta questionum diuersitas sit oportet,  
quanta ipsarum est artium.

¶ Iam quisquis scribit aut diat, questionem aliquam tractat.  
¶ Ea in alterationibus tum apparet, cum quod alter affirmat, id alter negat.  
¶ In cæteris orationibus inueniri sic potest, si personam, rem, & conatum inuicē  
comparemus.  
¶ Præterea quæstiones eæ, in quas prima quæstio diducatur, partim in uerbis ipsis  
positæ sunt, partim in ijs quæ uerbis continentur. Verbi causa:

¶ Prima quæstio est:

An recte Cato Martiam Hortensio tradiderit.

¶ Quæstiones incluse in uerbis:

An fuerit Cato, an Martia, an Hortensius, an sit aliquid rectum, an Cato Mar-  
tiam tradiderit, an tradiderit eam Hortensio, an recte Cato Martiam Hortensio  
tradiderit.

¶ Quæstiones incluse ijs quæ uerbis continentur:

An homo quisquam uxore habuerit, an recte habuerit, an dimiserit, an recte  
dimiserit: an tradiderit alteri, an recte tradiderit. Deinde. num Cato uxore ha-  
buerit, num recte habuerit: num dimiserit, num recte dimiserit: num tradiderit  
alteri, num recte tradiderit. Hinc iam, ecquid Cato habuerit Martiam, ecquid eam  
dimiserit, ecquid eam tradiderit alteri, ecquid Hortensio. & unumquicq; istorū,  
recte an seas. Inde iam postremo loco sequuntur illa. An auis Romanus, senator,  
philosophus, & quidem stoicus, homo seuerus: habuerit, dimiserit, tradiderit: &  
an recte habuerit, dimiserit, tradiderit: uxore, atq; hanc quidem nobilem, iuue-  
nem, pudicam, deniq; Martiam: homini alteri, nobiliori, liberalius uiuenti, consu-  
lari, diuiti, gratioso, eloquenti: idq; hoc tempore, hoc modo, propter has causas,  
quæ tam late diduxit Rodolphus, non quod omnis has quæstiones explicandas  
exislimet, sed ut ex multis, ea quæ nostro potissimū instituto commoda fore uide-  
antur, eligamus. Atq; hæcenus de quæstione.

¶ DE INSTRUMENTO DIALECTICES.

¶ Instrumentum dialecticæ esse orationem, & quomodo ea diuidatur

Caput XII.

Proximū est, ut quia de materia dialecticæ, hoc est, quæsti-  
one diximus, nunc de instrumento ipsius prosequamur. Instrumentum  
Instrumentum autem eius est oratio. Per eam namq; qui  
differit, fidem conatur facere de illo quod sibi docendum assumpsit.

I ij ¶ Ora



¶ Orationis multae poterant fieri diuisiones, nobis duae maxime sufficiet, quarum altera a structura ipsius accipitur, altera ab effectu.

*Prima orationis diuisio in conasam et continentem.*  
 ¶ Struitur autem omnis oratio, aut sic, ut continens sit; aut ut sit concisa. Continens est, quales sunt oratorum actiones, laudationes, hortationes. Concisa, ut disputationes, & alternantia scholasticorum certamina. Hanc Zeno contractae in pugnum palmae, illam explicitae manui similem dicebat. Et illam quidem perpetuam orationem uocant, attribueruntque eam rhetori; hanc uero in foro altercatione, uolueruntque propriae eam dialectices esse. Equidem cum possit utraque oratione, & concisa, & perpetua, probabiliter ornateque dici, utraque etiam ad dialecticum communiter & rhetora crediderim pertinere: cum antea rationem probabiliter differendi, dialectico; ornate, rhetori assignauerim. Ergo & in foro ingens etiam semper fuit oratoribus in altercationibus labor: seu cum testem interrogarent, seu cum ex perpetuae dictionis decursu in id sunt delati, ut per singula argumenta premerent aduersarium, uel illius silentio confessionem exprimerent. Vnde & editas adhuc in eum usum a Quintiliano altercationes uidemus. Comici uero & tragici poetae, quod nemo negauerit, ciuili orationis generi, si illud proprie rhetoricum esse uolumus, magis sunt uicini, quam scholastico philosophorum: qui tamen ipsi, intercisa constant oratione. Contra, quaecumque fere Aristoteles, permultique alij praecleari in philosophia nominis scripserunt, perpetuo orationis connexa sunt textu. Sed & alius dialogo eandem rem, alius unius tantum personae oratione tractauit. Ut de amicitia Cicero in Laelio personas alternis dicentes induxit, Aristoteles in ethicis eandem rem suis ipse uerbis est executus. Haec idcirco dixi, quia de oratione & partibus eius dicturus sum nonnulla, quae solent etiam a rhetoribus

*Secunda.*

*Tertia.*

*Quarta.*

*Quinta.*

ribus explicari: ne quae ea cum legat, egressum me terminos instituti mei credat. Cum enim sit (quod sepe iam dicimus) dialectices munus, accommodata ad fidem pro cuiusque rei natura differere: fatendum utique erit, quoniam id oratione uelut instrumento fit, quaecumque id oratione fieri possit, eam dialectico intra artis suae instrumentum esse numerandam. ¶ Nec ego tamen negauerim multum haec duo orationum genera distare, cum sint instantiora magisque urgeant concisa, & plurium utique fraudum sint capacia, earum maxime, quae aduersario laqueis captiosarum interrogationum struuntur. Quo fit, ut per sepe oratores in perpetuis actionibus, si quando acrius premunt aduersarium, imitentem altercantem, interrogentque, ecquid habeat quod respondere uelit: quod possit istis contradicere? Perpetua uero dictio, tractu aequalitateque sua iudici est aptior: ut qui non adeo quae prorsus sunt uera, sed e duobus magis sequatur uerifimiliora dicentem: quicquid ex toto orationis complexu, omniumque eorum quae dicuntur comparatione, accipere malit, quid probet aut aueretur: aduersarios uero nihil uellet praetermississe, quod ipsum offendere posset: sed potius statim unumquicque apprehendere cupiet, singulisque insistere, neque quicquam e manibus nisi ueritatis abreptum dimittere. Est itaque (ut sic dicam) in perpetua oratione ueritatis color plerumque speciosior: in altercatione disquisitio exactior. Qualescunque tamen sunt orationum istae differentiae, quia utraque docemus, utraque intra dialectici ueniet tractatum.

¶ Alteram orationis diuisionem ab orationis effectu diximus accipi. Is est, docere, quod eius fieri poterit. Qui docetur autem, aut paratus est credere, aut est orationis ueritatis cogendus. Sic & oratio, aut satis habet explicare rem de qua dicit, cuiusmodi sit, secunda fidei opinio: eiusque auditur: aut tale esse prouocare etiam renitente auditore conatur. Illud expositione

I iij fit,

*Sexta.*

*Continens et conasa oratio quo differant.*

*Secunda orationis diuisio, et expositione et argumentationem.*



fit, istud argumentatione. Omnis igitur oratio, & prorsus omne quicquid dicitur, aut expositio erit, aut argumentatio. Expositionem prior libro diximus esse orationem, quae sola dicentis mentem explicat,

*Expositio.*

*Argumentatio.* nullo quo fides audienti fiat adhibito. Argumentationem uero orationem, qua quis rei de qua dicit fidem facere conatur. ¶ Inter narrationem & expositionem, argumentationem item & confirmationem, nulla sane est differentia: nisi quod narrationem & confirmationem duas orationis partes facimus, quibus certus est in causis locus. expositio autem & argumentatio, generalia sunt nomina: & in procemio saepe exponimus, saepe argumentamur: & in narratione interim argumentamur, & in confirmatione exponimus, & in peroratione itidem utrumque nonnunquam facimus. Itaque ut quod minimum confunderemus nomina ista cum illis, placuit haec sic potissimum nominare, quantum sit ea nonnunquam apud autores inuenire confusa.

*Expositio.*

*Argumentatio.* Expositio ergo (quemadmodum dicimus) est, quae rem recenset solum tale aliquam esse, uelut credenti auctori. Argumentatio, quae talem esse rem ratione peruenire nititur. Ut sit expositio. Urbs antiqua fuit, Tyrus tenuere coloni, Carthago, quaeque sequuntur. Causas enim propter quas oderat Aeneam Iuno, recenset poeta. Ea quoque si sic accepisset, ut dubium faceret; an odisset Aeneam Iuno, harumque commemoratione causarum uellet id docere, argumentatio esset. Nunc quia odium Iunonis uelut certum indubitatumque sumitur, cuius causae subduntur, non ut ostendatur odisse Aeneam Iuno, quippe pro certo id est, quemadmodum diximus: sed propter quas odium ipsum prouenerit, expositio est. Quod si iam conuertamus orationem, dicamusque, non dubium est quin oderit Aeneam Iuno, quoniam Carthaginem amabat, cui exitium ab Aeneae posteritate uenturum erat, & quia contra Troianos steterat pro Argiuis suis in bello, & reliqua quae poeta subdidit,

subdidit, argumentatio fiet. Ut obiter admoneamus, idem quoad hoc expositionem & argumentationem, mutata tantum orationis forma, fieri posse: cum possit id ipsum & causa rei esse, & ratio. In praesentia dico rationem, per quam res cognoscitur, causam, per quam est. Ergo si quis cum uideat deficere lunam, differatque id euenire, quoniam terra interposita sit inter solem et lunam, excludatque radios solis, ne missi ad lunam illustrare possint eam fulgore suo: causam dicet, expositioque erit. Si quis autem cum uideat lunam deficientem, probet terram interpositam esse inter solem & lunam, quoniam aliter deficere luna non possit, rationem tantum reddet. At si cras defectum ire lunam praedices, idque ostendas, quia doceas terram inter solem & lunam interuenturam: idem iam hic interuentus terrae inter solem & lunam, causa erit defectus lunae, quia per eam eueniet: & ratio quoque fiet, quia per eam euentura esse cognoscetur. Argumentatio autem est, quod paulo post subiecit poeta. Mene incepto desistere uictam, Nec posse Italia Teucrorum auertere regem? Et reliqua, notum enim sunt loci. Non dicit Iuno sibi ipsi tanquam credenti, nolle se desistere proposito: sed addita ratione, docet ipsa se, quare indignum sit ut desistat: hortaturque, ut in sententia permaneat. Huius autem admonendum uideatur, nonnunquam in expositionem uenire argumentationem, & saepius in argumentationem expositionem uenire. Ea quoque si per se accipiantur, poterit quicquid uocari id ipsum, quod est. Argumentatio erit itaque. Assensere omnes, & quae sibi quisque timebat Vnius in miserum exitium conuersa tulere. Quo magis enim potuisset probare, omnes assensisse, quam quod gaudebant securitate suae: Ita apud Ciceronem pro Milone. Seruos ex Appennino deduxerat, quos uidebatis: res enim erat minime obscura. Et paulo post iterum. Quam uocem eius ad hunc M. Catonem statim Fauo-

*Idem expositio-  
nem & argu-  
mentati-  
one m  
esse posse, mu-  
tata tantum ora-  
tionis forma.*

*Commiscenti  
argumentati-  
onem et expo-  
sitionem.*



240 RODOLPHI AGRICOLAE DE INVENTIONE  
nius detulit. Et iterum. Ut ante suum fundum (quod re intellectum  
est) Miloni infidias collocaret, quae omnes argumentationes sunt, bre-  
ues quidem, sed argumentationes tamen. Contra inter argumentandum  
expositio est. Ut pro lege Manilia, rerum a Lucullo contra Mithri-  
datem gestarum. Item pro Murena explicatio institutorum philo-  
sophiae stoicae, quam Cato sectabatur. Et pro eodem, uerba minaeque  
L. Catilinae, & in domestica concione, & in senatu iactata. Lauda-  
tiones saepe uituperationesque, totae propemodum expositione con-  
stant. Quae causa fuit nonnullis, ut crederent in eis controuersiam  
non esse. Verum quia & inter exponendum argumentatio, & in-  
ter argumentandum expositio, utraque sit alterius rei accessio, transe-  
unt in nomen quoque illius cuius substantiae iunguntur. Quamquam  
enim partem quampiam expositionis nodulo aliquo argumentati-  
onis iniecto firmemus, non tamen tunc circa id summa consistit in-  
stitutio nostri. Et expositiones quae inter argumentandum fiunt, quanquam  
sint utique per se exceptae expositiones, tamen quia argumentationum  
pars sunt, & illis confirmandis destinantur, argumentationes uocan-  
tur. Nomina enim data rebus esse uoluit Anaxagoras, non ab eo quod  
solum, sed quod maxime essent.

SCHOLIA IN CAPVT XII

*Dialectica pu-  
gno, rhetorica  
palma similis*  
S Truitur aut omnis oratio, aut sic ut continens sit. Fabius Quintilianus libro  
Secundo: Itaque cum duo, inquit, sint genera orationis: altera perpetua, quae rhe-  
toricae dicitur: altera conuersa, quae dialectica: quas quidem Zenon adeo coniunxit, ut  
hanc compressae in pugnum manus, illam expletae diceret similem: etiam dispu-  
tatrix uirtus erit. adeo de hac, quae speciosior atque apertior tanto est, nihil dubita-  
bitur. Et Cicero in oratore ad Brutum: Zeno quidem ille, inquit, a quo disciplina  
stoicorum est, manu demonstrare solebat, quid inter has artes interesset. Nam cum  
compresserat digitos, pugnumque fecerat, dialecticam aiebat eiusmodi esse: cum autem  
diduxerat et manum dilatauerat, palmae illius similem eloquentiam esse dicebat.  
Eadem

Equidem cum possit utraque oratione. Probatur rationibus aliquot, utriusque ora-  
tionis genus communiter et ad rhetoricum et ad dialecticum pertinere. Quamquam  
hic quoque uerborum magis quam rerum inter Rodolphum et alios pugna est.  
Etenim Rodolphus de rhetorica et dialectica loquitur, quatenus haec communes quae-  
dam ministrationes sunt artium omnium: ita ut ab rhetore ornatus petatur sermonis, a  
dialectico probabilitas. Quo arte modo tam conuersam quam continentem seu per-  
petuam orationem, utriusque harum artium communem esse oportet: cum utroque ge-  
nere orationis, probabiliter ornateque differi possit. Qui diuersam sunt seculi sen-  
tentiam, hi dialecticam ad scholasticam illam umbraticamque certamina coartarunt: et offi-  
cio rhetoris, eos demum fungi arbitrati sunt, qui forensibus illis actionibus ope-  
ram suam addixissent. At enim nonne et in forum interim conuersum illud ora-  
tionis genus uenire potest? Potest quidem: uerum id rarius. Et qui hunc in mo-  
do discernere res istas, eos non tam quid fieri possit, quam quid plerumque fieri so-  
leat, tradere uoluisse apparet. Cum ante rationem probabiliter differendi di-  
alectico. Id fecit libri huius capite secundo. Ergo et in foro ingens etiam semper  
fuit oratoribus in altercationibus labor. De his altercationibus caput est apud  
Fabium libro sexto. Quod autem addit Rodolphus, editas esse a Quintiliano altera-  
tiones in hunc usum, de eare dicimus nonnihil libro tertio, cap. 15. Cicero  
in Lelio. In libro de amicitia, qui Leliius inscribitur. Expositione priore libro  
diximus esse orationem. Libri primi capite item primo. Inter narrationem et  
expositionem, argumentationem item et confirmationem. His ad plenum intelli-  
gendis multum momenti attulerit lectum huius libri caput decimum septimum.  
Urbs antiqua fuit. primo Aeneidos. Locus notior, quam qui ascribi debeat.  
Cum id ipsum possit esse et causa rei et ratio. Causam nunc dicit, per quam causa.  
res habet ut sit. Rationem, per quam res habet ut cognoscatur. Ergo res eadem, Ratio.  
inquit, et causa esse potest et ratio: causa, quatenus per ipsam res est: ratio, qua-  
tenus per ipsam cognoscatur. Exempla quae addit, satis diluenda sunt: modo ne igno-  
remus, defectum siue eclipsim lunae provenire inde, quod terra, inter solem et lunam  
interposita, obstat, quo minus luna radijs solaribus illustretur. Me ne incepto  
desistere uideam? Verba Iunonis primo Aeneidos, indignantis se tot annos con-  
tra Aeneam frustra bella gessisse, animantisque se ipsam, ne ab incepto desistat. Lo-  
cus est notus uel pueris, quod aera nihil causa erat, cur huc plura ascriberentur.  
Nonnunquam in expositionem uenire argumentationem. Quintilianus libro  
quarto: Argumentabimur, inquit, in narratione nunquam argumentum ponemus  
aliquando. Eaque si per se accipiuntur, poterit quicquid uocari id ipsum quod est.  
Quoties argumentatio, inquit, uenit in expositionem, tunc per se quidem inspecta  
posset suo nomine, hoc est, argumentatio dici, sed quia in eiusmodi oratione expo-  
silio dominatur, hinc est uti tota expositionis nomen recipiat. Idem fit, quoties  
K expositio



expositio inādit in argumentationem. ¶ Assensere omnes, & quae sibi quisque timebat &c.) Verba sunt Sinonis secundo Aeneidos. quorum mentio fiet & apud sequenti. ¶ Ita apud Cicronem pro Milone.) Continentia loā Cicroniani habet ad hunc modum. Vbi uidet homo ad omne faānus paratissimus, fortissimū uirū, inimicissimum suum, artissimum consulem: idque intellexit, non solum sermonibus, sed etiam suffragijs populi Romani sepe esse declaratum: palam agere coepit, & aperte dicere, occidendū Milonem, seruos agrestes et barbaros, quibus syluas publicas de populatus erat, Hetruriamque uexarat, ex Appennino deduxerat, quos uidebatis, res erat minime obscura: Etenim palam dictabat, consulatum Miloni eripi non posse, uitam posse. Significauit hoc sepe in Senatu, dixit in cōaone, quin & Fauonio fortissimo uiro, querenti ex eo, quā spe frueretur Milone uiuo, respondit, triduo illum, ad summa quadriduo periturum, quam uocem eius ad hunc M. Catonem statim Fauonius detulit. Interim cum sciret Clodius, (neque enim erat difficile scire) iter solenne, legitimum, necessarium ante diem XIII. calendarum februaris, Miloni esse Lanuuium, ad flaminem prodendum, quod erat a dictatore Lanuuii Milo, Roma subito ipse profectus pridie est, ut ante suum fundum, quod re intellectum est, Miloni insidias collocaret. ¶ Ut pro lege Manilia, rerum a Lucullo gestarum.) In ea oratione explicaturus Cicero, quo modo magnum adhuc posset esse id bellum, quod cum Mithridate gerebat populus Romanus: initio Lucillum laudat, atque res eius aduersus Mithridatem gestas exponit. Longum foret huc totum locum ascribere, neque ita multum momenti attulerit ad eorum quae ab Rodolpho dicuntur intelligentiam. ¶ Item pro Murena explicatio institutorum philosophiae stoicæ.) Hunc Cicronis locum totum ascripsimus huius libri apud octauo. ¶ Et pro eodem uerba minimeque L. Catilinae.) Dixerat enim Catilina in domestica cōaone, miserorum fidelem defensorem inueniri non posse, nisi eum qui ipse miser esset: minime timidum & ualde calamitosum esse oportere eum, qui esset futurus dux & signifer calamitosorum. Dixerat idem in senatu, duo corpora esse in re publica, unum debile firmo apud, alterum firmum sine apud: huic cum ita de se meritum esset, apud se uiuo non defuturum &c. ¶ Nomina enim rebus data uoluit Anaxagoras.) Philosophus hic fuit Asiaticus. Claruit Athenis eodem tempore, quo Persarum rex Xerxes. Cum post annos complures ex Graecia in patriam esset reuersus, uideretque desertas possessiones suas: Non essem (inquit) saluus ego, nisi istae perissent. Ei qui annunciarat mortem filij, nihil noui nuntias, inquit, sciebam enim me genuisse mortale. Porro quod hic de eo dicit Rodolphus, id (si recte memini) tribuit ei in phisias Aristoteles.

¶ Dupliāter orationi fidem contingere, rebus, & oratione ipsa. Atque inde argumentatio quid sit. Ca. XIII.

Sed



Ed nos singulatim de utraque, primumque de argumentatione ne dicamus, quoniam sunt in ea robur neruicque differētis. Expositio enim inuenit (ut ita dicam) fidem, argumentatio tacit eam. Si quid autem habet expositio, si quid habet utique artis, quod dialectico praecipendum sit, id fere ex argumentandi ratione descendit. ¶ Cum petatur autem fides argumentatione, dicendum uidetur in primis, fidem orationi dupliciter contingere, rebus scilicet, & oratione. ¶ Rebus contingit fides, quā is qui audit uelut tacita apud animū suum argumentatione colligit: & ex persona eius qui dicit: quae uel is putatur, cui tuto possit credi: uel affectus aliquis, ut beneuolentia, ut misericordia, propensioem facit animum audientis ad credendum. Et ex reliquis, ut sunt tempus, locus, res, & ipsius etiam qui audit per sepe cupiditas, uel aequitas utcumque animi, cuius parui refert, siue ita esse siue aliter credat: & ipse dicendi modus. Vnde & per sepe dubitatio dicentis, nostrā opinionem confirmat, non quia id uerba efficiant, sed quia credendum uidetur maxime ei, qui nihil improbius affirmet. Contraque argumentosius & sollicito dicenti, minus habetur interim fidei. Putamus enim, non fuisse de fide nostra dubitaturum, nisi si fidem sibi ipse non haberet: & quia sciret non dicere se uera, in eā persuasionem uenire, ut ne uerisimilia quidem nobis putaret uisum iri. Vnde ductū in proverbium est, neminem satis credibiliter alijs mentiturū, nisi qui fuerit antea sibi mentitus. Sinon ille Vergilianus, nihil habet in uerbis suis, quo fidem faciat eis, quae de casu suo deique fabricatione equi confingit. Vnde ergo fides illi uenit? Primum credebatur auctores hostes, unde dimoto metu, libertas iam Troianis negligentius omnia & securius audiendi, minusque suspecta uerba Sinonis accipere, ut quae nihil possent nocere. Deinde Sinonem relictum hostibus, non uide

Fidem orationi contingere duobus modis. Primum rebus.

Cur Troiani crediderint Sinonem. Ratio prima.

Secunda.

K ij xi



*Tertia.* ri nisi offensum suis & inimicum esse posse. Ad hæc presens pro uiro  
*Quarta.* fautor, & misericordia ex piculis. Palamedes Troianis Vlyssis amu-  
*Quinta.* latione & uetandis bellis acceptior. Vlysses contra Troianis astu-  
*Sexta.* dolisq; inuisus. Troiani cupientes uera esse quæ dicebantur; & pa-  
 ratios ad credendum, quia nullum uidebant esse premiũ menda-  
*Septima.* cio. Præterea palladiũ a Græcis de Troia furto ablatũ. Equus aial  
*Octaua.* aptũ bellis, & dea p̄fidi bellorũ sacrũ. Post Laocoon a draconibus p-  
*Nona.* emptus, qui equum uiolauerat. Quia narrantur omnia consenta-  
 nea istis, quanquam nihil sit in oratione, quo uera quæ dicuntur pro-  
 bentur, ipse tamen auditor collectione collationeq; rerum, & earum  
 inter se ordine & congruentia, sic esse sibi persuadet. Ergo credun-  
 tur alia, quia uera esse certum est, quale est quod primum narratur  
 de Palamede. Quem falsa sub prodicione Pelasgi Infonem infando  
 indicio, quia bella uetabat, Demisere neci. Et iterum, Omnis spes Da-  
 naum, & coepta fiducia belli Palladis auxilijs semper stetit. Alia cre-  
 duntur, quia sunt p̄ se probabilia, Vt, Saep̄ fugã Danaï Troia cupie-  
 re relicta Moliri, & longo fessu discedere bello. Et, Eripui (fateor) loe-  
 to me, & uincula rupi. Et, Assensere omnes, & quæ sibi quisq; time-  
 bat Vnius in miseri exitium conuersa tulere. Alia creduntur, quia  
 alijs ueris similia sunt. Vt, Sanguine quaerendũ redditus. Creditur em̄,  
 quia simile illius est, Sanguine placatis uentos & uirgine caesa. quod  
 certum est. Sic etiam, Hinc semper Vlysses Criminibus terrere no-  
 uis, hinc spargere uoces In uulgũ ambiguas. Certũ erat antea talia so-  
 litũ illum facere. Quædã uelut in numerũ credunt, quia nõ est cur  
 falsa ea putemus. Vt, Illi me comitẽ & consanguinitate propinquũ  
 Pauper in arma pater primis huc misit ab annis. Et, Bis quinos filet  
 ille dies, tectusq; recusat Prodere uoce sua quenquam, aut oppone-

re morti. Et, Limosq; lacu per noctem obscurus in ulua Delitui. Nõ  
 enim est, cur ista uel sic uel potius non sic facta credamus. Quædã  
 etiam fidem habent, quia inter duo prorsus uera uelut uia uel transi-  
 tus quidam statuuntur; occupantq; ea mentem, quia ad alia non re-  
 spicimus, ut hæc uera credamus. Vt Palamedẽ fraudibus Vlyssis oc-  
 cisum esse pro confesso est, & Sinonem relictum a græcis in patriam  
 profectis res ipsa indicat. Connectit hæc duo capita Sinon, hinc sum-  
 pto fundamento fraudis, q̄ consanguineus esset Palamedis. Quod  
 cũ uideatur nihil summæ rerum allaturũ, & uelut extra rem, & nihil  
 ad rem pertinens, pro uero accipitur, originemq; fidei prabet omni-  
 bus illis quæ postea dicuntur. Vt interim admoneamus, nulla par-  
 te illum qui contra nos differat, acrius inspiciendũ, q̄ ubi minimum  
 urgere nos, uel etiam ridiculus nobis firmare partes nostras uidebit̄.  
 Ea namq; quæ palam nos premunt, uelut aperta uis, uel repelluntur,  
 ipsaq; uel indormientes nos impetu suo excitãt. Quæ uero tanquam  
 stolidã, & nonnunquam etiam ut profutura, proferuntur, quo tecti-  
 us plerunq; eo grauius difficiliscq; uitatu periculum ferunt. Postre-  
 mo creditur dicenti ipsi, quia uel grauis uir uel beneuolus putatur.  
 Ad id figurandũ p̄tinet quod dicit. Fas odisse uiros. Et, quod dij pri-  
 us omen in ipsum Conuertant. Quanquam sint autem hæc oĩa in  
 ipsa oratione, non tamen altera adhibetur alteri, tanquam fidem fa-  
 ctura, sed singulae per se posita, reputatione audientis, & apud animũ  
 suum comparantis eas, parant fidem. Pleraq; uero se ipsis, sola rerum  
 aestimatione, quia apte accommodateq; omnia nature suę dicuntur,  
 idcirco uidentur credibilia. Hocq; fidei genus, cum omni orationi  
 nonnunq; est necessariũ, tũ expositioni maxime, cũ non habeat ea fi-  
 dẽ nisi ex rebus. ¶ Fides aut̄ quæ sit oratione, est, quæ conficitur ar-  
 K iij gumen-



Alter modus quo oratiōi si des contingit. Argumentatio inuentum quo probare conamur, eam argumentationem esse dicimus. Sane quo pacto argumentum rei probandae argumentando adhibeatur, in commune, prioris libri initio, quod potuimus apertissime conati sumus explicare. In hoc loco, quae argumentationis, hoc est, orationis sunt propria, dicentur.

## SCHOLIA IN CAPVT XIII.

Mendacium difficalter tegitur. **N**eminem satis credibiliter alijs mentiturum. Quintilianus libro duodecimo. Prodit enim se, inquit, quamlibet custodiatur simulatio. nec unquam tanta fuerit eloquendi facultas, ut non titubet ac haereat, quoties ab animo uerba dissentiuunt. (Sinon ille Vergilianus.) Video molestum fore lectori, si quis tamē haec legat, quod toties integros locos et quidem obuios huc ascribo. Sed ueniam mereor, qui ppe qui satis factum uelim et ijs, qui locos eos memoria non tenent, neque libros semper habent ad manum. Atque sunt sanē nonnulla ex ijs quae adduat Rodolphus eiusmodi, ut intelligi nullo modo possint, nisi totum locum eum, unde eaeducta sunt, eis accommodemus. qualis uel cum primis haec est expositio Sinonis, ex secundo Aeneidos. quod a boni consulet (opinor) æquus lector, si totam eius locum continentiam huc ascribamus. Ea habet ad hunc modum:

Cuncta equidem tibi rex, fuerit quodcumque, fatebor  
Vera inquit, neque me Argolica de gente negabo.  
Hoc primum, nec si miserum fortuna Sinonem  
Finxit: uanum etiam mendacemque improba finget.  
Fando aliquid si forte tuas peruenit ad aures  
Belide nomen Palamedis et inclita fama  
Gloria, quem falsa sub proditione Pelasgi  
Infonem infando indicio, quia bella uetabat  
Demisere nea. nunc cassum lumine lugent.  
Illi me comitem et consanguinitate propinquum  
Pauper in arma pater primis huc misit ab annis.  
Dum stabat regno incolumis: regnumque uigebat  
Consilij: et nos aliquod nomenque decusque  
Gessimus: inuidia postquam Pellaas Vlyxi

(Haud

(Haud ignota loquor) superis concessit ab oris:  
Afflictus uitam in tenebris luctuque traheram,  
Et casum infantis meum indignabar amica.  
Nec tacui demens: et me, fors si qua tulisset,  
Si patrios unquam remeassem uictor ad Argos,  
Promisi ultorem: et uerbis odia aspera moui.  
Hinc mihi prima mali labe: hinc semper Vlixes  
Criminibus terrere nouis: hinc spargere uoces  
In uulgum ambiguas: et querere consilia arma  
Nec requieuit enim: donec Calchante ministro.  
Sed quid ego haec autem nequicquam ingrata reuoluo?  
Quid due moror: si omnes uno ordine habetis Achiuos.  
Idque audire sat est: iam dudum sumite poenas,  
Hoc Ithacus uelit: et magno merentur Atridae.  
Tum uero ardemus satiri: et querere causas:  
Ignari scelerum tantorum: artisque Pelasge.  
Prosequitur pauitans: et ficto pectore satur.  
Sepe fugam Danai Troia cupiere relicta  
Moliri et longo fessi discedere bello.  
Fecissentque utinam: sepe illos aspera ponti  
Interclusit hyems, et terruit auster cuntes.  
Praepue cum iam hic trabibus contextus aernis  
Staret equus: toto sonuerunt ethere nymbi.  
Suspensi Eurypilum satatum oracula Phœbi  
Mittimus: isque adytis haec tristia dicta reportat.  
Sanguine placastis uentos et uirgine cesa  
Cum primum Iliacas Danaï uenistis ad oras:  
Sanguine querendi reditus: animaque litandum  
Argolica. uulgi quae uox ut uenit ad aures  
Obstupere animi: gelidusque per ima acarrit  
Ossa tremor: cui fata parent: quem poscat Apollo.  
Hic Ithacus uatem magno Calchanta tonitru  
Protrahit in medios: quae sint ea numina diuum  
Flagitat: et mihi iam multi crudele caneant  
Artifias scelus: et tanti uentura uidebant.  
Bis quinos filet ille dies: tectusque reuasat  
Prodere uox sua quenquam: aut opponere morti.  
Vix tandem magnis Ithacae clamoribus actus

Composito



Composito rumpit uocem: & me destinat aræ.  
 Assensere omnes: & quæ sibi quisq; timebat  
 Vnius in miseri exitium conuersa tulere.  
 Ianq; dies infanda aderat: mihi sacra parari:  
 Et falsæ fruges, & arcam tempora uitæ.  
 Eripui (fateor) læto me, & uinula rupi:  
 Limosq; laui per noctem obscurus in ulua  
 Delitui: dum uela darent: si fortè dedissent:  
 Nec mihi iam patriam antiquam spes ulla uidendi:  
 Nec dulces natos: exoptatūq; parentem:  
 Quos illi fors ad pœnas ob nostra reposcent  
 Effugæ: & culpam hanc miserorum morte piabunt:  
 Quod te per superos: & consâa numina ueri:  
 Per si qua est quæ restat adhuc mortalibus usquam  
 Intemerata fides: oro: miserere laborum  
 Tantorum: miserere animi non digna ferentis.

His lachrymis uitam damus: & miseremur ultro.

Ipsè uiro primus manias: atq; arcta leuari  
 Vincla iubet Priamus: dictisq; ita satur amias.  
 Quisquis es: amissos hinc iam obliuiscere Graios:  
 Noster cris: mihiq; hæc edisserere uera roganti.  
 Quo molem hanc immanis equi statuere? quis auctor?  
 Quidue petunt? quæ religio? aut quæ machina belli?  
 Dixerat: Ille dolis instructus & arte pelagæ  
 Sustulit exutas uinclis ad sydera palmas.  
 Vos æterni ignes: & non uiolabile uestrum  
 Testor numen: ait: uos aræ ensesq; nefandæ  
 Quos fugi, uitæq; deum quas hostia gessi.  
 Fas mihi Graiorum sacrata resolvere iura:  
 Fas odisse uiros: atq; omnia ferre sub aras:  
 Si qua tegunt: teneor patriæ nec legibus ullis.  
 Tu modo promissis maneas: seruatq; serues  
 Troia fidem: si uera seram: si magna rependam.

Omnis spes Danaum & coepti fiducia belli  
 Palladis auxilijs semper stetit: impius ex quo  
 Tytides sed enim scelerumq; inuentor Vlixes  
 Fatale aggressi sacrato auellere templo  
 Palladium: cæsis summæ custodibus aras:

Corripuere

Corripuere sacram effigem: manibusq; cruentis  
 Virgineas ausi diuæ contingere uittas,  
 Ex illo fluere: ac retro sublapsa referri  
 Spes Danaum: fractæ uires: auersa deæ mens.  
 Nec dubijs ea signa dedit Tritonia monstribus.  
 Vix positum castris simulacrum: arserunt coruscæ  
 Luminibus flammæ arrectis: falsusq; per artus  
 Sudor ijt: terq; ipsa solo (mirabile dictu)  
 Emicuit: parmamq; ferens hastamq; trementem.  
 Extemplo tentanda fuga canit æquora Chalcas,  
 Nec posse argoliæ exandi Pergamæ telis:  
 Omnia ni repetant Argis: numenq; reducant  
 Quod pelagæ & curuis secum aduexere axinis.  
 Et nunc quod patrias uento petiere Myanas:  
 Arma deosq; parant comites: pelagæq; remenso  
 Improuisi aderunt: ita digerit omnia Chalcas.  
 Hanc pro Palladio moniti: pro numine læso  
 Effigem statuere: nefas quæ triste piaret.  
 Hanc tamen immensam Chalcas at tollere molem  
 Roboribus textis: cæloq; eduere iussit:  
 Ne reapi portis: aut duâ in moenia possit:  
 Neu populum antiqua sub religione tueri.  
 Nam si uestra manus uiolasset dona Mineruæ:  
 Tum magnum exitium (quod dij prius omen in ipsum  
 Conuertant) Priami imperio Phrygibusq; futurum.  
 Sin manibus uestris uestram ascendisset in urbem:  
 Vltro Asiam magno Pelopeia ad moenia bello  
 Venturam: & nostros ea fata manere nepotes.

(Id uerò quo simul.) Itaq; argumentatio est oratio ea, quæ & rem probandâ & Argumentatio.  
 argumentum quo probare rem eam uolumus, cõplectitur. Ciaro in partitionibus  
 ait argumentationem esse explanationem argumenti. Idem in rhetorijs, nomine ar  
 gumentationis duo significari diât, argumentum ipsum, & artificiosam inuētī iam  
 argumenti expolitionem. (Sanè quo pacto argumentum rei probandæ argumen  
 tando adhibeatur.) Lege libri superioris caput secundum.

(Duas esse argumentandi formas perfectas, syllogismū et inductionē,  
 siue (ut Rodolphus mauult) enumerationē. Duas itē imperfectas, enthy  
 mema atq; exēplū. Tū, quo hæc formæ inter se distēt: et quādo perfectæ,  
 quādo imperfectæ argumentatione utendum. Caput, XIII.

L Fides



*Fidem quæ fit  
argumentando  
aut à sensibus  
aut à mente  
profiçã.*



Ides omnis quæ fit argumentando, aut a sensibus primū  
cœpit, desijtq; in mentem, in qua necesse est fidem omnē  
consistere. Aut ip̃a per se mens, alterum ex altero, res per-  
ceptas conferendo, collegit. Prius est, ut quia uidimus lunam, iã pleni-  
lunio deficere, & iterum, tertio, quartoq; itidem fieri, dicimus: luna  
tunc & tunc & alio item alioq; tempore plenilunio defecit, nec unq̃  
aliter est uisum, colligimus, ergo luna nunquam nisi plenilunio defi-  
cit. Priora enim illa sensu percepta sunt singulatim, posterius autem  
quod est, lunam nunquam nisi plenilunio deficere, mente sola perci-  
pitur. Secundum, cum mens alterum colligit ex altero. Ut cum di-  
cimus, luna nunquam deficit nisi plenilunio, ergo necesse est id fieri  
interuentu terræ lunam obumbrantis. Horum enim utrunq;, nisi  
mente percipi nequit. ¶ Pro hac diuersitate duæ natæ sunt perfe-  
ctæ formæ argumentandi, quarum alteram inductionem, alteram  
uulgo uocant græco nomine συλλογισμὸν. Cicero apte (ut omnia)  
& prope ad uerbum, ratiocinationem dixit. Mihi rectissime uide-  
tur inductio dici, enumeratio, quemadmodum Cicero dixit argumē-  
tationem quandam esse ex partiū omniū enumeratione. Inductio-  
nis uero nomen magis conuenire imperfectæ enumerationi, cum  
duobus tribusue propositis inducitur auditor, ut in omnibus ita cre-  
dat esse. ¶ Est autem inductio uel (ut nos dicimus) enumeratio, ar-  
gumentatio, qua ex pluribus uel partibus uel speciebus, unum uel to-  
tum uel genus uniuersaliter colligitur. Genus in præsentia uoco,  
q̃d aliqua ratione in plura diuiditur. Species, in quas id diuiditur.  
Ex partibus hoc modo: Plebs Romana optime de Milone sentit, &  
equester ordo, & senatus. totus ergo P. Ro. optime sentit de Milo-  
ne. Ex speciebus hoc mō: Pompeius habet uirtutē, habet peritiã rei  
militaris

*Duæ argumen-  
tandi formæ  
perfectæ.*

*Inductio siue  
enumeratio.*

militaris, autoritatē, felicitatē, habet ergo cuncta Pompeius in sum-  
mo duce spectanda. ¶ Ratiocinatio (si latino malumus uti nomine)  
est, ut inquit Aristo. oratio, in qua positis quibusdam, necesse est ali-  
ud præter ea quæ posita sunt euenire. Vel, est argumentatio, in qua  
positarum duarum propositionū duo termini sic iungunt̃ in tertio  
aliquo, ut necesse sit eos eodem modo inter se coniūgi. Ut, omnis in-  
fidiator iure occidit̃, Clodius est infidiator, ergo Clodius iure occidi-  
tur. Hic in his duabus propositionibus, iure occidi & Clodius, iungū-  
tur affirmatiue, in eo quod est infidiatorem esse, iungunturq; inter se  
etiã affirmatiue. Sic & negatiue, nullū qui fatetur a se hominē occi-  
sum fas est uiuere, Milo fatetur a se hominem occisum, ergo Miloni  
fas non est uiuere. Hic Milo & fas esse uiuere disiungunt̃ negatione,  
in eo q̃d est fateri hominē a se occisum, disiungunt̃ ergo itidē inter se.

¶ Sed quæ sit lex, quotq; sint ratiocinationum earum figuræ, ad  
iudicandi pertinet rationem exacte persequi. In præsentia, quoniam  
necesse est usu uenire nomina ista, ne sint ignorata, obiter quantum  
præsentis rei sufficit instituto dicantur. Id ergo quod efficitur argu-  
mentatione, alij conclusionem, alij intentionem uocant, quoniam  
fit id, quod intendimus argumentando conficere. Ea uero, per  
quæ conficimus conclusionem, propositiones dicuntur. Et in in-  
ductione quidem nullum inter se ordinem habent propositiones,  
nec numerum præfinitum. Pro multitudine enim partium aut spe-  
cierū, crescat is necesse est, & quælibet ex æquo adhibetur conclusio-  
ni conficiendæ. In ratiocinatione aut̃, tantū duæ sunt propositiones.  
Quarū altera plus uiriū habet ad conficiendū, quia conclusionē fere  
intra se complectitur, & idcirco ea uel maior propositio, uel exposi-  
tio uocat̃. Altera minus habet uiriū, quam uocat̃ minorē propositio-

*Quid syllogis-  
mus siue rati-  
ocinatio.*

*Conclusio.*

*Propositiones*

*Maior uel ex-  
positio.*

*Minor uel as-*

L ij nē,



*sumptio.* nem, uel assumptionem. Et omnis quidem propositio duobus continetur uel extremis uel terminis. Quorū hic subiectum dicitur, de q̄ dicitur aliquid. Hic uero prædicatum, quod dicitur de aliquo. Necessesse est igitur in duabus propositionibus ratiocinationis, quatuor esse terminos; interq; hos quatuor, quia unus bis semper accipitur, usu quidem et ministerio quatuor sunt, reuera tamen non plures sunt tribus. Quorum qui bis sumit̄. medium dicit̄. quoniā in eo alij duo iunguntur. At qui cum medio sumitur in maiore, maius extremum: in assumptione uel minore, extremū minus uocatur. In hac ergo ratiocinatione, ois infidiator iure occidit̄, Clodius est infidiator, ergo Clodius iure occidit̄: cōclusio est, Clodius iure occidit̄. ea est em̄ quā probare uolumus. Maior est, ois infidiator iure occidit̄. Minor, Clodius est infidiator. Mediū est infidiator. qm̄ i eo, iure occidit̄, qd̄ est maius extremū, & Clodius, qd̄ est minus, iunguntur.

*Medium.*  
*Maius extremum.*  
*Minus extremum.*

*Præter* has duas species argumentandi perfectas, aliæ sunt imperfectæ duæ: quæ nisi captiosæ sint, & non in speciem tantum sed uere conficiantur, ad istas semper redigi possunt. Quarum quæ ad ratiocinationem ducitur, enthymema dicitur, id est (ut Quintilianus interpretatur) commentum, Quo quidem cum possint omnia mentis nostræ signari cogitata, argumentationem significauerunt ex altera ratiocinationis propositione, hoc est, maiore uel minore, & conclusionem compositam. Ex maiore, ut infidiator iure occiditur, ergo Clodius iure occiditur. Ex minore, ut Clodius est infidiator, iure ergo Clodius occiditur. Quæ uero naturam habet inductionis, exemplum uocatur. Quid sit exemplum, superiore libro, cum comparata tractaremus, a nobis est dictum. Sed non omne exemplum redigitur ad inductionem, nec omnis imperfecta inductio est utiq; exemplum.

plum. Illud enim, P. Scipio occidit iure Melium, ergo Cicero iure occidit Catilinam, nemo negauerit exemplum esse. Non est inductio tamen, sed ratiocinatio. Nec enim Scipio pars est Ciceronis, nec species illius. Sic &, quanquā sit exemplum, hæc imperfecta inductio. Omnis potestas impatiens consortis erit, quoniam fraterno primimaduuerunt sanguine muri, hæc tamen argumentatio. Quid satis est, si Roma parum; q̄ sic explicatur. Roma non est satis, ergo nulla res est satis, inductionis quidem similitudinem habet, nemo tamen dixerit eam exemplū. Aristoteles autem dixit enthymema ratiocinationem rhetoricam, definiuitq; enthymema esse ratiocinationem ex uerisimilibus & signis. Sunt itaq; qui putent Aristotelem non diuississe forma argumentandi a ratiocinatione enthymema: sed certo tantum rerum genere enthymema constare uoluisse. Plurimiq; rhetores hoc nomen uelut dignatione quadam dederunt ei argumentationis generi, quod ex contrarijs conficitur. Quale est. Quem alienum fidū inuenies, si tuis hostis fueris: Et id quod modo dixi. Quid satis est, si Roma parū: Et apud eundem autorem. Audes fulcire ruinam, Sub qua Roma iacet. Et, Cū meretricis sit quod amator odi, cuius putatis esse, quod pauper adamaui: Sed hæc plerunq; magis constāt eloquendi ratione, q̄ inueniendi uel argumentandi forma.

**O**mnis autem ratiocinatio perfecta; inductio, si modo legitime riteq; fiant, certæ semper explorataq; fidei sunt in colligendo. Si namq; uera sunt, quæ proponunt̄ in eis, necesse est & ea esse uera q̄ colligunt̄. Ex falso em̄ uerū potest effici, consequens est em̄, si homo est afinus, hominem esse animal. Ex uero autem nihil nisi uerū effici. Estq; idcirco usus eorum, ut efficacissimus, ita crebro difficillimus etiā. qm̄ facillime p̄spiciunt̄ in eis, expositis omnibus per quæ

*Primo libro*  
*monuimus nō*  
*Sp. Melium,*  
*sed Gracchum*  
*ab Scipione occi-*  
*sum fuisse.*

*Aristotelis*  
*sententia de*  
*enthymemate*

*Perfectas ar-*  
*gumentationes*  
*hactenus ab i-*  
*perfectis dif-*  
*ferre, q̄ in il-*  
*lis de solo an-*  
*tecedenti, in his*  
*etiam de con-*  
*secutione ambi-*  
*gi possit.*



fit probatio, uelut in corpore cuius omnia deteguntur membra si quid uitij errorumue subfit. Deinde, quemadmodū in inductione per sepe enumeratio omnium partium aut specierum difficilis est, sed duabus quandoque tribusue iam propositis, reliquarū fides ex eis facile colligitur; sic in ratiocinatione frequēter, aut proposita maiore, minor; aut minore proposita, maior apertior est, quā ut proponenda sit, sed ul-

*Falsum esse illud quod dicunt quidam, perfectas argumentationes pertinere ad dialecticum, imperfectas ad rhetoricum.* tro incurrunt in animum, alteraque ex altera perspicitur. Quapropter non rhetores modo quibus imperfectas has argumentandi formas Aristoteles attribuit; sed & dialectici, (si quid tamē hi diuersum habent in argumentandi ratione ab alijs) & mathematici, & physici, & (ut uno uerbo dicam) quicumque differunt, siue uerbis in altercatione siue scriptis posteritati tradēdis, creberrime enthymemate, nonnunquam & inductione imperfecta colligunt comprehensiones suas. Rhetor uero per sepe plena ratiocinatione probationes complectitur, si maior utique res, & fusius sit atque latius demonstranda, Sed obruunt copia & orationis ubertate singulae propositiones, nec ad scrupulosam illam argumentandi legem, quae uulgo praecipitur, explicantur, dicunturque populari auribus parata populariter. Ergo (ut alio loco diximus) tota pro Milione oratio in ratiocinationem coniecta est, & pro Plancio itidem.

*Ratiocinationes.* Quid pro lege Manilia? An non sunt haec argumentationes, hoc in bello agi dignitate populi Romani, quod multis primū uerbis ostenditur. Hinc probat omne bellum esse suscipiendum in quo agitur dignitas populi Romani, quod suis argumentationibus colligitur. estque haec maior propositio, quae secundo loco ponitur; minor, quae priore loco.

Ex quibus apertū est, si iungamus eas, ratiocinationem fieri. Ut, omne bellum est suscipiendum, in quo agitur dignitas populi Romani: hoc bellum est in quo agitur dignitas populi Romani; hoc ergo bellum est suscipiendum,

dum, Continuo iterum. Hoc in bello agitur salus sociorum, est autem omne tale bellum suscipiendum, ergo hoc bellum est suscipiendum. Rursum, quisquis praecipue habet quatuor illa, uirtutem, scientiam rei militaris, autoritatem, felicitatem, maxime est ad hoc bellum deligendus, Cn. Pompeius praecipue habet quatuor illa, ergo est ad hoc bellum maxime deligendus imperator. ¶ Loci quidem communes (ut rhetores uocant) non sunt aliud quam maiores ratiocinationum propositiones: ut quae in proditorem, in ueneficum, adulterum, sicarium, dicuntur. Cū uolumus enim probare, Caelium damnandum, ostendimus ueneficum eum esse, quod ubi explicatum est, quid restat aliud, quod ratiocinationi defuit, nisi maior, ueneficus est damnandus. ¶ Hoc autem ne quae fallat, annotandum uidetur. Quonia uniuersaliter pronunciata, qualem plerumque maiorem ratiocinationis propositionem faciunt, supina saepe uidentur, & ociosa, & distantia magis a re proposita, idcirco solere oratores, quo arctius rebus adhaereant, in particularia in dicendo conuertere. Et cū dicendum esset, omne bellum est suscipiendum, in quo agitur salus sociorum; & omnis ueneficus est damnandus: ut instare magis premereque uideantur, dicere malunt; hoc bellum est suscipiendum, quia agitur in eo salus sociorum; & hic ueneficus est damnandus. In quo & hoc meo iudicio ingeniosissimi homines sequuntur, quae uniuersalia uelut late sparsa sint animo audientis tanquam in aere interque nubes apprehendenda, cum uero ad rem praesentem astricta, et ante oculos interque manus sunt posita, mouendis affectibus aptiora sunt, qui soli in audientium dominantur animis: quos nihil aequae, ut aspectus primum rei, & imago proxime, uelut praesentis negotij, animo subiecta irritat. Nihil est ergo, quod quisquam putet, certis artium generibus has uel illas argumentandi formas addici posse.

Rerum

Loci communes

Notatio.



Rerum ipsa praesens conditio, ut quaeque diligentius est & constantius affirmanda, consilium prebebit. Et quemadmodum in plarisque rebus semel potest in perpetuum praecipere, quid fieri oporteat; ita in hoc, ut in alijs multis, hoc solum perpetuum est, quod perpetuum statui nihil potest. ¶ Cum ergo (ut praediximus) in ratiocinatione & inductione nulla in concludendo possit esse dubitatio; & necesse est, si qua repugnet eis aduersarius, idcirco id euenire; quoniae quae proponuntur, uera esse neget; in enthymemate & imperfecta inductione, utrumque est quod dubitari possit, an uerum sit quod propositum est, & an quod intendimus, ex eo efficiatur. Vt cum dicitur. Cluentius pecunia fide iudicum subuertit, ergo lege corrupti iudicij tenetur. Primum negat Cicero Cluentium subuertisse fidem iudicam. Quod si ipsum uerum non est, neque habetur ei fides, non potest alteri quod probandum est, fidem parare. Deinde, ut uerum sit subuertisse eum iudicum fidem, non tamen consequitur, teneri eum lege, quoniam non utique quisquis iudicium pecunia tentauerit, lege iudicij corrupti tenetur. Sic & in inductione imperfecta negare potest aduersarius, uel non esse uerum quod proponitur, uel non enumerata esse omnia, ex quibus colligi intentio possit, ut nihil sit necesse, quando dentur uera esse quae sumuntur in probatione, consequatur tamen idcirco, quod efficere conamur.

*Quando perfecta, quando imperfecta argumentatione utendum.*  
**V**T ergo affirmandae rei cuiusque per argumentationem ratione paucis absoluaemus, & ostendamus etiam ubi perfectis opus sit argumentationibus, ubi sufficiant imperfectae, haec primum lex proponenda est argumentationum omnium, ex uero nihil colligi posse nisi uerum. Quare si falsum est quod colligitur, necesse est falsum esse quod antecedit, si rite collectum sit. Hinc ergo consequitur, ut semper quemadmodum ex proposito conclusio colligitur, ut si uerum sit, propositum, necesse

sit

fit uerum esse quod concluditur: sic ex contradicente conclusionis, semper propositi contradicens colligatur. Nam cum nequeat in legitima argumentatione colligi falsum ex uero, quoties tanquam uerum proponimus id quod contradicit conclusioni, necesse est conclusionem falsam esse, cum duo contradicentia simul esse uera non possint. Falsum erit ergo propositum id, ex quo collecta est ea conclusio. Consequitur igitur, propositi contradicens esse uerum. Vnde fit quod intendimus, quemadmodum ex proposito conclusio, sic ex contradicente conclusionis, propositi colligi contradicens. Vt si hominem esse detur, necesse est demum & animal esse. Quod si animal esse, falsum esse dicamus, uerum erit contradicens eius, quod est, nullum animal est. Falsum ergo id est, ex quo animal esse colligimus, quod erat hominem esse. Ergo uerum itidem contradicens istius, quod est, nullus homo est. Itaque quemadmodum necessario consequitur, homo est, ergo animal est: ita consequitur, & nullum animal est, ergo nullus homo est.

¶ Duplex est ergo ductus cuiusque rei probandae. Vnus directus, ut cum proposito aliquo uelut recta uia colligimus id quod probare uolumus. Vt qui probare uolet sapientem esse diuitem, dicat, Sapiens nullius indiget, ergo sapiens est diues. Alius est ductus obliquus. Vt cum accepto contradicente eius quod probare uolumus, colligimus ex eo aliquid quod falsum sit, unde regressi, docemus falsum id esse, ex quo collectum est: idque, quia contradicens est eius quod intendimus probare, consequens est, istud ipsum esse uerum. Vt, sapiens est diues. Si enim non sit diues sapiens, cupiet aliquid, sed falsum est hoc, falsum ergo ex quo colligitur id, hoc est, non esse diuitem sapientem, uerum igitur erit, quod intendimus, sapientem esse diuitem. Non sunt autem haec argumentandi formae, per omnes enim formas quas exposuimus, duci possunt, sed uiae quaedam colligendae intentio

M nis

*Duplex ductus uniuscuiusque rei probandae.*



nis. Quapropter ductus eos uocauimus. Quo pacto autem uerū esse aliquid ostēdimus, eodē etiā in contradicēte suo falsum esse mōstramus. Cum probauerimus enim, contradicens suū uerū, necesse est, ut id quod intendebar, apertum sit falsum esse.

Quomodo in imperfectis argumentationibus ostendēdū sit cōsequi conclusionem ad propositū, siue (ut nunc loquimur) antecedens.

¶ Vbi fuerit igitur exposita argumentatio, si sit imperfecta, ut enthymema & inductio, quemadmodum prædiximus, duo sunt quæ dubitari possunt. Aut enim negatur consequi hoc ex illo, aut uerum esse, quod propositum est. Consequens ostendemus esse, ut imperfectas argumentationes ad perfectarum formam, ut si enthymema sit, ad ratiocinationem; si inductio, ad enumerationem, conferamus. Ratiocinatio & enumeratio, si præscripto modo recteque fiunt, nullum possunt admittere consecutionis incertum. Enthymema est: Clodius struxit insidias, ergo iure casus est. Ratiocinatio sit cū subijcimus, omnis enim insidiator iure occiditur. Ea est enim maior propositio ratiocinatiois. Sic in inductione: Pisistratus accepto publico præsidio tyrannidē inuasit, & Phalaris itidem; ergo quisquis e publico præsidium poscit, tyrannidē uult inuadere. Quia difficile est hic omnes enumerare, pro reliquorum enumeratione ponimus plerūque, (nec quisquā est qui non hoc pacto fecerit) aut simile quicquam in eam subdimus sententiam. Deinde colligimus iam, quod intēdimus. Vnde solent plerūque altercantes, quandoque etiam perpetua dicentes oratione, cum difficile sit affirmare, in omnibus alijs similiter se rē habere, petere ab aduersario, ut ille dicat, in quo non ita sit: & confessionem illius uel ignorationem pro sua petere asseueratione. In quibusdam etiam, quia non tam quærimus quid uerum sit, quā utrum uerisimilius, idcirco quanquam non possimus inductionem perfectā facere, sufficit tñ audientis fidei, quāquā nō semp aut i oibus, aliquādo

do tamē & in aliquibus factum esse et fieri solere, quod tum nos ostēdere conamur. Quod in deliberationibus & coniectādo futurorum exitu plerūque satis esse solet documenti. Consequi ergo quod intēdimus, ad id quod, ppositum est, hoc pacto docetur. ¶ At si uerum esse negat aduersarius quod proponitur, id ipsum rursus alia colligendum erit argumentatione, simili uia, qua id cui probando adhibetur iam colligi debere monstrauius, idque tam diu fiat oportet, donec tandem ueniamus ad aliquid, quod certum sit, taleque ut negare id aduersarius non possit. Ex quo cum fidem parauerimus ei quod proxime colligitur ex ipso, deinde ex hoc iam collecto rursus aliud probamus, & ex illo aliud, donec tandem perueniamus ad primū illud, quod efficere reliquarū argumentationum serie conamur. Vt Stoicus qui probare uolet diuitem esse quisquis sit sapiens, primū dicat, quoniam nullæ opes defunt sapienti. Quod ipsum etiam est dubium, probat ergo, quoniam habet opes quātascunq; uult, certum est ergo nullas sibi deesse. Sed & id propositū probandū est, subijcit igitur, nullas enim cupit opes. Probat & hoc, quia nullas bonas putat. Quod iam pendet ex eo, quod Stoico tanquam foci & aræ defendendum est, id est autem, solam in bonis esse uirtutem. Ergo iā ex hoc quod postremum est, priorum omnium sumitur fides. Nam si sapiēs solam in bonis numerat uirtutem, non putat opes esse bonas, nō ergo cupit eas, habet igitur quantascunq; uult; quo fit, ut nullæ defint sibi: certum est ergo diuitem esse, quisquis sit sapiens. Quia sunt autem hæc enthymemata cuncta, per quæ ductæ sunt hæc argumentationes, idcirco si de eorum consecutione dubitet aduersarius, necesse erit singula, quæ parū coherere uidebuntur, in ratiocinationis formam conijcere. Vt si dicat aduersarius, nō utique quia nihil desit sapienti, diuitem eum esse;

Quid faciendum, si propositū seu antecedens negetur.



Tantum tres  
eē partes syl-  
logismi, non  
quinque.

addat oportet qui disputat, maiorem ratiocinationis propositionem, quæ est, cuiuscumque nihil deest, is est diues. Quæ quoniam negabit eam aduersarius, alia rursus est argumentatione colligenda. Quæ causa fuit plarimque, ut quinque partium facerent ratiocinationem, cum cuiuslibet propositionis probationem pro parte numerarent. Quod si sequimur, quamuis multarum partium ratiocinationem facere licebit, cum & unaquæque probatio suam possit iterum habere probationem, & hæc rursus aliam. Quapropter probationes propositionum non sunt argumentationis partes, sed nouæ per se fiunt argumentationes. Sicut autem recto ductu cepimus probare, quod quisquis est sapiens, est diues, primumque caput totius probationis fecimus id, quod confessum est, solam uirtutem a sapiente bonum aestimari. sic per obliquum ductum, accepto contradicente eius quod probare cupimus, licebit eisdem gradibus, sed uerso ordine colligere contradicens eius, a quo primum directæ probationis duximus initium. Quod colligere conamur est, quod quisquis est sapiens, diues est. Id ergo si non est, erit ex aduersarii sententia aliquis sapiens, qui non sit diues, ergo decrit illi aliquid, non habebit igitur quantas opes uolet, cupiet ergo opes: quod si facit, bonas eas putabit, ergo iam sapiens aliquid præter uirtutem habebit inter bona: quod si falsum est, falsa sint necesse est, ex quibus id collectum est, ergo uerum erit, quisquis sapiens est, cum diuitem esse. Nihil differunt autem hi ductus ad argumentandi euentum, quamlibet enim argumentationem paratum est utrouis horum ductuum explicari. Sed aduersarius forte discrimen aliquod in his faciet. In altercationibus præsertim confidens, & qui se decipi parum timeat, facilius directo capietur ductu, si per multas probationes ducenda sit confirmatio eius, quod intendimus. Ea enim quæ longius distant, & nihil cum re negocij

Quid discrimini inter directum & obliquum

negocij habere uidebuntur, facile dabit, securus, & firmus (ut sibi persuadet) aduersus infidias. Contra qui metuet fraudes, illi quæ uelut tutissima proponuntur, erunt maxime suspecta: putabitque periculossima me credi eis, in quibus minime se prodant pericula. Hic ergo proximis & sensim a proposito deflecentibus, facilius accedat. Acrius & instantius uidetur urgere obliquus ductus, cum per eum falsa intentantes aduersario & neganda, grauius premere uideamur, quam si directo ductu colligentes uera ueris, uelut ducere ipsum docereque credamur. Directus itaque monenti, obliquus est exprobranti similior. Ex his nequaquam difficile est uidere, ubi perfectam necesse sit adhibere argumentationem, ubi sufficiat imperfecta. Nam sicubi explicata re per imperfectam, consecutio sit indubitata, nihil erit opus perfecta, etiam in eis rebus de quibus scrupulosissime disputatur. Sic si quando hæreat uel orator in conficienda argumentatione: quia dubitetur, an sit consequens, quod efficere uoluit: ad perfectam argumentandi formam tunc esse redeundum, & res ipsa, & eloquentissimorum uirorum usus ostendit.

Explicat id quod superius proposuit, quando perfectis, quando imperfectis argumentandi formis utendum

## SCHOLIA IN CAPVT XIII.

Quandoquidem caput hoc multa complectitur, & quæ non satis exposita uideantur esse ijs, qui parum exeritati sunt præceptis dialecticorum: expediat forsassis quædam repetere paulo altius, & quæ habet Rodolphus, ea in breuis quasdam uelut summas colligere.

1. **Q**uestio igitur (ut auspiamur inde) est id de quo disputatur. Hoc est, quæ admodum ait Boetius, questio est in dubitationem ambiguitatemque adducta propositio. Vel, ut Rodolphi uerbis utamur, questio est cum interrogatione elata oratio, cui est aut non est responderi queat. *Questio.*

2. **A**rgumentum est, quo alteram questionis partem ueram aut falsam esse ostendimus. Vel, ut inquit Quintilianus, argumentum est res, quæ alterius probationi adhibetur. *Argumentum.*



**Argumentatio.** ¶ Argumentatio est oratio ea, qua inuentum iam argumentum rei proposita ac commodamus. Ea interim pauāssimis absoluitur uerbis, interim latissime funditur: pro arbitrato eius qui dicit.

**Argumentatio.** ¶ Due sunt eius formae perfectae, syllogismus & enumeratio. quam alij uocant nis spes due. inductionem.

**Syllogismus.** ¶ Syllogismus est oratio, in qua positus aliquibus & concessis, aliud quiddā quam sunt ea quae posita sunt, per ea quae posita sunt, necesse est euenire. Aut si maius hoc pacto: Syllogismus est argumentatio, in qua ex propositione & assumptione, necessario sequitur conclusio. Ut, nulla ars ātra exerationem perdisā potest, dialectica ars est, nequit ergo ea ātra exerationem perdisā.

**Syllogismi.** ¶ Constat syllogismus quisq; partibus ternis, quarum prima ab Rodolpho dicitur partes, tur expositio, altera assumptio, tertia intentio siue conclusio. Cicerō primam illam Expositio, nominat propositionem, assumptionem alteram, tertiā complexionem. Expositio, quae & propositio est pronūciatum, generalem lateq; patentem complectens sententiam, expositio. qua omnis uis totius argumentationis emanat. Cicerō sic finit, propositio est, per quam breuiter locus is exponitur, ex quo omnis uis oportet emanet ratio adu-

**Assumptio.** ¶ Assumptio est pronūciatum, quo generalis illa sententia accommodatur rei propositae. Conclusio illud est pronūciatum, quod ex expositione et assumptione necessario colligitur. Ut si probare uelis, episcopum omnem oportere esse uirum bonum: hic initio generalem aliquam sententiam proponas oportet: ea esse possit eiusmodi: Cuius hae partes sunt, uti homines ceteros suo exemplo reddat meliores, is ipse ante omnia bonus sit oportet. Hae est propositio, quae quantum in ipsa est, multo pluribus atq; nostro huic instituto potest accommodari. quam obrem exāpit hanc assumptio, ita eam proposito nostro astringens, ut quod in commune prius dictum erat, id iam huic instituto ināpiat esse proprium. Ea assumptio hae sit: Episcopi cuiusq; id munus est, uti homines ceteros suo exemplo meliores reddat. Hinc iam, uelis nolis, sequitur ea quā initio proposueramus conclusio: nempe hae, debet ergo episcopus unusquisq; esse uir bonus.

**¶** Iam am pronūciatum quodq; duobus cohereat terminis, subiecto & praedicato: alter ex ijs, duabus illis prioribus partibus syllogismi debet esse communis, ita ut semel in expositione positus, deinde in assumptione etiam repetatur. Atq; is terminus utrobique hoc modo positus, dicitur medium. Cui qui in expositione coniungitur, dicitur maius extremum: quod ferē latius pateat. Qui in assumptione, extremum minus: eo quod de pauāoribus dicitur possit. Verbi causa: Cuius officium est erudire alios, ipsum eruditum esse oportet: episcopi munus ē, ut alios erudiat: ergo episcopum ipsum eruditum esse oportet. In hoc syllogismo, medium est, alios erudire: maius extremum, ipsum oportere esse doctum: minus extremum, episcopum.

**Cautilla amotio** ¶ Quod si qui uideantur hae: parum conuenire tertiā syllogismorum figurae: ei hoc

hoc ego responsum uolo in presentia, rarum aut nullum potius esse huius figurae apud eruditos usum: ac proinde indignā uisam fuisse, cuius nos cura hic angeret.

¶ Porro enumeratio (inductionem alij uocant) est argumentatio, qua ex pluribus uel partibus uel speciebus, unum uel totum uel genus uniuersaliter colligitur. Sed siue inductio, de hoc paulo post explicatius.

¶ Interim sciendum illud, quod praeter has duas argumentandi formas, aliae duae sunt argumentandi species imperfectae, enthymema & exemplum. Enthymema tandi forma est syllogismus, cui altera propositionum deest. Ut, anima à se ipsa mouetur, ergo imperfectae. mouetur semper. Et, quod semper mouetur id immortale est, ergo immortalis est anima. Exemplum est, quo unum particulare probatur per aliud. Ut, non potuit Romam capere Annibal, ergo nec Gotthi. Hae rudius. cetera post dicamus explicatius.

¶ Quidam imperfectas hae argumentationes à superioribus illis discernere hoc pacto, ut has dicerent pertinere ad rhetoricam, illas ad dialecticam. Quorum sententia non satis esse ueram, id uel hinc liquet: qd & dialectica enthymematis exemplisq; & rhetores perfectis interim syllogismis utantur.

¶ Itaq; si quis accuratius uolet ista scernere, is hoc dicit: imperfectis illis, solum antecedens uocari in dubium posse: in imperfectis, non modo antecedens, sed & consecutionem.

¶ Ac proinde quoties res est eiusmodi, ut in imperfectis hae formis certa sit consecutio, non est cur perfectis utamur: sin uerò ambigat de consecutione possit, iam perfectis uti praesliterit, siue in rhetoricorum, siue in dialecticorum campo uerseris.

¶ Potest autem unaqueq; harum specierum duplici ductu tractari, directo & obliquo. Directus est, cum proposito aliquo, uelut recta uia colligimus id quod probare uolumus. Obliquus, cum accepto contradicente eius quod probare uolumus, colligimus ex eo aliquid quod falsum sit: unde regressi, doemus falsum id esse ex quo collectum est: idq; quia contradicentis est eius quod intendimus, consequens est, istud esse uerum.

¶ Inter hos ductus illud modo interest, quod prior ille, aptior est aduersus secutorum ac intrepidum aduersarium: hic posterior, contra soliatum & tergiversantem.

¶ Hae ferē summa est eorum, quae toto hoc capite explicantur. Iam singulatim ea quae difficultatis aliquid habere uidebuntur, explanare ināpiamus. Quamquam illud adhuc in commune dicendum est. Video ego partes syllogismorum, apud diuersos auctores, diuersis item nominibus significari. Proinde ne quid caligantis asserat multitudo istorum nominum, hunc in modum ea discernat iuuenius.


Syllogismi

Hi ductus quo distent.

Quo distent hae formae ab illis prioribus

Quando perfectis, quādo imperfectis utendum. Duplex tractandarū argumentationū ductus.





Quoniam dum Quintiliani uerba considero diligentius, uidetur is mihi inten  
tionis nomine intelligere conclusionem, nondum probatam, sed in hoc propositam  
ut probetur. deinde assumptionem uocare eam, quæ à Ciarone diatur propositio:  
connexionem autem, quæ ab alijs assumptio diatur, eo q̄ hæc intentionem cum  
propositione connectat. Verum hæc exatere scrupulosius, diffialius fortasse  
quàm commodius fuerit: iccirco ea in medium relinquantur. Nam q̄ Boetius his  
tantum nominibus utatur in designandis partibus syllogismi hypothetica, id arte  
leuius est, quàm quod admoneri oporteat. Ergo iam ad singula.

**P**RO hac diuersitate due nate sunt perfectæ formæ argumentandi. Perfectas  
diat propterea, q̄ enthymema quoq; & exemplum formæ argumentandi  
sunt, sed imperfectæ. Alteram uocant græco nomine συλλογισμῶν, id est, colligere & ratioanari. Ciæro apte, ut omnia, & propè  
ad uerbum, ratioanationem dixit. Ciæro primo rhetoricorum: Omnis autem,  
inquit,

inquit, argumentatio, aut per inductionem tractanda est, aut per ratioanationē.  
Et rursus. Ratioanatio est (inquit) oratio, ex ipsa re probabile aliquid eliciens,  
quod expositum & per se cognitum, sua se uel & ratione confirmet. (Mibi rectis  
sime uidetur inductio enumeratio diat: quemadmodū Ciæro dixit &c.) Ego, inquit  
Rodolphus, existimo eam, quæ ab alijs diatur inductio, rectius diat posse enume  
rationem, eo q̄ partium aut specierum quædam in ea fiat enumeratio. Ciæro pri  
mo rhetoricorum, posteaquam duo docuit esse genera argumentandi, unum necessa  
rium, alterum probabile: atq; prius illud trifariam tractari posse, per comple  
xionem, per enumerationem, & per simpliciam conclusionem: deinde (quod adhuc  
attinet loam) Enumerationem, & per simpliciam conclusionem: deinde (quod adhuc  
infirmatis, una reliqua necessario confirmatur: hoc pacto: Necesse est, aut inimi  
tiarum causa ab hoc esse occisum, aut metus, aut spei, aut aliauius amia gratia, aut si  
horum nihil est, non ab hoc esse occisum, nam sine causa maleficiam susceptum esse  
non potest. Sed neq; inimiatiæ fuerunt, nec metus ullus, nec spes ex morte illius ali  
cuius comodi, neq; ad amiam eius aliquem mors eius pertinebat, Relinquitur ergo  
ut ab hoc non sit occisus. (Est autem inductio, uel ut nos diamus enumeratio.)  
Varie usurpatur nomen inductionis apud autores: quæ res esse in causa solet, ut  
cum legerint omnia quæ de ea apud diuersos scripta sunt iuuenes, nondum tamen  
quæ uis & natura eius sit assequantur. Quo arca uisum est mihi, quædā paulò alti  
us de ea repetere. quæ si eiusmodi non erunt, ut satis faciunt doctis, profuerint ta  
men in hoc, ut alij his reprehendendis meliora afferant: & si non aliud, hoc arte  
efficasse uideamur, ut ansam præstiterimus alijs, accuratius res istas tractandi.  
Ergo, ut quidē mihi uidetur, inductio est argumentatio, quæ uel ex partibus totum,  
uel ex speciebus genus, aut arte alia pars, aliaue species colligitur. Partes in præ  
sentia intelligo eas, quæ uulgo diantur partes integrales. Speciem id ipsum quod  
Rodolphus. Cum sint autem quatuor inducendi modi, quos in finitione attingimus,  
eorum primi hoc esse possit exemplum. Concutitur hodie bellis Germania, Italia  
armis uastatur, conarruat infestis signis Hispani et Galli, Angli cum Scottis bellige  
rantur, in Dacia nullus pacis est locus. quantum ergo abest, quo minus uniuersus  
orbis Christianus bello à se ipso dissideat, & suo quod diat solet gladio iugule  
tur? Scandi hoc: Romulus fratrem seuum regnantem ferre non potuit, neq; Pom  
peium Casar, nec Augustus Antonium. et tu adhuc aliquem putas esse in terris, qui  
æquo animo sit laturus consortem imperij? Illud tertij: Quid manus si sit ita in  
fecta, ut nec ipsa sanari queat, & periculum sit, ne in reliquum corpus is morbus  
prorepat, antea quàm id fiat absanditur: idem fit brachio, pedi, naso, labris: &  
capiti uidelicet idem non fiat? Quartij hoc: Age inter poma quodnam generosissi  
mum diatur? an non id quod optimum est? quid equus, piscis, ager, pratum? nonne  
horum quicq; ita demum generosissimum diatur, si sit idem & optimum? diatur  
N profecto

Enumeratio  
apud Ciæro  
nem.

Inductio.

Ex partibus  
totum.

Ex speciebus  
genus.  
Ex partibus  
pars.

Ex speciebus  
species.



profecto. quocirca inter homines quoque generosissimum esse cum dicimus, non quæ  
 Duæ species natali splendore ante ceteros, sed quæ uirtute ac probitate morum reliquos omnes præ-  
 inductionis. stat. Duo eius genera fieri possunt. Est enim inductio omnis, aut perfecta aut imperfecta.

Perfecta. Perfecta uocatur, quæ necessario colligit. Imperfectam, quæ tactis admodum colligit pro-  
 Imperfecta. babiliter, nulla tamen subest concludendi necessitas. Prior duobus fit modis, Primum  
 Perfecta indu- pio, quoties omnibus uel partibus uel speciebus enumeratis, totum aut genus inde collie-  
 ctio rursus gatur. Deinde, cum non enumeratur omnia quidem, ceterum apponitur tamen clausula ali-

duplex. qua, qua ea quæ enumerata non sunt comprehendatur. Imperfecta et ipsa duobus fieri  
 Imperfecta et modis potest. Primum, cum ex quibusdam tantum, aut etiam quoadmodum, ex sola una parte aut  
 ipsa duplex. specie aliqua ad totum aut genus progredimur. Deinde, quoties una aut altera par-

te, aut specie enumerata, non genus aut totum, sed aliam quam partem speciemue inde  
 colligimus. Atque hæc demum ea est, quam rhetoricam inductionem uocant, quæque alio nomine  
 diuina solet exemplum. Quod nomen ab Aristotele eis etiam argumentationibus datur, ubi  
 ex pluribus particularibus unum particulare colligitur. Quamquam non me clam est,  
 exempli nomen illis proprie tribui solere, ubi rem gestam alteri rei probandæ refellen-  
 dæ uel accommodamus. Ad quæ proxime accedunt, quæ nos ipsi, perinde ac si gesta  
 sint fingimus. Inter quæ primas tenent apologetica, et ut his quicquid, simillimum est. quibus  
 similitudines illas Socraticas Aristoteles non inepte adiecit mihi uidetur. De pri-  
 mo modo inductionis perfectæ ab Rodolpho ipso exemplum posita sunt: ceterorum  
 omnium eiusmodi effingi exemplum queat. Quod autem hominem nephandissimum toti etiam  
 auitati charum esse dixisti, id ego qua fronte abs te dictum sit, nondum satis intelli-

Exemplum se- cundi modi in-  
 ductionis per-  
 fectæ, ubi ex  
 partibus colli-  
 gitur totum.  
 Vbi ex specie-  
 bus genus.  
 go. Etenim quem magistratus omnes oderunt, quem senatus iam olim perniciosum  
 patriæ uicem iudicauit, quem optimus quisque de tyrannide inuadenda suspectum  
 rum esse audeas asserere? Quid? An non loquax plerumque fortunæ cotidie imminet. Latro  
 importunissimus? An non aues etiam tenuiores, quacumque ratione potest, suis illis  
 quantuliscumque fortunæ studet euertere? Et quid multis? tu, si potes, nomina aliquæ,  
 in quem idem non cogitarit, imò in quem idem non fecerit. Quod si non potes,  
 quæ impudentia est, negare ciues omnes ab uno isto summa iniuria esse affectos?  
 negare, ab uno isto hoste periculosissimo intra muros nostros uersanti, omnium

Exemplum pri-  
 mi modi indu-  
 ctionis imper-  
 fectæ, ubi ex ali-  
 quot modo specie-  
 bus colligitur  
 genus.  
 nostrum fortunæ extrema omnia imminere? Quamquam minus timidum erat,  
 si de fortunæ tantum, non etiam de uita omnibus nobis eripienda cogitaret homo  
 nepharius. Sed qui rebus adhuc dubijs, Policarpum ciuem rei publicæ natum occidit,  
 qui interemit Philodamum, qui integerrimum optimumque uirum Timotheum  
 crudelissime trucidauit, hunc tu uictorem aut aliquam paratum existimas?  
 Si nescis? ne auunculo quidem suo homini innocentissimo, uerum suis istis se-

Vbi ex una  
 specie genus.  
 leratissimis conatibus resistenti pepererat: et nos adhuc fore speramus saliet, ut  
 huius tam crudelis bellæ, si quando uoti compos erit, gladius cuius quisquam eua-  
 dat?

dat? Equidem mihi uideri uideor, nihil eum aliud animo destinasse, nisi ut totam Vbi ex ali-  
 hanc rem publicam funditus euerteret atque in nihilum redigeret. Nam qui consilibus pa- quot partibus  
 lam eadem minatur, qui prætores etiam hoc tempore dubijs adhuc rebus à dicendo totum.  
 iure deterreret, hic quid aliud quam totius rei publicæ meditatur interitum? Profecto Vbi ex una  
 quisquis non parat capiti, totum corpus extinctum uult. et qui magistratus è cui parte totum  
 tate tollit, non uult saluam rem publicam. Nunquam ne legistis, quo modo olim Scandi modi  
 tyrannidem inuaserit apud Athenienses Pisistratus, Dionysius apud Syracusanos, exemplum,  
 apud Agrigentinos Phalaris? quorum mores non tam referret nouus hic Phala- ubi ex ali-  
 ris noster, nisi et finem eum quem illi querebant quereret. Anni sunt uixdam quot specie =  
 triginta, cum auus eius simile quiddam in hac ipsa urbe molitus est. qui si eo tem- bus fit pro-  
 pore ijs quibus dignus erat exemplis esset affectus, nunquam hic illi similis esse gressus ad ali-  
 uoluisset: nunc uero etiam gloriæ sibi apud posteros fore existimat, si uel superasse am speciem-  
 scelus illius, nedum equasse uideatur. Itaque prouidendum est uobis, ne quem ad- A specie una  
 modum hic nunc illius, ita alius quisquam post annum unum aut alterum huius ad aliam speciem  
 esse similis uelit. Id quod hac demum ratione commode fiet, si ab hoc nunc ultimū  
 supplicium sumetis. Nam si in humano corpore, quoties membrum aliquod ita  
 affectum est, ut nec de eius salute sperari possit, et periculum sit, ne reliquum etiam A pluribus  
 am corpus contagione sua totum inficiat, tum id membrum sine auctatione præci- partibus ad  
 di solet: si idem fieri uidemus in ramis arborum, idem in uitium putatione, quis sit, unam.  
 qui hoc membrum tam pestilens, hunc inquam perniciosissimum non dico ciuem  
 sed hostem, è rei publicæ. adhuc corpore nolit reuelli? Credite mihi, quem admodum Ab una parte  
 omnis se penumero una totum inficit gregem: ita unus pestilens ciuis, sepe uniuersam ad alteram-  
 sam rem publicam.

Laurentius Valla contra Boetium disputans, negat inductionem diuina esse, Cōtra Laurē-  
 quæ uel interrogationibus carcat, uel à particularibus ad uniuersalem progredia- tium Vallam.  
 tur. Id quod miror equidem exadere potuisse homini ingeniosissimo: quando neu-  
 trum ex ijs usquequaque uerum esse, facile probatissimorum autorum scriptis  
 ostendi queat. Quod autem Socrates apud Platonem serè interrogationibus uti-  
 tur, id non ea de causa facit, quod omnino aliter inductio fieri non possit, sed quod eiusmodi  
 ratio elocutionis maxime sit apta dialogis. Alioqui non esse semper necessarias  
 interrogationes, facile declarant uerba Ciceronis tertio libro de finibus: quo in lo-  
 co cum dixisset, nouis rebus noua item esse imponenda et nomina, deinde hæc uer-  
 ba subiicit. Quod quidem nemo mediocriter doctus mirabitur, cogitans in omni ar-  
 te cuius usus singularis communisque non sit, multam nouitatem nominum esse: cum consti-  
 tuatur earum rerum uocabula, quæ in quaque arte uersantur. Itaque et dialectica et  
 physica uerbis utitur ijs, quæ ipsi Græcæ nota non sunt. Geometra uero, musici, gationes non  
 grammatici, etiam more quodam loquuntur suo. Item ipse rhetorum artes, quæ sunt  
 totæ forentes atque populares, uerbis tamen in dicendo quasi priuatis utitur ac suis.



Atq; ut omittam has artes elegantes & ingenuas, nec opifices quidem tueri sua artibus possent, nisi uocabulis uterentur nobis incognitis, usitatis sibi. Quinetiam agricultura, quae abhorret ab omni politiore elegantiā: tamen eas res, in quibus uersatur, nominibus notauit nouis. quo magis hoc philosopho faciendum est. Apud eundem primo de oratore: Ego uero (inquit Antonius) pergam: & id sciam, quod in principio fieri in omnibus disputationibus oportere uideor: ne uagari & errare cogatur oratio, si ij qui inter se dissenserint, non idem esse illud de quo agitur intelligant. Nam si quaereretur, quae esset ars imperatoris, constituendum putarem principio, quis esset imperator. qui cum esset constitutus, administrator belli gerendi: tum adiugeremus de exercitu, de castris, de agminibus, de signorum collationibus, de oppidorum oppugnationibus, de commatu, de insidijs faciendis atq; uitandis: de reliquis rebus, quae essent propriae belli administrandi. quarum qui essent animo & scientia compotes, eos esse imperatores dicerem: uterq; exemplis Aphriano- rum, & Maximorum: Epaminundam, Annibalem, atq; eius generis homines nominarem. Sin autem quaereremus, quis esset is, qui ad rem pub. moderandam, usum & scientiam & studium suum contulisset, definirem hoc modo: qui quibus rebus utilitas rei pub. pararetur augeturq; teneret, ijsq; uteretur: huc rei pub. rectorem et consilij publici autorem esse habendum. Praedictarumq; P. Lentulum principem illum, & Tiberium Gracchum patrem, Q. Metellum, & P. Aphricanum, & C. Lelium, & innumerabiles alios, tum ex nostra ciuitate, tum ex ceteris. Sin autem quaereretur, qui suam iurisconsultus uere nominaretur, eum dicerem, qui legum consuetudinibusq; eius, quae priuati in ciuitate uterentur, & ad respondendum, et ad agendum, & ad cauendum, peritus esset. Ex eo genere Sex. Aelium, M. Manilium, P. Mutium, nominarem. Atq; ut iam ad leuiora artium genera ueniam, si musici, si grammatici, si poetae quaeratur: possem similiter explicare, quid eorum quisq; profiteretur, & quod non amplius a quoquam sit postulandum. Philosophi deniq; ipsius, qui de sua ui ac sapientia, unus omnia penè profiteretur, est tamen quaedam descriptio: ut is qui studeat omnium rerum diuinarum atq; humanarum uim, naturam, causasq; nosse, et omnem bene uiuendi rationem tenere & persequi, nomine

**Tertium.** hoc appelleretur &c. Idem in oratore ad Brutum. Quod (nempe in deorum ac deorum) si poeta fugit ut maximum uitium, qui peccat etiam cum probam orationem affingit improbo, stultitiae sapientis. si deniq; pictor ille uidit, cum immolanda Iphigenia, tristis Chalcas esset, maestior Ulysses, maereret Menelaus, obuoluentum caput Agamemnonis esse, quoniam summum illum luctum peniallo non posset imitari. si deniq; histrio quid deceat quaerit, quid faciendum oratori probamus? Iam quod addit Laurentius, ex particularibus uniuersale probari non posse, ne id quidem semper uerum esse, partim ex ijs quae iam ex Cicerone adduximus, modo accuratius expendantur: partim etiam ex ijs, quae ex Platone mox asseremus

remus, liquere potest. In Phaedone hunc in modum Ceбетem interrogat Socrates: Ergo utrum necessarium est, cuiusq; aliquid est contrarium, nullo modo aliunde id quam ex suo contrario fieri ueluti quando quid maius efficitur, necesse est ex eo quod ante fuerat minus, postea maius euadere? CEBES. Ita est. SOCRATES. Nonne & si quid minus fiat, ex eo quod ante maius erat, postea fiet minus? CEBES. Sic omnino, SOCRATES. Quinetiam ex robustiori debilius, ex tardiore uelocius. CEBES. Prorusus. SOCRATES. Quid uero si quid euadat deterius? nonne ex meliori? & si iniustius, ex iustiori? CEB. Quidni? SO. In omnibus igitur satis id exploratum habemus, omnia ita fieri, contraria uidelicet ex contrarijs. Item in Euthydemo. SO. Nunquid in effectione & usu arca ligna, aliud praeter fabricilem scientiam recte uti singulis efficit? CLINIAS. Non aliud. SOC. Quin etiam arca uasa facienda rectum usum scientia praestat. CLINIAS. Praestat. SOCR. Nonne & arca usum bonorum quae supra retulimus, diuitiarum, sanitatis, formae, scientia ipsa dux erat, docēs recte his uti, rationemq; dirigēs? CLI. Prorusus. SO. Non solum igitur prosperam rerum consecutionem, sed & bonum usum, ut uideatur, in omni possessione actioneq; hominibus scientia praebet. Haecenus Plato. Quem in modum & Cicerone in oratione ea quam dixit pro lege Manilia, probat in Pompeio omnis res eas inesse, quae in summo imperatore exigantur, propterea, q. in eo insit scientia rei militaris, q. uirtus, q. auctoritas, q. felicitas. Quae utiq; inductio est, & quidem a speciebus ad genus. Quod habet idem, stultum dictu esse si quis in inductione apponat haec uerba, & sic de singulis: aut alia fortasse, quorum tamen eadem sit uis & significatio: id plane am eo pugnat, quod nos diximus paulo ante, de secundo perfecta inductionis modo. Quapropter huius etiam rei exemplum ex Platone afferamus: quod si non plane atq; omni ex parte cum illa induendi forma consentiet, haecenus consentiet tamen, ut intelligas, quoties partes aut species non omnes enumerantur, tum fieri posse, ut eiusmodi clausula aliqua, in earum quae enumeratae non sunt, locum succedat. In Gorgia igitur legimus ad hunc modum: SOC. Quid uero qui ea quae ad fabricam pertinent didicerit, nonne est faber? GORGAS. Est. SO. Et qui musicam, musicus. GOR. Ita. SO. Et qui ea quae ad medianam pertinent, medicus. Atq; in ceteris eodem pacto, quisquis didicerit aliquid, talis euadit, quale cuiusq; scientia reddit. GORGAS. Omnino. SO. Nonne igitur per hanc rationem iustus erit, qui cum iusta didicerit? GOR. Maxime. Hucusq; Plato. Atq; haec nobis in praesentia occurrerunt, quae de inductione obiter diceremus. Quod si quando ex instituto hac de re agere contingeret, accuratius singula persequemur.

(Plebs Romana optime de Milone sentit.) Sententia ducta ex oratione Ciceronis pro Milone. (Pompeius habet uirtutem.) Ex eiusdem oratione pro lege Manilia. (Ratio natio, si latino malimus uti nomine, est, ut inquit Aristoteles, oratio.) Aristoteles priore libro syllogismum finit his

Primū exemplū ex Platōe ostēdēns uniuersale colligi posse ex partibus aularibus.

Secūdum eiusdem rei exemplum ex eodē autore.

Tertū ex Cicerone.

Nū in inductiōe apponenda haec partícula, & sic de singulis.

Syllogismus qd Aristoteli.



uerbis: συλλογισμὸς δὲ ὅστι λόγος, ὃν ἢ τεθέντων ἀνω, ἢ ἔτερον ἢ τῶν καμῆ  
† Aliās, δὲ ἴα= ναυ δὲ ἀνάγκη συμβαίνει τῶν ταῦτα εἶναι. Ea uerba hunc in modum uertit  
τῶν καμῆ = Boetius. Syllogismus est oratio, in qua positus quibusdam & concessis, aliud quid=

dam quàm sint ea quæ posita & concessa sunt, necessario contingit, per ipsa quæ  
onē & Boetii concessa sunt. Quo in loco illud non inutile fuerit meminisse, à Boetio explicandi  
scatū appa= modo causa adiectum fuisse hunc ablatiuum concessis, uti significaret illud positus  
ret. apud Aristotelem esse aliud nihil, quàm si dixisset concessis. Id quod manifestius  
adhuc docet Aulus Gellius, cum de amo quinto nocturnum atticarum libro, hanc ipsam  
Aristotelis finitionem hunc in modum latinam fecit: Syllogismus est oratio, in  
qua consensus quibusdam & concessis, aliud quid quàm quæ concessa sunt, per ea  
quæ concessa sunt, necessario conficitur. Quibus planè consona sunt, quæ in pri=

um librum topicorum Aristotelis scribit Alexander Aphrodisieus, qui postea=  
quam docuisset λόγος. i. orationem ea de causa poni in finitione syllogismi, quæ  
esset ipsius genus: deinde reliquas etiam finitionis partes explanaturus, inter  
alia multa etiam hæc diat: σημαίνει δὲ αὐτῶν τὸ τεθέντων, λαφθέντων τε καὶ  
συγχωθέντων &c. .i. Significat autem Aristoteli hæc uox positus, id ipsum,  
quod sumptis atq; concessis. Quamquam quid tam multa in re perspicua? nisi  
quod apud quosdam hodie religiosum est, uel latum (quod aiunt) culmum à suis  
illis discedere copulatis. ¶ Vel, est argumentatio, in qua positarum duarum pro=  
positionum duo termini sic iunguntur in uno tertio. Quod si minus arrideat defi=  
nitio Aristotelicā, poteris, inquit, rationationem finire & hoc modo: Ratio natio=  
tio siue (quod idem est) syllogismus, est argumentatio, in qua duo extremi termini  
duarum propositionum concessarum, ita accommodantur uni termino medio, ut si  
utrisq; conueniat cum illo, ipsis etiam inter sese conueniat: sin autem alteri eorum  
cum illo non conueniat, tum ne ipsis quidem conuenire inter se possit. Verbi  
causa: Oīs liberator patriæ summa laude est dignus, Brutus liberator est patriæ,  
ergo Brutus summa laude ē dignus. Hic duo extremi termini sunt, summa laude  
dignum esse, & Brutus: quibus utrisq; quia cum medio illo termino conuenit, qui  
est liberator patriæ: proinde inter se etiam ipsis conuenit in conclusione. Rursus,  
nemo oppressor libertatis dicendus est parens patriæ, C. Caesar libertatis op=  
pressor fuit, non fuit is ergo dicendus parens patriæ. Huius syllogismi duo extre=  
mi termini sunt, dicendum esse parentem patriæ, & C. Caesar: medius, libertatis  
oppressor. cum quo medio quia conuenire nō potest alteri extremo, nempe paren=  
ti patriæ, hinc est ut et ipsi termini extremi alter ab altero in conclusione distide=  
ant. Porro illis terminis conuenire inter se dico, quorum alter de altero affirma=  
tur, illis non conuenire, quorum uterq; de altero uere negatur. ¶ Id ergo quod effi=  
atur argumentatione, alij conclusionem, alij intentionem uocant. ) A Cicerone,  
non conclusio, non intentio, sed complexio diatur. Quamquam is de unius syllo=  
gismi

gismi complexione loquitur, non etiam de inductionis. ¶ In ratiocinatione aut  
tantū due sunt propositiones. ) Propositiones appellat τὰς προτάσεις. Alioquin  
apud Latinos eam uideo proprie dici propositionem, quæ ab Rodolpho dicitur  
expositio, Aristoteles maiore uocat. Sed de his supra. ¶ Quarū quæ ad ratioci=  
nationem ducitur, enthymema dicitur, id est, ut Quintilianus interpretatur,  
enthymema. commentum. ) Fabius libro quinto: Nam enthymema, inquit, (quod nos com=  
mentum sanè aut commentationem interpretemur, quia aliter non possimus, græ=  
co melius usuri.) unum intellectum habet, quo omnia mente concepta significat, sed  
nunc de eo non loquimur: alterum, quo sententiam cum ratione: tertium, quo certā  
quandam argumenti conclusionem, uel ex consequentibus, uel ex repugnantibus,  
quanquam de hoc parum conuenit. Sunt enim qui id prius epicherema dicunt:  
pluresq; inuenias in illa opinione, ut id demum quo pugna constat, enthymema  
accipi uelint. Et ideo illud Cornificius contrarium appellat: hunc alij rhetoricam  
syllogismum, alij imperfectum syllogismum uocant: quia nec distinctis nec toti=  
dē partibus concluderetur. quod sanè nō utiq; ab oratore desideratur. ¶ Quid sit  
exemplum, superiore libro. ) Capite uigesimo quinto. ¶ Illud enim, P. Sāpio occi=  
dit iure Melium. ) In historia erratum esse, monuimus libro superiori. Quod  
autem addit Rodolphus, argumentationem hanc, P. Sāpio iure occidit Tiberium  
Gracchum, ergo Cicerō iure occidet Catilinam: hanc, inquam, inductionem non  
esse sed syllogismum: id uerum est, si uocabulum inductionis eo intellectu sumatur,  
quo id accipere Rodolphus & Aristoteles. Verum antea illud à nobis dictum est,  
uarium esse nominis huius apud autores usum. Id quod etiam notauit Boetius,  
qui cum initio inductionem more Aristotelico definiuisset, inductio (inquiens) est  
oratio, per quam fit à particularibus ad uniuersale progressio: deinde pauas in=  
terpositis uerbis, Sæpe autem multorū (inquit) collecta particularitas, aliud quid=  
dam particulare demonstrat. Atq; hæc est illa induendi forma, quam appellant  
inductionem rhetoricam, & de qua sola in rhetoricis locutus est Cicerō, quāq;  
Aristoteles in rhetoricis suis, interim exemplum, interim rhetoricam inductionē  
uocat. Possent plura, possent hæc explicatius, nisi uererer, ne & hæc, lectori præ=  
sertim occupato, multa nimium uideantur. Illud tamen uel nolens addam, si quis  
hanc argumentandi formam de qua loquimur, syllogismum quàm inductionem  
uocare malit, non id magno opere displicaturū mihi, modo ne obstet nominum usus.  
cum uideam faallime hæc in syllogismi formam conijā posse. Quid enim fuerit  
negocij, si quis id, de quo diximus, exemplum, in eiusmodi redigat syllogismum?  
Quicquid P. Sāpio iure fecit in Tiberium Gracchum, hoc & Cicerō iure faciet in  
L. Catilinam: atqui Sāpio iure occidit, ergo & Catilinam iure occidet  
Cicerō. ¶ Omnis potestas impatiens consortis erit. ) Sententia est Lucani pri=  
mo pharsaliæ libro. ¶ Quid satis est, si Roma parum? ) Verba sunt militum de  
Cesare

Enthymema.

Exemplum.

Inductio.



Cesare apud eundem autorem libro quinto. Neq; mirū, si hoc non possit diā exem-  
plum: quando ex partialari, non ad aliud partialare, sed ad uniuersale fit pro-  
Aristotelis  
sentētia de en-  
thymemate.  
grefio. quod nos genus inductionis superius ab exemplo secreuimus. (Aristote-  
les autem dixit enthymema ratioanationem rhetoricam.) Aristoteles primo rhe-  
toricorum libro: Eorum (inquit) quibus probamus, ut & in dialēctis, aliud indu-  
ctio est, aliud syllogismus. Nam enthymema quidem syllogismū rhetoricam, exem-  
plum uerò rhetoricam inductionem appello. Et secundo libro ἄλλο ἑκαστὸν ἄνευ  
λυλῆς: ἐνθύμημα μὲν ὅπου ὅστις συλλογισμὸς ἀπὸ τῆς δὲ εἰκότως ἢ σημαίωρ.  
.i. Enthymema est syllogismus imperfectus ex uerisimilibus aut signis. Et iterū  
in rhetoricis: Quare necesse est (inquit) tam enthymema quā exemplum de ijs  
esse, quae ut plurimum aliter quoq; se possunt habere, exemplum quidem indu-  
ctionē, enthymema uerò syllogismū, ex pauas, ac sepe pauāoribus quā e a sunt,  
ex quibus constat syllogismus. Nam si quid totum perspicuum est, id diandum non  
est. ipse nanq; auditor id ex se ipso affert. Hinc liquet Aristotlem, in rhetoricis  
utiq; enthymema et syllogismum, non tam forma argumentandi quā materia di-  
scereuisse, credidisseq; enthymematis, etsi non crebro, tamen aliquando arte totidē  
esse partes debere quot syllogismi. Quorsum enim attinebat dicere, enthymema  
sepe ex pauāoribus partibus constare quā syllogismum, si non interim & ex totidē  
dem fieret? Quorsum attinebat, ut diceret, in enthymemate subicienda esse quae au-  
ditor ex se ipso afferret, nisi significare ex aduerso uoluisset, quae is ex se ipso non  
afferret, ea in enthymemate esse explicanda. Potest autē id fieri nonnunquam, ut  
neutram partiū ex se ipso afferat auditor, quōdā tunc utiq; utrēq; dicendae erūt.  
Atq; hoc est quod uult sibi Rodolphus cum diat: Sunt itaq; qui putent Aristote-  
lem non discreuisse forma argumentandi à ratioanatione enthymema, sed certo  
tantum rerum genere enthymema constare uoluisse. Fabius libro quinto uidetur  
eo ipso discrimine secreuisse syllogismum & epicherema, quo Aristoteles syllo-  
gismum & enthymema. Verba eius habent ad hunc modum: Epicherema autem  
nullo differt à syllogismo, nisi quod illi, & plures habent species, & uera colligūt  
ueris: epicherematis frequentior arca credibilia est usus. (Pleriq; rhetores uelut  
dignatione quadam.) Horum sententiā attigit & Fabius libro quinto. Et in topi-  
cis Cicerō de adiunctis loquens, Ex hoc (inquit) illa rhetoricorum ex contrarijs con-  
clusa, quae ipsi ἐνθύμηματα appellant: non quia non omnis sententiā proprio  
nominē ἐνθύμημα dicitur: sed ut Homerus propter exallētiā commune poeta-  
rum nomen efficiat apud graecos suum, sic cum omnis sententiā enthymema dicitur,  
quia uidetur ea quae ex contrarijs constatur acutissima, sola proprie commune no-  
men possidet. (Quem alienum fidum inuenies, si tuis hostis fueris?) Verba Mi-  
apae sunt ad Iugurtham apud Sallustium. (Quid satis est, si Roma parum?) Di-  
ximus esse uerba militum aduersus Cesarem apud Lucanum quinto libro pharsa-  
lia.

Enthymema-  
tis nomen qd  
significat.

lie. (Audes fulare ruina sub qua Roma iacet?) Photinus apud Lucanum libro  
octauo, persuasurus Ptolemæo regi Egyptiorū, ut Pompeium ad se confugientem  
occideret, inter cætera argumentatur & hoc modo: Tu Ptolemæe potes magni ful-  
are ruina, sub qua Roma iacet? &c. (Et, cum meretrias sit q. amator odi, cuius  
putatis esse q. pauper adamaui?) Verba sunt Fabij Quintiliani in declamatione  
ea, quae inscribitur odij potio.

(Colligunt comprehensiones suas.) Comprehensiones uocat τὰς καταλήψεις,  
quarum toties iam à nobis facta est mentio, quāsq; à Cicerone, interim cognitiones,  
interim comprehensiones transferri diximus. (Ergo, ut alio loco diximus.) Pau-  
lō ante in hoc ipso capite. (Et pro Planāo itidem.) Maxima pars eorū quae pro  
Planāo Cicerō dixit, in hunc reādunt syllogismum. Quod quis à populo impe-  
trare potest diligentia, assiduitate, gratia, offiāo, precibus amicorum, id necesse non  
est, ambitu cum consecutum esse, etiamsi dignitate à competitore uincatur: at in cre-  
andis magistratibus, maxime his rebus moueri populus solet: proinde ut superes-  
tur Planāus dignitate à Laterensi, non continuo illud necesse est, ut ambitu adilita-  
tem ei obtigisse dicamus. (Loā quidem communes ut rhetores uocant.) Cicerō in  
oratore de locis communibus loquens: Qui, inquit, communes sunt appellati,  
quod uidentur multarum idem esse causarum. Sunt ergo loā communes, commu-  
nes quaedam formulæ uirtutum ac uitiōrum, cæterarūq; rerum, quae serē inter  
dicendum solent occurrere: ut quae in ingratitude, luxuria, auaritia, loquax-  
tatem, item de iustitia, prudentia, uita, morte, cæterisq; id genus rebus diā solent.  
Cicerō in rhetoricis uocat locos communes, qui communiter & ab accusatore & à  
defensore tractari possunt, ut fama, tormenta, tabulae, testes, argumenta. &c.

(Caelum damnandum.) Pro hoc extat etiamnum pulcherrima Ciceronis oratio,  
quae cum ueneficij reum defendit. (Quoniam autem uniuersaliter pronūciata,  
qualem plerūq; maiorem ratioanationis propositionem faciunt.) Tres faciunt  
dialectici syllogismorum figuras, primam, quae medius terminus in uno pronun-  
ciato subijatur, in altero praedicitur: secundam, quae utrobique praedicitur terminus  
medius: tertiā, quae utrobique subijatur. Iam priores illae duae, semper maiore  
propositionem uniuersalem habent: modo intra eos illarum modos consisamus, quos  
enumerauit Aristoteles. Tertia potest illa quidem maiorem habere partialarem:  
uerum hanc nonnulli aut superuacua, & cuius nullus sit apud autores usus, reijā-  
unt: indignamq; esse censent, cui inter figuras syllogismorū sit locus. (Supina.)  
Iactantia, inertia, minime uiuida, minus mouentia eum qui audit. (Ante oculos  
intērg; manus.) Sic Latinus apud Vergiliū: Ante oculos intērg; manus sunt oia  
uestras. (Irritat.) Prouocat, eliat. (Cū ergo, ut praediximas, in ratioanatione  
&c.) Hoc est, ut plebeis uerbis idem dicimus, in syllogismo & inductione perfe-  
cta, si rite fiant, solum antecedens uocari in dubium potest, consequentia non potest.

Loā cōmunes

Figurae syllo-  
gismorum.



In enthymemate autem & inductione imperfecta, nō de eo solo quod antecedit, sed de consecutione etiam ipsa ambigi solet.

Quando pfe- **¶** Ut ergo affirmandae rei cuiusq; .) In summa hoc dicit: Quoties id de quo agitur, etis, quādo im imperfectis illis argumentandi formis satis ostendi potest, non est cur perfectis perfectis ar- utamur. sin autem res est inuolutior, & ad quam probandam imperfectae ille ar- gumētādi for- gumentationes non satis habeant uirium, tunc certe integris syllogismis, & per- nis utendum. fecta quoad eius fieri potest inductione utendum. **¶** Haec primū lex proponenda est argumentationum omnium. ) Afferit per ordinem catholica aliquot praep̄ta seu regulas dialecticorum, quarum prima est haec: Ex uero antecedenti semper

Generales ali uera insertur conclusio. Altera: Quoties falsa est conclusio, necesse est antecēdes quot dialecti etiam falsum esse. Tertia: Quemadmodum ex antecedenti sequitur conclusio, ita corū anones. ex contradicente conclusionis sequitur contradicens antecedentis. **¶** Duplex est ergo ductus rei cuiusq; probandae. ) Id Aristoteliā nostri temporis dicunt hoc mo- do: Duplex est syllogismus, unus ostensiuus, alter ad incōmodum seu impossibile.

**Pisistratus.** Partes exequuntur eo ipso mō quo Rodolphus. **¶** Pisistratus. ) Qui tyranni dē inus sit apud Athenienses. Qua de re Iustini uerba sic habent: Sed Pisistratus, inquit, quasi sibi, nō patriae uisisset, tyrannidem per dolum occupat. Quippe uerberibus uoluntarijs domi affectus, lacratōq; corpore, in publicam progreditur, et aduocata condōne uulnera ostendit: de crudelitate primāpū, a quibus hoc se passum si- mulabat, queritur: adduntur uoābus lachrymae, & inuidiosa oratione multitudo credula incanditur, amore plebis inuisum se senatui affirmat, obtinet ad custodiam corporis sui satellitum auxiliū, per quos occupata tyrannide, per annos triginta quatuor regnauit. **¶** Et Phalaris itidē. ) Hic ē Phalaris ille memoratissimus Agri-

**Phalaris.** gentinorū tyrannus, inter cuius multa crudelissima faānora, unū hoc si nō laudandū, at certe minus uituperandū est. Perillus qdam taurū ei aneum fecerat, in quem coniecti homines, igne subiecto, non uoām humanam, sed mugitum bovis urgente dolore ederent, quo munere cum se homini crudeli rem in primis gratā seāsse ar- bitraretur, hoc praecij tulit, ut primus ipse in tauro ipso suo misere tortus obierit. Vnde dictum illud: Nec enim lex aequior ulla est, Quā neas artificis arte perire sua. **¶** Qui a difficile est hic omnes enumerare, pro reliquorū enumeratōe ponimus plerunq; neq; quisquam est qui non hoc pacto fecerit, aut simile aliquid in eam subdiuis sententiā. ) Hoc parum placere Laurentio Valla supra monuimus.

**Partes syllo-** **¶** Id ipsum alia rursus colligendum erit argumentatione. ) Aristoteles prosyllo- gismos appellat, quibus propositiones syllogismi negatas probamus. **¶** Quae au- sa fuit plerisq; , ut quinque partium ratioāuationem facerent. ) Cicero in rheto- rias maxime quinque syllogismi partes esse uidentur, propositio, propositionis ap- probatio, assumptio, assumptionis approbatio, & complexio. Quintilianus & Boetius tris tantum faciūt partes, propositionē, assumptionem, & conclusionem.

Quāquam

Quāquam Boetius de solo loquitur syllogismo hypothetico seu conditionali, & Fabius alio quodam intellectu tres facit syllogismi partes quāam Rodolphus. Pu- tat enim ille idarco illas tres esse, q̄ propositio & eius approbatio pro una parte accipi debeant, itidēq; assumptio cū probatione sua. Rodolphus autē probatōes illas omnino nō putat connumerādas esse inter partes syllogismi eius, ad cuius pro- positiones cōfirmandas adhibentur: sed aliorum eas syllogismorum expositiones aut assumptiones esse. Quae sententiā ut uerissimillima esse mihi uidetur, ita probe ei cōuenit cum sententiā Aristotelis de syllogismi partibus & prosyllogismis.

**¶** Quot modis argumentatio uere soluitur, & quot rursus modis elabi tantum contingat. Caput XV.

**S**icut est autem disputantis confirmare id, quod proban- dum sumpsit: ita eius qui diuersa tuetur, est dissoluere quae confirmata sunt. Soluitur uero argumentatio eisdem, quibus struitur modis. Quemadmodum namq; probamus unum- quicq; per aliquid quod uerū esse uolumus, & ex eo consequi doce- mus, quod probare nitimur: sic dupliciter effectam soluimus argu- mentationē. Aut enim falsum esse dicimus, quod propositum est.

Aut si res id non finit, non confici ex proposito, quod aduersarius uo- luit, indicamus. Idq; uel quia imperfecta sit argumentatio: aut si sit **Duplex argu- mentationum solutio.** perfecta, uideri potius talem esse, q̄ quia reuera sit talis. & eē aliquid in ea, quod multipliciter dicatur, nec eadem significatione utrobicq; in argumentatione sit positum. Id est autem quod dici solet, omnē argumentationem solui, aut negando eo quod propositum est, aut multiplici distinguendo. Vt si dicatur: Sapienti nullae desunt opes, ergo sapiens est diues. Prima solutio est, ut respondeatur, non esse uerū quod proponitur, sapienti nullas deesse opes. Quod si probetur, quia nullas cupit: reliquum iam est, ut negetur, ex hoc quod nullae sibi de- sunt opes, consequi, diuitem esse eum. Id si probetur, adiecta ma-

O ij iore



iore propositione, quae cuiuscumque nihil desit, is sit diues, fortasse negabitur & ista, Quam etiam si probabit, dicetque, quisquis habet omnia quorum indiget, est diues: cuiuscumque nihil deest, habet omnia quorum indiget. Expleta iam ratiocinatio est, cuius utraque probata est propositio. Vltimum itaque solutio; remedium est, ut qui soluere uolet, dicat hoc uerbum (deesse) dupliciter dici. Aliter dicitur enim deesse quid, quod modo non adest. Aliter, quicquid modo desideratur. Quod si priore significatione dicatur, uera est maior, minor falsa. Si secundo modo, minor est uera, falsa maior. Quare nihil mirum esse, si quae iungere uolumus, in conclusionem non iungantur, cum id medium in quo illa iungebantur in propositionibus,

*Soluendi uerbum distinguendi potius conuenire quam neganti*

non numero sed specie solum fuerit unum. ¶ Soluendi autem uerbum, quantum commune sit neganti & distinguenti, rectius tamen distinguenti conueniet. Nam quisquis negat, non patitur confici argumentationem, quae autem confecta non est, proprie solui non potest. At cum multiplex distinguitur, est utique in speciem confecta, rectius igitur solui dicitur. Nos tamen omnem rationem discutendam argumentationis, in praesentia soluere uocauimus. Et haec quidem solutionum differentiae quas diximus, uere sunt, & ad rem ipsam feruntur, idque ipsum etiam uulgo uocantur. ¶ Sunt aliae soluendi uel (si magis proprium

*Elabendi ratio, siue solutio ad hominem.*

uolumus eis nomen dare) elabendi rationes, quae uulgo dicuntur solutiones ad hominem. Ad eas refugimus, quando ex re parum speramus auxilij. Quia firmior est argumentatio, quam ut aliqua parte infringi labefactariae possit. Vel quia datur occasio de aduersario dicendi, quem quia possumus acrius retundere, malumus in ipsum rationem quam in rem ingerere. ¶ Elabimur autem his fere modis. Vel quae

*Tripliciter quae potius possit elabi.*

regerimus aliquid aduersario, quo reprimimus eum: uel eleuamus, quod obiectum est: uel digressu a re factio, illataque alterius alicuius mentione

tionem rei, auocamus auditoris mentem a propositae argumentationis cura, & alterius obruimus commemoratione. ¶ Regerimus, uel in rem ipsam, per quam disputator probauit quod instituerat: uel in personam aduersarij. In rem regerimus, cum rem parum aliquam ei quae nobis obiecit reponimus, ut quantum urget nos aduersarius, tantum uideamur nos eum ediuerso eo quod regerimus urgere. Quale est pro Coelio, cui cum obiecta esset luxuria maior, quam ut eam defendere auderet Cicero: apertior, quam ut posset eam negare: mollior quidem aures quantum potuit orator, & partim temporum magis ea uicia dixit quam hominis, partim contendit aliquid esse concedendum aetati. Tamen (quod huius loci proprium est) uelut remedio inuidiae opposuit spem futurae industriae & probitatis, in aetate uentura, ex actionibus laboribusque, quos Coelius iam suscipiebat, sustinebatque. Tale est etiam, quod apud Vergilium Iuno dicit: Indignum est Italos Troiam circumdare flammis Nascere rem. Non negat, sed eleuat quantum potest. Deinde indigniora regerit: Quid face Troianos atra uim ferre Latinis: & quae sequuntur. Huius etiam est generis, quod inquit Turnus: Et nos tela pater ferrumque haud debile dextra spargimus, & nostro sequitur de uulnere sanguis. Et in Bucolicis: Dic quibus in terris (& cris mihi magnus Apollo) Tris pateat caeli spatium (non amplius) uulnas. Alter cum nequeat respondere, aliud par obiecit. Dic quibus in terris, inscripti nomina regum Nascuntur flores, & Phyllida solus habeto. In personam regerimus, cum dimissa re, ostendimus, qualiscumque sit, non conuenire tamen aduersarij personae obijcere eam, nec recte haec ab eo dici. Cuiusmodi est pro Ligario, quod Tubero accusator Ligarij, in eadem causa fuerit, cuius Ligarium accusabat. Simile est in Sallustio: Quasi pro tu sis ab illis uiris Sallusti ortus. Et paulo post: Ecquid te tui piget homo leuissime, cum ea culpas, quae in histori

*Duplex ratio reuerendi. In rem.*

*In personam.*



is mihi gloriae ducis: Et iterum: Quid enim metiri turpe ducis, quod mihi ausus sis eloquentiam ut uitium obijcere, cuius semper nocens eguisti patrociniis: Sic & Vergilius: Meque timoris Argue tu Drance. Et: Tantumque nefas patrio excidit ore: Et apud Tragicum Iason inquit: Medoaea amores obijcis: Haec omnia, non de re, recta nec ne sit, sed de homine.

*Eleuare quid sit.*

¶ Eleuamus, quoties contemnimus rem quae obijcit, & uelut nullius momenti aspernamur. Qualem totam Coelii accusationem Cicero uoluit uideri, magis iras & iurgia dissidentium in amore, quam relasque amanti esse, quam uera crimina. Sic et apud Vergilium est: Italiae petijt fatis autoribus, esto, Cassandreae impulsus furijis, Maiestatem factorum Cassandreae furore elusit. Et paulo post, quod modo diximus: Indignum est Italos Troiam circumdare flammis nascentem, subiicit continuo: Et patria Turnum consistere terra, Cui Peleum auus, cui diua Venilia mater. Indignioris comparatione eleuauit, ostenditque non oportere id ita indignum uideri.

*Digressus*

¶ Digrediendi ratio est apud autores exemplum, sic ut digressu aduersarij uitemus laqueum. Quod enim praesentis temporis & utilitatis laus est, quiduis dicere, ut de re non dicas, cum nihil possit utile de ea dici: id postea cum legeret, posset auctoris uideri culpa factum, quod dilaberet ab instituto, & grauius crimina non diluta dimitteret. Pro Coelio tamen uidetur mihi Cicero hoc soluendi genus expressisse: cum respondurus ei crimini, quod obijciebat paratum habuisse domi uenenum, & uim eius in seruo expertum esse, digressus est ad mortem Quinctii Metelli, suspicionemque facit, Clodij scelere ueneno sublatum illi fuisse, ipsamque mortem gemitu & lachrymis prosequitur: simulque reprimat aduersarios, uelut simili infectos crimine, simul impetu dictionis & affectu, mentem iudicium ad huius criminis cogitationem diuertit. Sicut autem non satis commode modus hic elaborandi in literas mittitur, sic inter disputandum, & in foro, & in scholis, creberrime solet expeti.

Scholium

## SCHOLIA IN CAPVT XV

Sicut autem est disputantis. Quae de solutione argumentationum habet Rodolphus, ea ob oculos ponit sequens descriptio.

Vna uera, quoties uere diluimus, id quod ab aduersario propositum est: eaque duobus fit modis.

Principio, si ostendamus falsum esse propositum. i. ut nunc loquimur, ameccedens Deinde, si doceamus non esse ratam consequentiam, hoc est, si probemus conclusionem non necessario ex antecedente sequi.

Solutio argumentationum duplex est:

Primum re-gerendo, idque

Vel in re, quoties parum aut etiam grauiorem quam sit ea quae obiecta est nobis, aduersario reponimus Vel in persona, cum ostendimus, non de re persona aduersarij ut haec nobis obijciat, etiam si constet ea uera esse.

Altera ad hominem, puta quae non rei, sed homini satisfacit. Fitque ea trifariam.

Deinde eleuando, cum uideri uolumus continere id quod aduersarius obiecit: diamusque id tale esse, quod rideri magis quam dilui mereatur. Postremo digrediendo, cum animum auditoris digressu quodam a proposito abduamus, itaque alij occupamus, ut eius quod obiectum est nobis, quaedam obrepat obliuio: & quanquam non sit, tamen dilutum esse uideatur.

¶ Sapiens nulle desunt opes, ergo sapiens est diues. Quem Stoici dixerint diuitem, Cicero docet in epistola quadam ad Trebatium: Balbus (inquiens) mihi confirmauit, te diuitem futurum. Id utrum Romano more locutus sit, bene nunciatum te fore: an quomodo Stoici dicunt, omnis esse diuites, qui caelo & terra frui possunt, postea uidero. ¶ Tale est etiam quod apud Vergilium Iuno dicit: Indignum est Italos. Verba Iunonis sunt contra Venerem Aeneidos decimo. ¶ Et nos tela pater. Sic Turnus Aeneidos libro duodecimo. ¶ Dic quibus in terris. Verba Damiae ad Menelam, e gloga tertia. ¶ Cuiusmodi est pro Ligario. In oratione Ciceronis quam

Quis diues secundum Stoicos.



quã pro Q. Ligario habuit apud C. Cesarẽ. ¶ Simile est in Sallustiu. In iunctura aut si manus apologia Ciceronis, qua Sallustij in se maledictis, in senatu respõdit. ¶ Meq; timoris Argue tu Dracõ. Turni uerba sunt Aeneidos libro undecimo. ¶ Et: Tantumq; nephas patrio exadit ore? Verba Aeneã ad patrem Anchisen secundo Aeneidos. ¶ Et apud tragicam Iason inquit. Senecã in Medœa uerba hæc sunt:

IASON. Perimere cum te uellet infestus Creon,  
Lachrymis meis euictus exilium dedit.

MEDOEIA. Pœnam putabam, munus (ut uideo) est fuga.

IASON. Dum licet abire, profuge, teq; hinc eripe,  
Grauis ira regum est semper. MEDOEIA. Hoc suades mihi.  
Præstas Creusæ, pellicam inuisam amoues.

IASON. Medœa amores obijcis? MED. Et eadem & dolos.

¶ Italiam petijt satis autoribus. Rursus uerba sunt Iunonis eo quem indicauimus loco.

Triplia de causa fieri expositionem, & suum unicuique; expositionis generi esse propositum finem. Deinde, probabilẽ esse oportere expositionem eam, qua fides alteri rei queritur, rei que; probandæ accommodatam, & quomodo id fiat. Postremo, cuiusmodi esse debeat eius exordium. Caput XVI.



E argumentatione autem quid ea sit, & quæ species eius, & quomodo conficiatur, quantum ad inueniendi rationem pertinet, hæc sufficere uidebuntur. Expositio sequit, quam speciem orationis alteram fecimus. ¶ Exponimus autẽ ferre propter has causas, uel ut audientium uoluptate demulceamus aures, uel ut rem ipsam cuiusmodi sit explicemus, uel ut fidem alicui alij rei expositione quaeramus. Primum sequuntur poætæ. Proximum qui monumentis rerum tradendis, uel præsentibus uel posteritatem conantur docere, ut qui historias & exempla uirorum rerumq; insignium literis mandãt. At q; faciendæ causa fidei de re aliq; exponit, hi sunt ut oratores, ut philosophi, ut reliq; artifices, q;bus p̄sape in alterius usum rei alia res uerbosius est recẽfenda. ¶ Trium igitur harũ expositionio-

Expositionũ  
genus triplex

fitionũ suus est cuiq; finis. Qui enim uoluptatẽ solã spectat audientis, dummodo eam sequatur, uera an falsa, probabilia an incredibilia dicat, nihil sua credit referre. Quod si qñ uerisimilia, aut uera dicit, enixiusq; colorẽ tueri ueritatis, non id tantũ ex sua facit p̄sona, quantum ex illius persona, cui talia tribuit, quoq; sint illi congruentiora, sic dicuntur. Aut p̄sape in his, ubi uana affectus specie mouere cupit auditor. Aptissima est em̄ talibus ueri similitudo. Quodq; præcepit Horatius, Ficta uoluptatis causa, sint proxima ueris, id non in uoluptate modo, sed in omni affectu præcipue est obseruandum. ¶ Scriptores autem rerum econtrario, primam omnium ueritatem expetunt, posterior uoluptatis est cura. Si tamen legem illam, quã sanxisset Thucydides historiae uidetur, obseruare uelint, malintq; rem perpetuo duraturam conficere, q̄ gratiam breuem mereri. Vera autem dicunt hæcenus, ut sua sint conscientia contenti; neq; sollicitè quaerendũ putent, quomodo fiat lectori fides eorũ quæ recensent. Quando & grãdia plerq; & ad incredibile quandoq; accedentia, uelut ex periculo petunt, ut admiratione lectorem detineant. Sicubi uero ponuntur alia qua faciendæ fidei, talia fere sunt, ut magis grauitatem autoritatemq; scriptoris commendent, q̄ rem probent, Cuiusmodi sunt, scire se incredibilia & fidẽ excedentia narrare, sed ita tamen a maioribus accepisse, ita posteris tradituros; uel compertũ sibi, rem sic habere; constat se uerum in qualicunq; hominum opinione dicturos. quandoq; uero ne sibi quidem satis p̄bari, quare quæq; pro suo captu dempturũ addicitur; ue fidẽ. Quare probabilitatis abũde est istis, rẽ tradit sic, ut non sit improbanda, id est, ut uera dicant. Deinde, ne uideant falsa. Quod fit, si neq; inter se dissideant, neq; tẽporibus, personis, locis, ea quæ tradunt, discrepent. Pleraq; enim uera, turbato ordine conũ-

Finis primi generis, uoluptas auditoris

Secundi generis finis, ut uera sine quæ dicitur.

P citionesq;



ctiōneq; rerū, incredibilia uidentur. contra falsa, disposita ut singulae inter se partes congruant, uerissimorum implent fidem. Causa autem quamobrem parata sit scriptori fides, cum ex scriptoris persona, quod nihil tale uideatur, quare debeat potius uelle falsa tradendo laedere existimationem suam, quam uera dicendo sancti grauiusque uiri de se opinionem ad posteros transmittere; tum quod lectoris parum aut per sepe nihil interest sic uel sic rem esse arbitrari, praesertim si non aliunde paratum sit, quo possit uanitas scribentis coargui, quale Herodoto & nonnullis aliorum quoque scriptorum, qui indulserunt ingenijs suis, contigit. In reliquis facile lector accedit. Mauult enim (quod uulgo dici solet) credere quam exquirere. Aperta ergo sunt apud eos omnia, crecta, sublimia, secura, ut qui non timeant, non timeantur. ¶ At in expositionibus eis, quibus fides alicui rei quaeritur, non satis est esse uera quae exponunt, sed & firma, & uelut fidem sibi ipsis facientia oportet esse, tum ad id cui probando destinantur ita accommodata, ut capita fidei faciendae confirmandarumque rerum nostrarum omnia possint inde depromi. Instat enim aduersarius, & suspecta habet omnia, neque quicquam impune dimittit: & uel negat, quae nocitura sunt; uel si id nequit, uertere in suos usus, & ad se rapere conatur, efficereque, ut uel profint, uel utique quod minimum obsint.

*Diocessaria  
expositio ei,  
qua quis fide  
facere conatur*

**O**mnis ergo disputantis expositio, quae probando alicui destinatur, necesse est duo praecipue habeat. Prius est, ut probabilis sit, nec enim fides alteri rei per eam parari poterit, si dubiae sit ipsa & ambiguae fidei. Deinde, ut accommodata sit, id est, ut illi rei, quam probare per eam uolumus, apte iungatur: sicque expositio fiat, ut commode fides ex ipsa possit duci. Parum est enim, ipsam per se probabile esse, si non id quod probare conamur, colligere per eam possumus.

¶ Proba-

¶ Probabilis sit expositio, si sit argumentosa, si consentanea rebus, si per se consequens. ¶ Argumentosa est, quae causas habet rerum, causas autem ut habeat, non modo summae rerum quas exponimus, ut sunt causae belli gesti, causae pestilentiae, aliarumque rerum quae solent a scriptoribus ante ipsas res explicari. Qualis est etiam pro Milone tota fere narratio. Causas enim habet, primum, quare Clodius annum praeturae suae in Milonis consulatum distulerit. Hinc, quare Milonem occidendum destinauerit. Demum, quare hoc loco, hoc tempore: Sed in singulis etiam partibus expositionis causas addimus, cuiusmodi est: Saepe fugam Danae Troia cupiere relicta Moliri, causam addidit: Et longo festi decedere bello. Quod reuera quidem argumentatio, quanquam colorem habeat & faciem expositionis. Sic etiam: Assenserunt omnes. Quare assenserunt: quia quae sibi quisque timebat Vnius in miseri exitium conuersa tulere. Sed & alia nonnunquam ponuntur argumenta. Ut: Sanguine placatis uentos & uirgine caesa, argumentum est eius quod sequitur: Sanguine quaerendi reditus. Et, pro Milone: Et enim palam dicuntabat, consulatum Miloni eripi non posse, uitam posse. Subdit orator: Significauit hoc saepe in senatu, dixit in concione. Quin etiam Faunio, Et reliqua quae sequuntur. Prioris illius sunt haec uelut indicia.

¶ Consentanea erit expositio, si personis, locis, temporibus, rebus consentiat. Personis quidem, si quales sunt, talia facta earum dictaque effingantur. Nec enim eadem conuenient Achilli, & Nestori, & Ulyssi uerba: nec eadem facta erunt in his, probabilia. Sic & alia foeminam, alia uirum, alia doctum, alia indoctum, alia militem, alia togatum decebunt. Locis & temporibus accommodabitur, si quo loco unumquodque, quo tempore uerisimile est factum esse, sic exponatur. Rebus uero conueniet, si laetis iucunda, serijs grauis, ridiculis facta, insignibus ornata, tristibus

P ij acerba

*Trifariam ex  
positione sic  
ri probabilis.  
Quomodo esse  
possit argumen  
tosa.*

*Quomodo con  
sentanea.*



*Quomodo cōsequens.* acerba tribuatur expositio. ¶ Consequens autem erit, non modo, si prioribus sequentia non discrepent, id enim potius est uitium fugisse quā aliquam laudem meruisse, sed si sic exponant priora, ut uel ex ijs quā posterius dicuntur expectentur, & propemodum auditor ipse sibi subiiciat ea, uel qualiacumque dicentur, tamen cuncta uideantur ex priorum fide pendere. Quod diligentissime obseruatum est Ciceroni pro Milone. Quā enim ancipitis fidei sit, & (ut creditur) ad infidiam rationem falsa narratio, quoniam fortuitam eam pugnam fuisse traditur: sic tamen omnia per gradus quosdam certa serie feruntur, ut nihil percipere possis, quod non cohareat prioribus, & ueluti uinculo connexū sit, ut tandem uestigijs quibusdam ad caedem, uelut manuprehendendam, ueniatur. ¶ Plus habet negocij id quod diximus secundum esse debere in expositione, ut accommodata sit ad id cui per eam paranda est fides. Nam probabilitatis persape facilis est ratio, cum sint omnia quandoque que sunt in expositione confessā partū utriusque. Formare autem apte & accommodate instituto nostro expositionem, id fundamentum sedesque totius nostrae disputatiōis. Hoc est enim quo preparatur in foro iudex, & ad omnem sequentium argumentationum confirmationem componitur. ¶ Ante omnia igitur uidentū est, quid sit id, quod uolumus expositiōe, & cui ex ipsa quaerit fides, idque cū omnibus expositiōis partibus conferamus, & facile uidebimus, quid habeat res quod iuuet partes nostras, quod etiā quod offendat. Vbi tota enim pro nobis est, parū est quod metuamus, sic parū est quod speremus, ubi obest tota. Deinde quae profunt, danda est opera, ut plurimū iuuent, & eruenda argumenta explicandaque: quā tum cum dicuntur, quā non cum summa rerum coniungant, ut ipsam efficiant: ipsa tamen audientis cogitatiōe, colligentis apud animum

*Qua ratione potissimū expositio rei propriae fiat accommodata.*

num suum, hoc ipso maxime profunt tunc, quia minus in id parata uidentur. Quae uero dubia sunt, & dicentis interpretatione possunt in hanc uel illā distrahi partem, sic tractanda sunt, ut nobis profint. Quae nocent, mollienda sunt: curandūque, ut quā minimū obstent. Fiant autem haec omnia argumentis, quae sumuntur ex locis, quos superior libro descripsimus, sed haec argumenta ponuntur, nam ut ueniat quandoque argumentatio in expositionem, breuis tamen ea est, fitque non ita crebro. Quaedam autem consulto narratur a nobis sic, ut plane falsa & incredibilia perspicui possint, quoties ea quae ab aduersarijs uel pro se exposita sunt, uel alioquin confirmatura partes eorum uiderentur, sic deprauantur contraria expositione, ut profus detrahatur eis fides.

**I**llud autem fere uidetur obseruatum, ut undecumque petitum semper ponant fauorabilem primum narrationis ingressum: & ab aliquo quod causam suam commendat auspiciuntur. Terentianus ille Simo, continentiam filij sui laudaturus, cum tuto etiam uersatum eum inter modesta parum ingenia uellet ostendere, uideretque meretricis personam praesenti laudum commemorationi indecentius inferi, & posse uideri obstare existimationi filij, quod talis personae consuetudinem expeteret, uidemus ut altius petito principio molliuerit omnia: & rem ipsam, & personam, pro suspecta & aspera, fauorabilem reddiderit. Incipit ergo, Interea mulier quaedam abhinc trinium Ex Andro commigrauit huic uicinię. Ut iam neque ganeonis neque omnes urbis angulos peruagantis uideri possit, si consuetudinē tertium iam annum uicinae sibi Pamphilus habeat. Reliqua quae sequuntur, ad commendationem pertinent mulieris, Inopia & cognatorū negligentia Coacta, egregia forma, atque aetate integra. Vi-

*Fauorabile est se debere narrationis ingressum. Narratio Simonis illius Terentiani.*



demus hinc quanta huic delinquendi excusatio, desertæ a cognatis & inopi: quanta facultas, iuueni & formosæ. Hæc tamen inter ista, primū pudice, nec id solū, sed parce ac duriter agebat, lana ac tela uictū q̄ritās; ut obstinatio tuendi pudoris perspici possit. Hinc iam paulatim uelut gradibus incipit labascere. Sed postquā amans accessit ad iuuenē, preciiū pollicens ad inopem: nō primo tamen congressu uicta est; sed unus & item alter. Quod iam consequens erat, ut diceret proiecit se eam pudorem, quanta id cura mollit, ut culpam eam cum omnibus communicaret, diceretq; Ita ut ingenium est omnium hominū a labore proclive ad libidinē. Quod tamen cunctātis signum est, primū accipit conditionē, tū iā demū q̄stum occipit. Quēadmodū ergo pictores, qui colorem purum & nulla circumfusum umbra, leniter primū, ut prope sensum fallant, incipiunt adumbrare, deinde paulatim subcrecente obscuritate, cū iam postremo atrū umbræ totum oppressit colorē, nihilq; p̄ter nigrū sit, uidemur tamen nobis primā illā coloris speciē, quā purā accepimus, quia paulatim deficit, nec abruptitur usquā, etiā in ipsa umbra ubi nullus iam est, inuenturi. Sic & persuasionem primū acceptā, quia nō uidemus in sequentibus eripi, licet defluat etiā paulatim, & tandē quantū ad rē pertinet, deficiat: qui audit tamē, quā nusq̄ ubi auferret uidit, uelut adhuc subsit, ita sequitur animo & adheret. Quanquā ergo poeta a pudica orsus, ad meretricem, hoc est, ab honestissima persona orationē ad foedissimā deduxerit; commēdationē, & fauorē, quē in pudica sumpsit, quia per mediā cuncta quatenus potest retentat, etiā, cū ad impudicā puenit, adhuc tuet̄. ¶ Circumspicienda sunt igit̄ diligenter oia, nec utiq; statim ab eo q̄d in p̄senti est quæstione incipiendū, sed repetendus plerunq; altius ordo rerum, si sit in eis aliquid, quod profit, Cicero pro Cluentio

*Cautè esse exordium.*

tio, nō statim incipit a criminibus corrupti iudicij, ut ea quatenus tuetur narret, sed a persona matris, quæ maxime Cluentiū premebat, primūq; a nuptijs matris initia duxit; quæ ut ad p̄sentiū criminum ordinem nihil attinebant, sic summæ defensionis res ipsa indicat plurimū ea profuisse. Quintilianus aut̄, sicut in cœco in limine, statim expositionē incipit ab incēdio: quia nihil erat, quare altius repeteret; & hoc ipsum primū, cōtinuo firmissimū pro causa erat, sic in milite Mariano, a seueritate parentū & educationis coepit; Pater, inquit, huic emeritis bello stipendijs. Prius ergo iam mentē militando durauerat. Ne tamē ocio molliretur, exautoratas armis manus agresti subegit labore. Hinc est mater p̄dura, p̄scis moribus, & perusta frigidibus ac solibus, & rustici operis difficultates obire cū marito solita. Ab hac educatū filium, uirum, & qui iam meruerat stipendia, & his assuetum moribus, quisquam de stupro appellabit; cum ne illā quidem quamuis foeminam quisq̄ fuerit appellaturus impune; p̄sertim, cum & hic ipse semper aliquid maius annis conaretur, & omni opere primæ ætatis annos contra uoluptates firmauerit. Sic natum, sic educatum, quis iam non indignissime ferat tentari de stupro? Similiter etiam cum alijs in locis, tum in matris infamia, in parte matris expositionem petit a natiuitate filij. Incipiens ergo, non foemina, non mater inquit, sed matrona; ut statim ex nominis eius reuerentia fauorem aliquem captet. Cuius puellares annos; quo incredibilius iā sit in grandiore natu. Et cuius primam rudemq; coniugij mentem; quanto magis igitur assuetam iam & firmatam ad coniugales affectus; nulla libidinum resperfit infamia. Et cui impudens rumor, qui parsurus utiq; nō fuisset ei; & suspicax maritus, quem non potuisset latere; nihil unq̄ potuit obijcere, nisi filium. Quis ergo iam credat incautio-



cautiorem & in iuuenta ab omnibus alijs intactam libidinibus, senio rem & peritam rerum in filio demum peccare coepisse? Simile est quod paulopost sequitur. Natum de se continuo, si quid ipsi creditis, impatientius complexa quam reliquae parentes, non in nutrices nec in ministeria seposuit, suis aluit uberibus, suo fouit amplexu. Quo magis potuit munire sequentis aetatis indulgentiam, & affectum notabilem, quam hac educatione. Ante causam sunt haec. Sed illud etiam quod sequitur. Accendebat hanc erga unicum optimae matris impatientiam rigidus pater, asper maritus. Simul itaque patris suspicionem & rumorem, asperitati patris assignat. Et hi quidem qui praecipui sunt causae colores, & quibus fere causa est innixa, extra causam sunt. Ducuntur tamen ex his, quae sunt in ea, fidesque inde habent. Primae enim iuuentae integritas, uelut certa est coram tali marito, qui fuit paratus accepta suspitione filium occidere. Sicque & ipsa aluerit infantem, reliqui temporis affectus credibile facit: cum soleat omnium matrum in recens natos impatientissimus animus esse. Et patris asperitas & mariti, ex praesentis litis conditione descendunt. Asperum enim maritum fuisse uerisimile est, quem mala tractationis uxor coacta est facere reum: asperum patrem, qui rumori quasi filij morte satisfacere. Praecipui uero consilij est, uidere, non modo quae primo aspectu tanquam futura blandiunt, uel tanquam nocitura terrent, sed altius cuncta introrspicere, & si quid subsit etiam quod possit offendere scrutari. In coeco in limine, quid magis uidebatur esse pro filio, quam si pietas in patrem maxima ostenderetur: qui fuerit autem illud imprudentius secutus, dicit filium cum primum in incendium cucurrerit, extulisse si ne cunctatione patrem: & quo plenius sit meritum filij, illam miserabiliorē, illam debiliorem reliquisse. Quintilianus autem, cum uideret,

quantū

Non inde continuo exordium, quod primo aspectu blanditur, sed diligenter rimandum, ne quod subsit, quod possit offendere.

quantū fauoris accederet ex patre, tantum causae ex matre periturū: quin etiam uisum iri, patrem illi inuisum quandoque potuisse fieri, qui potuerit eum dāno maternae pietatis amare: facit ergo miseros parentes prope periisse pietatis aequalitate, dum dubitat utrum prius efferat, & dicit tandem orator, quamquam nolente id audire filio, patrem esse electum. Contra uidetur in matris infamia, primo aspectu matri nocitura benignior cum filio consuetudo. Non putauit tamen negandum, cum ex persona matris multo possit honestius defendi, amplectiturque tanquam simplicitatem illam materni amoris. Omnis igitur miserae cum filio sermo, omnis in publicum pariter egressus. Subdit deinde simplicem innocentis, nihilque metuentis securitatem. Gaudebat etiam quod laudandus occurribus, quod omni frequentia ceterisque conspicuus, populo iam ipse fateretur, quod plus amaretur a matre. In summa, si animum nobis sumamus aduersarij, & subinde singula quae uenient in expositionem apprehendamus, interrogemusque nos, quid hoc ad rem: qua parte proderit: tum si uiderimus, quo pacto uolemus ostendere aduersario prodesse: facile uidebimus etiam, quomodo narranda sint ut profint. Et quo modo quae uidentur ob stare nobis, discutere uolumus: eo etiam excludenda sunt in expositione, ne nocent. Nec est quod quisquam putet, quamuis a solis propemodum oratoribus exempla sumpserimus, idcirco non esse in alijs artibus locum expositioni. Nam & qui in Philosophia disputant, per sepe exponant oportet. Nec enim sicubi recondita res aliqua deducitur in certamen, satis commode tractari potest, nisi prius exposuerit is, contra quem differit, omnem ordinem rei, quomodo habere eam putet, & quo pacto affirmet eam, quouere neget. Unde uidemus in plerisque disputationibus, in quibus non exposuit mentem suam quod cum differitur, cum ille aliud defendat, aliud aduersarius



farius petat, argumentationes oēs effundi in uentū, & solū supuacuis clamoribus diē teri. Ioannes Scotus itaq; solet p̄sepe, sicubi perplexior quæstio incidit, uelut expositionis præponere formā imaginādæ rei. Quæ qñ sic explicatur, ut quadret, cōstentq; sibi oēs partes eius, incredibile est, quantū facultatis tuēdæ rei adijciat. Id aut̄ nō alijs præceptis q̄ eis q̄ tradidimus fieri, quisquis experiri uolet, facile uidebit.

## SCHOLIA IN CAPVT XVI.

**P**rimum sequuntur poetæ. Horatius tamen in arte poetica, tria poetarum genera facit, quorum alij solam legentium uoluptatem, alij utilitatem, alij querant hæc utraq;:

Aut (inquit) prodesse uolunt aut delectare poetæ

Aut simul & iuanda & idonea dicere uitæ.

Et paulo post:

Omne tulit punctum qui miscuit utile dulci.

- Historiæ lex.** (Scriptores rerum è contrario primam omnium ueritatem expetunt.) Cicero secundo de oratore: Nam quis nescit (inquit) primam esse historiæ legem, ne quid falsi dicere audeat, deinde, ne quid ueri nō audeat, ne qua suspitio gratiæ sit in scribendo, ne quid simultatis. (Quam sanxisse Thucydides historiæ uidetur.) Hic est Thucydides ille Atheniensis, Olori filius, inter historiæ scriptores sacæ principis, qui à suis in exilium missus, bellum Peloponnesiacam, cuius supra mentionem feci, octo libris complexus est. (Quale Herodoto.) Hic patrem habuit Lyxum: matrem Dryo. Cùmq; patria Haliarnassus esset, propter Lygdamin tyrannū inde Samum profectus est: ubi & Ionicam linguā edoctus, nouem scripsit libros Historiarum, sed qui plus fabularum quàm ueræ historiæ contineant. (Omnis disputantis expositio.) Huic loco toti intelligendo exactius, non minimum momenti attulerint ea, quæ rhetores præcipiūt de narratione, in qua tria cum primis exiguntur, ut sit perspicua, ut breuis, ut uerisimilis. Porro quæ exempla affert ex Vergilio & Ciarone, ea partim superius ascripta à nobis sunt: partim sunt eiusdemmodi, ut uel minimum, si huc ascribantur, collatura uideantur intelligendis uerbis Rodolphi. Itaq; ea omisimus. (Sed hæc argumenta ponuntur, nam ut ueniat quandoq; argumentatio in expositionē, breuis tamen ea est, sitq; non ita crebro.) Hoc ipsum quarto institutionum libro hisce uerbis diāt Quintilianus: Argumentabimur (inquit) in narratione, ut dixi, nunquam: argumentum ponemus aliquando. Et in eodē capite: Ne illud quidem, inquit, fuerit inutile, semina quædam probationum spargere, uerum sic, ut narrationem esse meminerimus, non probationem.

tionem. Nonnūquam tamen etiam argumento aliquo confirmabimus quod proposuimus, sed simplicia & breui. &c. Quæ uel icarco ascribenda huc uidebantur, & hic locus Rodolphi, ut quidē uidebatur mihi, non usquequaq; uocabat mendis, Erantq; hoc quicquid erroris erat, planè assignaturus typographis, nisi pridie quā in hunc locum scribere cepissem, allatum ad me fuisset exemplar scriptum. Id in eum usq; diem delituerat Dauentriæ, primū apud Iacobum Fabrum, deinde apud istos quos uocant fratres. Quid multis! Thesaurum aliquem inuenisse mihi uidebar, sed posteaquam aperui, postquā cepi euoluere: aliud nihil, quàm syluā quandam futuri adhuc operis deprehendi: in ijs præsertim, quæ sua manu exararat Rodolphus. Quadruplex enim scriptura, aut si id mauis, character erat: & quæ scripta essent manu ipsius, id iam constabat ex epistola quadam eius ad Langium, cuius nobis legendæ copiam fecerat anno superiore amicus quidam. In ijs ergo alia uelut obelisks confossa erant, alia rursus æu asteriskā quidam in margine notata. Quædam bis terue pauas interim commutatis uerbis repetebantur: quædā immutata sic erāt ut uix agnosceres. Quoties aut̄ capita tota, uel expuncta omnino, uel in alium erant locum traducta: quoties pagelle aliquot desiderabatur: quoties interlitis medijs, margo occupatus sic erat, ut extrema uerba legi non possent: quoties ita cōfusa atq; permixta omnia, ut nec caput nec pes usquam existeret: id ergo exemplar, quanquam hac parte alterius quàm Rodolphi manu scriptum, habebat ad hunc modum. Fiunt autem hæc omnia argumentis, quæ sumuntur ex loās, quos superiore descripsimus. sed hic argumenta ponuntur, nam ut ueniat quandoq; argumentatio in expositionem &c. Quæ lectio & ipsa parum aridet, apparetq; mihi, hanc esse sententiam eorum quæ scribere destinarat Rodolphus. Fiūt aut̄ hæc omnia argumentis, quæ sumuntur ex loās, quos superiore libro descripsimus. uerum ea hic argumenta ponuntur tantum, non etiam explicatur, nam ut ueniat quandoq; argumentatio in expositionem, breuis tamen ea est, sitq; non ita crebro. Quæ lectio planè consona est ei quod habet Fabius, ponendū nonnūquam esse in narratione argumentum, at nunquam esse id argumentum explicandum. Hoc enim est quod argumentari diāmus: cum ex sententia Ciaronis, argumentatio aliud non sit, quàm argumenti explicatio.

(Terentianus ille Simo.) Verba Terentij in Andria sic habent:

- Simo. Interea mulier quædam abhinc triennium  
Ex andro commigravit huic uianæ.  
Inopia & cognatorum negligentia  
Coacta, egregia forma, atq; ætate integra.  
Sofia. Hei uereor, ne quid Andria apportet mali.  
Simo. Primum hæc pudicæ uitam paræ ac duriter  
Agebat, lana ac tela uictum queritans.



Sed postquam amans accessit precum pollicans  
 Unus & item alter, ita ut ingenium sit omnium  
 Hominum à labore procliue ad libidinem,  
 Accipit conditionem, dein questum occipit.

¶ (Cicero pro Cluentio.) Duo diximus Cluentio obiecta fuisse, iudicium corruptum, & ueneficium. Horum prius illud defensurus Cicero, narrationem incipit à sacra-  
 tissimis nuptijs matris, cui nomen Salsia. Ea capta amore generi sui Aurij Melini,  
 primū huc impulerat iuuenem, uti filiā suā Cluentiam domo exigeret, deinde ipsa  
 eidem nupserat. quod factum mire initio narrationis exagitat Cicero, docēs hinc  
 omnium malorum fontem originemq; extitisse. ¶ (Quintilianus autem sicut in cœ-  
 co in limine.) In declamatione ea cui titulus est Cœcus in limine. ¶ (Sic in milite Ma-  
 riano.) Supra monuimus titulum hunc esse cuiusdam apud Quintilianum decla-  
 mationis. ¶ (Tum in matris infamia.) Hæc declamatio hodie inscribitur: Infamis  
 in matrem. In ea Fabius orditur narrationem hoc modo. Matrona iudicis, cuius  
 puellares annos, primam rudemq; coniugij mentem, nulla libidinum resperfit  
 infamia: cui impudens rumor, suspicax maritus, nihil unquam potuit obijcere nisi  
 filium: quæ pudicitie prima fiducia est, edidit partum quem maritus agnosceret.  
 Natum de se continuo, si quid ipsi creditis, impatientius complexa quam reliquæ  
 matres, non in nutrias nec in ministeria seposuit: suis aluit uberibus, suo fouit  
 amplexu. Nunquid & hos annos parriada: nunquid & pueriam miser iuuenis  
 infamas? Actum est de sacrorum nominum fide, si ut uideatur innocēs mater, et si  
 tantum filij faat. Accendebat hanc erga unicum optime matris impatientiam rige-  
 dus pater, asper maritus. & sibi uidebatur parum implere, quem pro duobus con-  
 ferebat affectum. Rarus hic nanq; ad oscula, diffialis amplexibus, et qui unicum  
 aspiceret animo, quo quandoq; posset occidere: seāt ut notabilior esset charitas  
 matris. Omnis igitur miser & sermo cum filio, omnis in publicam pariter egressus.  
 Gaudebat etiam, q; laudandus occisibus, quod omni frequentia atq; conspicuus,  
 populo iam ipse fateretur, q; plus amaretur à matre. &c. Reliqua uel atacta iam  
 sunt, uel per se satis aperta.

¶ Quot & quæ orationis cuiusq; partes. Caput XVII.

Quot oratio-  
 nis partes se-  
 erit Cicero.

**R**eliquū est, de oratione, ut dicamus quot sint partes eius.  
 Cicero libris illis, quos de rhetoricis adolecenti sibi rudes  
 & imperfectos excidisse scribit, sex fecit. Eis quos postea  
 uelut exactiori cura compositos edidit, solum quatuor uoluit esse:  
 quarum duæ rem docerēt, narratio & confirmatio; duæ mouerent

audito-

auditorem, exordiū & peroratio. Aristoteles duas tantum quæ ne-  
 cessariæ essent putauit, propositionē & confirmationē: narrationē  
 propositionē esse, & nō semp necessariā, nisi cū lōgiōr & perplexior  
 res incidisset, exordiū & perorationē (quæ admodum & Cicero sen-  
 sit) non ad rem, sed auditorē pertinere. Sed illi de ciuili tantū oratio-  
 ne dixerunt, nos in uniuersum dicamus. ¶ (Oratio quæ credentem  
 habet auditorē, & sola expositione constat, sola expositione potest  
 esse contenta. Ut sunt Aristotelis nōnulla. Cuiusmodi est prædica-  
 mentorū protinus a re sumptū initiū: Eorū quæ dicuntur, quædā cō-  
 plexim dicuntur, quædā sine cōplexione. Et posteriorū itidē: Omnis  
 doctrina & omnis disciplina intellectuā, ex priore fit cognitione.  
 Sic Cæsar libros bellī Gallici incepit; Gallia omnis diuiditur in par-  
 tes tris. Sed in illis forte alia sit ratio, quoniā cōmentarios solum &  
 indices rerum uoluit esse illis, qui post essent ea scripturi. Ut cunq; tā  
 mē nihil est qd ad ab solutionē operis extra desideretur. Ut plurimū  
 aut duas fere partes habet hoc orationis genus. Exordiū enim sæpe  
 preponitur ornandī magis operis gratia, q̄ quia res id exigat. Cice-  
 ro quandoq; in his præcipue quæ sine dialogo sunt, epilogū adiecit.  
 Sed (ut dicimus) una tantum pars est necessaria. ¶ (Quæ argumenta-  
 tatiōe cōstat oratio, duas habeat partes necesse est, expositionē latius  
 fusam uel in propositionē collectam, pro rei de qua differitur quali-  
 tate, proinde ut uel simplex est uel uarijs partibus perplexa, & uel co-  
 gnita est audiētī uel ignorata. Nec alias desiderat partes, si sit eiusmo-  
 di quæstio, de qua differitur, q̄ cognitiōis sit solū: quæq; sic uel sic acci-  
 pi, nihil interfit, & dicētis & audiētis. Etia si ut actiōis sit, si paratā ha-  
 beat beneuolentiā, neq; gratiā sibi ex cuiusq; periculis petat, exordio  
 nō indiget, ut sunt laudatiōes, actiones gratiarū, & reliqua id genus.

Quot Aristo-  
 teles.

Quæ oratio  
 sola una par-  
 te possit esse  
 contenta.

Quæ duabus.

Q iij Cicero



Cicero ergo acturus Quiritibus de reditu suo gratias, statim a re coe-  
pit, Et Aufonius protinus: Ago tibi gratias imperator Auguste.  
Quod si dicētis existimatio ducetur in discrimē, si qd forte audiētis  
offendet animū, p̄fandū erit nimirū, & exordio muniēdus cōtra ob-  
stātia qui dicit. Sic si fuerint in decursu dictiōis exasperata aures, pla-  
candē erūt epilogo. Et enumeratiōe redigēda in summā q̄ dicta sunt,  
si multa mentē memoriāq; audiētis fugitura dixerimus. ¶ At ubi ul'  
res auditoris agetur: uel is perinde tanq̄ agat, fauebit aut oderit: nec  
iudicium solū audientis, sed prope certantis afferet aut inter dicendū  
accipiet studiū: ibi quatuor partes orationis res ipsa poscet, duas,  
captādo auditoris animo paratas, duas rei docendae. Quarū quae ad  
docendū pertinent, narratio & cōfirmatio: haec, argumētatio est: illa,  
expositio, de qbus satis multis (quatenus huius est instituti) diximus.  
Reliquae duae quae permouendo destinantur auditori, principiū &  
peroratio, partim argumētatione cōstant, partim expositione. Prin-  
cipij tria fere constat esse munera: ut beneuolū faciat auditorem, ut  
attentum, ut docilem. Quorum priora duo argumētatione prope-  
modum conficiuntur, postremum expositione. Perorationis item  
tria sunt, ut conciliet auditorem sibi, ut aduersario faciat infensum, ut  
collectis enumeratione capitibus rerū, quae tota demōstrarit oratio-  
ne, audientis ea memoriā affigat. Quorum postremū expositionis  
habet naturam: priora similia sunt argumētationi. Sane si demus  
sanctū & incorruptum auditorē, non gratiae, non offensis obnoxii,  
sufficiet principio docilitas, & enumeratio perorationi. Ad illos,  
quorū animos, amor, ira, spes, metus, fauor, inuidia, poterit auferre,  
reliqua adhibent. Dociles facimus auditores, si breui summa quae  
dicturi sumus, uelut oculis subiiciamus, ostendamusq; ordinem rerū  
dicen-

Quae exigat  
partes qua-  
tuor.

Exordij mu-  
nera tria.

Tria itē per-  
orationis.

Docilitas in  
exordio.

dicendarum, & in partes orationē diducamus. Enumerandi quoq; *Enumeratio ē  
peroratione.*  
est expedita ratio, si firmamenta singularum argumētationum colli-  
gentes, dicamus, cum haec & haec probauerimus, nō uidere nos, quid  
amplius quisquā de re dubitet, aut quid istis respondere aduersarius  
possit: aut aliqua figura alia utamur, cuiusmodi multae ponuntur ab au-  
toribus, & multo plures possunt fieri. Beneuolentia, odiū, misericor-  
dia, ira, rebus quidem non distant in principio & peroratione: tra-  
ctatione uero & eloquendi ratione multum differunt. Lenius enim *Comparatio  
principij cum  
peroratione.*  
& modestius in principio proferunt se, nondū conciliato nobis aut  
ducto in partem nostram auditore. In peroratione, cum flexus est  
oratione, accessitque nobis, & pronis omnia t̄ animis accipit: *† auribus*  
tum ardēt affectibus cuncta, tum obijcitur auditoris irae aduersarius,  
tū nostras partes miseratio lachrymaeq; cōmendant. Cū fiat autē haec  
oia affectuū p̄motione, quo pacto oporteat ea expediri, paulo post  
aperietur, cū in cōmune quae pertinent ad affectuū naturā, & quae sit  
ratio eorum tractandorū, dicemus. Ducenda sunt autē exordia, non *Exordia un-  
de duenda.*  
ex his quae causam confirmant, aut rem de qua quaeritur docent,  
confirmatio enim fiet, non exordium, sed ex eis, quae circa res perso-  
nae posita, fauorem aut alienationem audientis paratura uiden-  
tur. quibus non tam rem secutus, q̄ animum suum, pronunciaturus  
forte sit de quaestione. Si quis autem perdidicerit, quae sit auditoris,  
de persona dicentis, de causa, de aduersarijs, opinio: quantū permo-  
tus aduersariorum oratione sit, quid in personis rebusq; fauorabile  
aut infensum: facile uidebit, unde beneuolētia sibi cōcilianda, quomo-  
do aduersarijs odium offundendum, quomodo constata iam sibi in-  
uidiae occurrendū. Nec em̄ solum datur opera, ut audiētis nobis ani-  
mū adiugamus, sed ut alienatum etiā nobis exasperatūq; placemus.  
Quod



Quomodo fit at, ut in exordijs quandoq; capita aliquot argumentationum perstringamus.

Quod si quando breuiter in exordio capita aliqua nostrarum aut aduersae partis argumentationum perstringimus, quod per se fieri solet, cum uehementius adductus aduersariorum oratione uidetur auditor, non facimus id tamen, quo probare uelimus ibi, aut confirmare causam: sed ut spem faciamus hac qualicumque labefactione, postea nos omnia demonstraturos. Demetrius itaque apud Luuium Persefratri responsum, lachrymas fratris primum inuasit, quonia uidebat illis maxime ualuisse apud patrem, quem iam pridem magis secundum Perse sentire credebat. Deinde in reliqua incurrit. Benignius enim in singulis audiatur oportet, cum uberius ea profequitur, ubi oim simul, quantumcumque, aliqua tamen ex parte ante subleuauerit fidem. Sic Quintilianus in pariete palmato, ingens domus spatium cruore notatum, et noctem electam sceleri, & gladium adolescentis relictum, & uno uulnere peractum scelus, & institutum filium heredem, cuncta uelut delibans, aperit sibi iudicium aures, facilioremque uiam defensionis suae sternit. ¶ Perorationis autem fere haec est ratio. Primum causae fides enumeratione firmatur, si tamen ea sit causa, quae propter magnitudinem suam hanc diligentiam postulet. Postea approbata iam causa, tum liberius effertur oratio, & scelus rei augendo exaggerandoque accusator infectatur. Quandoque conditionem eius etiam deflet, qui accepisse iniuriam dicitur. Contra reus, ubi iam defendit se, tum peroratione duram miserandamque sortem suam ostendit, cui innocenti immerito pericula struantur: & graues casus, qui se maneat damnatum: & preces lachrymasque, & omnia mouenda misericordiae experitur. Nonnunquam & conuersionem contra se aduersariorum, & crudelitatem premit, quod odia sua piculis & exitio cupiat innocentis explere. Quae omnia suas capitum questionum iueniendi ratione (ut prius ostendimus) nihil ab alijs differunt eloquenti

eloquenti uero genere plurimum. In affectibus enim praecipue regnat eloquentia. Nam quieta compositaque mens auditoris, quamuis sedata oratione optime docebitur. Vis autem omnis impetuseque & fulgura illa tonitruaque orationis, qualia fuisse in Pericle memorant autores, quae non impellant modo, sed auferant eripiantque sedibus suis animos: ea sunt omnia, mouendis, turbandis, miscendisque affectibus parata. Quae sint ergo species orationis, & quid sit argumentatio, quid expositio, quot partes habeat oratio, & quando usu ueniant, quibusue consent, hoc modo nobis sit explicatum.

## SCHOLIA IN CAPVT XVII.

Reliquum est de oratione, ut dicamus quot sint partes eius. Summa eorum, quae hoc capite ab Rodolpho explicantur, est haec. Quatuor ad summum esse possunt orationis cuiusque partes: exordium, narratio, confirmatio, & epilogus. Quibus tamen non uniuersis semper utendum: sed interim una, interim duabus, interim omnibus: prout postularit praesens rei conditio. Porro exordium est pars orationis, idonee comparans animum auditoris ad reliquam dictionem. Quod eueniet, si illum beneuolum, si attentum, si doctum fecerit. Narratio est rei gestae aut perinde ut gestae expositio. In qua tria haec exiguntur, ut sit breuis, ut perspicua, ut credibilis. Confirmatio est, quae et nostra confirmamus, et aliena refellimus. Epilogus est artificiosa totius orationis conclusio. Etiam si nonnunquam in media oratione adhiberi consuevit. Constat duabus rebus, enumeratione & affectu. Enumeratio est breuis eorum quae tota oratione sparsim dicta sunt repetitio. Affectus est uehementior animi commotio. ut misericordia, indignatio, ira, inuidia, timor, spes, gaudium, dolor. Haec summa. ¶ Cicero in libris illis. Libros rhetoricorum intellige. Hos enim in libris de oratore ad Quirinum fratrem adolescenti sibi exardisse Cicero ait. ¶ Eis quos postea uelut exactiori cura compositos edidit. In partitionibus interrogatus a filio pater, quot sint partes orationis, quatuor illas esse respondet: quarum duas ualere ad rem docendam, narrationem et confirmationem: reliquas duas ad impellendos animos, principium & perorationem siue epilogum. ¶ Sed in illis forte alia sit ratio: quando commentarios solum & indicies rerum uoluit esse. Cicero in libro de claris oratoribus ad Brutum, de Caesare loquens, Atque etiam commentarios quosdam scripsit (inquit) rerum suarum, ualde quidem inquam probandos. Mihi enim sunt recti & uenusti, omni ornatu orationis tantumquam

Partes orationis quatuor.

Exordium.

Narratio.

Confirmatio.  
Epilogus.

Enumeratio.

Affectus.

Comentarij

Caesaris.

R quam



quam ueste detracta. sed uoluit alios habere parati unde sumerēt, qui uellet scribere historiam. Ineptis gratum fortasse fecit, qui uolunt illa calamitatis inuere. Sanos quidem a scribendo deterruit. nihil enim est in historia, pura & illustri ueritate dulcius. ¶ Ut tanq; tamen nihil est, quod absolutionem operis extra desideretur. ¶ Quibus animaduertat, non uacare hunc locum mendis: & tamen scriptum etiam exemplar hunc in modum habebat. Ego puto hoc pacto scriptum fuisse ab Rodolpho: Ut tanq; tamen nihil est, quod ad absolutionem operis extra desideretur. Aut arte hoc modo: Ut tanq; tamen nihil est, quod ad absolutionem operis extra desideretur. ¶ Quae argumentatione constat oratio, duas habeat partes necesse est. ¶ Ne hunc quidem locum satis integrum esse, id constare uel hinc potest, q; cū duas partes initio proponat, deinde non nisi unam enumerat. Et tamen in scripto exemplari etiam sic legitur. Mihi apparet, hanc alterius partis omittendae causam fuisse Rodolpho, q; priorem illam paulo pluribus prosequitur uerbis. quae res interim esse in causa solet, ut ad reliqua festinantes, eorum quae proposuimus partem aliquam omittamus. Ergo aut ego plane halluānor, aut hic locus integre legi sic potest. Quae aut argumentatione constat oratio, duas habeat partes necesse est, expositionem latius susam, uel in propositionem collectam, prorei de qua differitur qualitate, proinde ut uel simplex est uel uarijs partibus perplexa, & uel cognita est audienti, uel ignorata: & argumentationem. ¶ Ut sit hic sensus. Eius orationis quae argumentatione constat, duae ut minimum partes sunt, expositio & argumentatio. Verum quod ad expositionem pertinet, ea non eadē semper ratione tractatur: sed quandoq; latius funditur, cū est causa perplexior, & auditori ignota: quandoq; contra in pauca cōtrahitur uerba, ut nihil aliud sit, quā breuis quaedam eorum quae tota oratione dicenda sunt propositio. Id quod tum fit, cum est causa simplex: neq; usq; adeo incognita auditori, ut multis in ea explicanda uerbis sit opus. ¶ Cicero acturus Quiribus gratias, statim à re cepit. ¶ Ita orditur enim: Quod precatus ab Ioue optimo maximo, ceterisq; dijs immortalibus sum Quirites &c. ¶ Et Ausonius protinus, Ago tibi gratias impator Auguste. ¶ Exordium est orationis, qua is gratias agit Gratiano imperatori pro demandato sibi consulatu. ¶ Quarum quae ad docendū pertinent. ¶ Quatuor, inquit, in hoc genere orationis sunt partes, e quibus duae ad rem docendam pertinent, narratio et confirmatio: quarū priorem illā nos expositionem, alteram argumentationem uocamus. Reliquae duae in hoc adhibentur, ut commoueat auditor, quae sunt prināpiū & peroratio. De quibus multa Fab. Quintilianus libro quarto & sexto, & Cicero de oratore ad Quintum fratrem. ¶ Sane si demus sanctum & in corruptū auditorem. ¶ Sic Quintilianus libro duodecimo: Quod si mihi des consilium iudicium sapientum: perquam multa recāam ex orationibus, non Ciaronis modo, sed etiam eius qui est strictior multo Demosthenis. Neq; enim affectus omnino mouendi erunt,

erunt, nec diues delectatione mulandae: cum etiam proemia superuacua esse apud tales, Aristoteles existimet. Non enim trahentur ijs illi sapientes. Proprie et significanter rem indicare, probatione colligere, satis est. ¶ Lenius enim & modestius in prināpio proferunt se. ¶ Ita Fabius libro quarto. Nec enim sum in hac inquit opinione, qua quidam, ut eo distare proemium ab epilogo credam, quod in hoc praeterita, in illo futura dicatur. sed quod in ingressu paratius et modestius praesentanda est iudicis misericordia: in epilogo uero licet totos effundere affectus, et factam orationem induere personis, & defunctos exātare, & pignora corū produere: quae minus exordijs sunt usitata. ¶ Demetrius itaq; apud Liuium. ¶ Historia est apud T. Liuium belli Macedoniae libro de anno. ¶ Sic Quintilianus in pariete palmato. ¶ Ex ijs quae sepe iam diximus, liquet hunc titulum esse declamationis, quae paries palmatus inscribitur. ¶ Inueniēdiq; ratione, ut prius diximus. ¶ Libri huius capite quarto. ¶ Qualia fuisse in Pericle memorat autores. ¶ Multa sunt quae de Periclis eloquentia passim apud autores occurrunt. qui (ut autor est Cicero, & nos ante attigimus, ) fulgere, tonare, ac permiscere Graecam dictus est. Optare is solebat, ne quod unquam sibi exāderet uerbum, quo offenderet populum. Adeo ei cordi erat, ut & diceret ea quae ex republica esse arbitraretur, & tamen nō offenderet eos, atra quorū assensum nihil efficiā posset. Fuit eodē tēpore, quo Pericles, Athenis homo quidam non ignobilis Thucydides Milesius. Is aliquando interrogatus ab Archidamo rege Laedemoniorum, uter alteri palestra, ipse Pericli, an Pericles ipsi praestaret: equidem praesto inquit, ac hominem sereno. sed posteaquam surrexit, facile peruasdet astantibus, non se sed me uictum fuisse: efficitq; dicendo, ut ipsius potius uerbis, quā suis illi oculis credant.

DE LOCORVM VSV, DE QVE PARANDA ex loās copia. Vbi eam tamen prināpio questionem obiter tractat, num quid intersit inter locos dialecticos et rhetoricos.

Nullam inter locos dialecticos & rhetoricos esse discrimen, & solius proprie dialecticā manus esse, ut tractet de loās. Caput XVIII.

**N**ULLA FERRE QVAESTIO IUSTIVS animo lectoris occurrere toto potuisset opere, q; cū omnibus prope locis oratorum poetarumq; exemplis simus uisi, quam nā credamus esse inter dialecticos rhetoricosq; locos differentiam, de qua nunc potissimū dicturi uidemur, cū tractatū locorū, hoc est, quomodo sint ad inuentionē loci accōmodādi, sumus traditur. Nā de inuentionē, quā nos his libris aperire conamur, quanq; dialectico

Quo distent exordium & epilogus.

Pericles.

Num qd inter rhetoricos ac dialecticos locos intersit.



alectico tribuimus, plura quae dialecticorum quisquam, rhetores praeceperunt: & locos magna ex parte eosdem quos priore libro descripsi, Cicero & Quintilianus, itemque alij qui rhetorica complexi sunt, inferuerunt libris suis: & praeter hos & alios quosdam, quos attributa personarum & rerum uocant, uelut proprios rhetoris fecerunt locos. Et Boetius sic esse putauit, sic tradidit: cum in quarto libro Topicorum hanc ipsam tractaret quaestionem. Si uiderimus autem, quod sit proprium dialectici, quod rhetoris officium, quae sit utriusque praescripta perfectio, non erit difficile uidere, utrius horum sit differere de locis: aut si sit utriusque, quo pacto tractandos eos, hic sibi uel ille uendicabit. Et de dialectice quidem, quod credamus esse munus illius, satis multis superius executi sumus. Oratorem uel rhetora (eadem est enim nominis utriusque uis) quidam uoluerunt esse, qui de qualibet re posset apte ornateque dicere. Quod si statuissent sic, ut commoditas ipsa cultusque orationis, solius rhetoris esset labor: ea uero de quibus differeret, suis quaerentibus artibus relinquerent: esset aliquid fortasse quod dicitur. Sed illis parum uisum est splendide ornateque dicendi laudem per se amplissimam oratori tribuere: nisi reliquarum omnium artium cumulum prope immensum, iuri illius ditionisque subdidissent. Neque consummatum eum dignum tanto putauerunt nomine, nisi idem de omnibus rectissime sentiret, optime diceret. Quod si detur, fingamusque tam felicitis ingenij mortale aliquod esse peccatum, ut artes, quibus nec singulis plene perdiscendis ullius hominis sufficit aetas, eas omnes unius studium possit assequi, memoria complecti: fatendum tamen erit, si tum de oratoris officio quaeratur, non quaesitum iri de eo tanquam de discretae alicuius certaeque artis, sed tanquam de hominis officio, qui cunctas artes teneat animo comprehensas. Sed cum non donemus rhetoris nomine eum, qui

Quodnam officium oratoris seu rhetoris ex sententia aliorum

Sententia Rodolphi

reliquas

reliquas artes omnes perdidicerit: neque quicumque illi negotij cum rhetorice putemus esse, nisi uiam rationemque bene dicendi calleat: contra uero qui sit hac instructus, & sola civilium quaestionum peritiam teneat, minimam utique artium humanarum partem: cum hic laudem rhetoris sibi nomen audeat asciscere, isque ipse solus sit, quem rhetorum omnium libri doceant & absoluant, multo uidebuntur arctius rhetorices contrahi fines. Aristoteles ergo civilis scientiae partem rhetorice uocat. Hermogenes etiam de civilibus solum quaestionibus dicere, rhetoris censet esse. Cicero & Quintilianus, quamuis aliud disputarint, non aliud tamen docent. Equidem non negauerim eum, qui sit de civilibus quaestionibus, hoc est, de omnibus quae in rebus quaerentur, prudenter ornateque diciturus: et quae de pacis bellicisque rebus, et de legibus, omnique iuris diuini, humani, publici priuatique ratione, differere possit, multis magnisque instructum artibus esse oportere. Sed quotusquisque fuit talis? Quamquam enim Cicero, praeterque illum alter tertiusue possint hoc in genere numerari: reliqui dicere solum sui negotij putabant. Res si quae reconditiores essent, ab his mutari, qui profiterentur, malebant. Et sicut Cicero ait Gallum dicere solitum, si quando quaestio incidisset, in qua non de iure sed de facto quaeretur: nihil hoc ad ius, inquit, sed ad Ciceronem: ita illi, si quando quaestio proferebatur, in qua de iure esset, non de facto contentio: illi tanquam nihil id ad Ciceronem, ad Gallum reijcebant. Vocem tantum uerbaque commodabat orator, res a iuriconsulto petebantur. Itaque apud Graecos erant, quos *ῥητορικὸν* uocabant: & Romae iuriconsultus aderat, quae dicenti res, (ut Quintilianus inquit) uelut telam texenti ministrabat. Aut igitur non erant rhetores isti, aut si fuerunt, cum praestarent id quod solum in rhetorum didicerant scholis, cumque & ipsi se rhetoras esse uellent, & popu-

Solum dicendi rationem pertinere ad rhetorem.

R iij lus



Ius putaret, ut detur sola dicendi ratio ad rhetora pertinere. Et sane qui non habet eam, quantumuis sit aliarum artium cumulum consecutus, non habebitur utique rhetor. Cum ueniat ergo ab ea sola rhetoris nomen, sola uidetur, quam proprium sit praestare rhetoris, cui quidem rhetorices etiam uocabulum consentit, quod a dicendi munere tributum esse Graeci nominis indicat origo. Quod si omnia uelimus intra rhetorices ambitum claudere, quaecumque sunt in foro dicturo necessaria: & grammaticam, & iuris uel peritiam uel non inscitiam saltem, exempla monumentaque uetustatis, & reliqua id genus rhetorices putabimus partes: quas multum & inter se & a rhetorice distantes, artium discretarum professiones, & rerum ipsa natura demonstrat. Nec me latet, cum qui diceret in foro, semper uocatum esse rhetora, nec uel Homerum, uel Thucydidem, uel Platonem, quanquam fuerint isti quisque in suo genere facundissimi, quisquam hoc nomine uocauit. Sed ut modo diximus, rhetor ad hunc populari more loquendi, hominis multarum artium periti, non artis unius est nomen. Qui uolet autem suis finibus cunctas artes includere, cum uideat omnes quae uel cognitionis sunt uel actionis, intra praescriptum suarum praeparationum comprehensas esse, haud difficulter perspiciet, eas quae pertinent ad dicendi rationem (quas λογικάς Graeci, nos rationales uocamus) & materiae quam docent, & praeparationum genere, ab alijs esse discretas. Cum sint autem (ut alio loco diximus) tria, quibus perfecta constet oratio, quae sunt, emendatio sermonis, probabilitas dictionis, & elocutionis ornatus; quorum cum primum grammaticae doceat, secundum dialecticae, tertium cui tribuam nisi rhetoricae profusum non inuenio. Nam si dialecticae est munus, inuenire, quae de re qualibet probabiliter dicuntur, (quemadmodum Aristoteles magnique post eum senserunt

autores)

autores) inuentaque diiudicare: si recte probeque doceat id dialecticae, nihil erit utique necesse, nouam ullam de inuentione rhetori inferre mentionem. Sed per picuitas solum, compositio, cultusque orationis, suis futura sunt labor. ¶ Nec quisquam propterea nudum me putet rhetora & inopem destituere: quisquis uidebit, quantum negocij habeat eloquendi ratio, quantum iudicij: cum & sua poetis, sua historiae danda sit: suam philosophia, suam ciuili oratio postulet: & uniuscuiusque generis uariae sint adhuc multiplicisque differentiae. Maximamque discrimen est apud poetas, quomodo Heroici carminis expleatur sonus, quomodo leue illud molleque elegorum sculpatur, qua dictione tragoedia, qua comedia, qua lyricorum libertas constet. Sic & in reliquis generibus longa est diuersitas, quae cuncta quae magnum habeant negocium, uel hinc facile liquet, quod cum in reliquis quae pertinent ad dicendum, permulti, qui uel morosissimis satisfacerent desiderijs, reperti sint: sola eloquendi ratio semper fuit, in qua paucissimi potuerunt, consentiente omnium iudicio, laudem mereri. ¶ Si sola igitur elocutio propria rhetorices est, quid ita tam multa de inuentione tradiderunt, quicumque scripsere rhetorica? Dicam quod sentio, primum omnium puto, eis qui rhetorica tractauerunt, nec inuentionem, nec elocutionem tanquam proprium munus explicandam fuisse. Quoniam qui rhetores uocati sunt, ij fuerunt, qui ciuiles tractauerunt quaestiones. Circa quas omnis labor eorum curaque uersata est. Cum utantur autem omnes artes elocutione & inuentione, non poterit utique proprium illorum esse, quod est omnium commune. Sed quia reliquas artes, quae ad eruditionem pertinent, animi causa quisque discerebat: nec quisquam ob id, nisi naturae ingenijque uel extimulante, tractabat eas: ideo quisquis non optime sperabat de ingenio suo, ne attingebat quidem. Sic quae inuenienda

*Cauilli exclusio.*

*Qui factum sit, ut tam multa de locis rhetores praepararit, cum ad eos horum explicatio non pertineret.*



inuenienda in eis essent, quomodo eloquendum, quisque animo suo deliberabat; in locumque artis exactissima, succedebat optima natura. Proxima erat artis loco, imitatio eius, qui aliqua cum laude rem eandem tractasset. Ciuilis uero ratio, quoniam cepit in Graecia in quaesto esse, subnixique ciuium clientumque gratia incedebat, ut quisque pollebat plurimum in ciuitate dicendo; incessit passim cupidus cunctis, nec quisquam quid posset iam, sed quantum caperet, spectabat; uolebantque bene dicere omnes, & cito uolebant; quare ab arte fuit eis praesidium petendum, quibus natura segnior erat. Coeperunt igitur disci docerique ista. Vsu enim atque honore, quibus maxime aluntur artes, eisdem natas etiam primum esse certum est. Cum ueniant autem tales plerumque quaestiones in forum, de quibus nihil perpetuum praecipere possit, sed contentione dicendumque ui trahantur in quamuis partem; fuit idcirco tradenda communis quaedam inueniendi ratio, conueniens omnibus quaestionibus. quae quidem rectissime peteretur a dialectico, si tradita iam tum fuisset, sed multo post secutus est Aristoteles, qui primus eam in artis formam cogere adorsus est. Sic etiam quia splendor & cultus orationis maxime dominabatur in animis liberorum populorum, apud quos sustulit se primum plurimumque semper ualuit eloquentia; hanc quoque partem adiecerunt, tandemque longa temporis possessione, uelut usufruptione, uerterunt in rem suam ista, cum non esset eorum alius assertor. Cum sit enim aliarum artium praecipueque poetarum, sua quaedam & discreta a forensi dictione eloquentia; quam neque Aristoteles, neque ueterum quisquam qui rhetorica scripsit attigit; cunctique habeat omnis eloquentia commune quiddam tanquam genus, quod ad unius artis tractatum pertineat; perspicuum est, eos eloquentiam non uelut suum propriumque negocium, sed quatenus ususque suis condiceret, executos esse. Quod si sit

ergo

ergo eloquendi ratio (siue rhetorice eam seu quocumque uelimus alio nomine uocare) & dialectice, cui inuentionem iudiciumque tribuimus, inter se altera ab altera, & utraque a ciuili quaestione ratione discreta, sicut & a reliquis discernuntur artibus, quae sibi utendas eas accipiunt; paratum est uidere, non esse ullam dialecticorum rhetoricorumque locorum differentiam. Nam elocutio quidem nullos habet locos; rhetor autem forensis ille a dialectico mutuet eos oportet. ¶ Ea uero quae personarum & rerum attributa dixerunt, ad quos locos ex his quos descripsimus redigantur, planum erit, qui singulos uolet scrutari. Conueniunt autem solis coniecturalibus causis. Qui quaeret enim, an possit ciuitate Romana donari is, cuius populus fundus factus non fuisset, id est, cuius populus Romanis legibus non uteretur: quod in Cornelij causa quaesitum est; & an uis sit, metu armorum deterrere a possessione quenquam, quod in Cecinnae iudicio fuit; quid habebit hic, quod ex attributis illis personarum aut rerum dicat? Nihil profecto, quo pacto haec attributa a rhetoribus describuntur. In his ergo si uolet inuenire ex locis aliquid, et non praeparatis argumentationibus, uti quas artium scriptores tradunt, necesse est redeat ad dialecticum. Sic loci & omnis inueniendi doctrina, dialectices opus; eloquendi, rhetorices erit. ¶ Ciuili quaestione pars in legibus iureque ciuitatis posita, quae iuriscōsultorum libris continetur, & ne eam quidem qui rhetores uocabantur attingebant. Pars in communi sensu & usu uitae consistit, quae apertior est, quam ut artibus sit tradenda, aut si quid discendum est eis, a philosophis petitur. Inuentionem ergo, eamque nec integram nec absolutam, elocutionemque quatenus instituto suo conducebat, complexi sunt, futuras tamen aliarum artium particulas, si quis totas eas uoluisset explicare. Haecque pro artibus suis habita sunt, quando sola haec habuerunt, quae possent artium specie

Nullū esse di-  
scrimē inter lo-  
cos dialecti-  
cos et rhetori-  
cos.

Responsio ad  
id, quod initio  
huius questio-  
nis allatū fuit  
de attributis  
personarum  
& rerum.  
† Romana

Notandum

Cuius populus fundus factus  
non fuisset



† altera harū  
dictionū uide-  
tur reddūda .

cic docere. Laudandi tamen, agendacq; in omne auum gratia uiris  
illis, quippe † qui nisi dedissent † illi initium, & forent hac ab eis in  
artium formam collecta, nemo forte alius colligere tentasset.

## SCHOLIA IN CAPVT XVIII.

**N** Vlla ferē questio. ) Demiror ego quonā errore illud contigerit, ut in scri-  
ptio etiam exemplari quo usi sumus, ab hoc loco factum sit initium libri  
tertij: cum Rodolphus ipse, & quidem multis in locis, non tertio, sed secundo li-  
bro, de locorum usu se egisse testetur. Vtq; ex multis afferamus unum aut alte-  
rum: arca finem primi libri: Fiuntq; isti (inquit) in summa loā uiginti quatuor,  
quibus in rem omnem, quacūq; erutum inueniuntq; ratione, duatur argumentum.  
idq; qua uia, quoq; modo faciendum, proximo dicitur libro: Et libri huius capite  
secundo: Statutum est igitur nobis (inquit) hoc libro usum tradere locorum. Hoc  
libro, inquit, id est secundo, non tertio. Rursus capite uigesimo, loquens de libro  
primo, non primum sed priorem illum appellat. quod ipsum & in hoc etiam ca-  
pite faat: quae ratio loquendi fuisset uel incptissima, si quae ijs loās traduntur, p-  
tinerent ad librum tertium. Quamobrē illud nobis certum indubitatūq; sit, hoc  
illius initium esse non posse. Qua de re dicimus et in sequentibus. Interim, ut ue-  
niamus ad id quod nunc agitur, quacūq; hoc capite docet Rodolphus, eorum  
omnium haec est summa. Nomen rhetoricae bifariam capitur. Primum, pro omni  
ac sola facultate ea, qua instructi esse debent ij, qui in foro causas ciuiles agunt.  
Atq; hoc intellectu accepta rhetorica, quanquam utitur illa quidem eloatione et in-  
uentione argumentorum, non ad eam tamen proprie pertinet explicatio rerum  
istarum, non magis, quam ad poetiam, ad historiam, ad naturalem aut moralem  
philosophiam: quae & ipse eloatione pariter atq; inuentione utuntur. Et ad hūc  
tamen sensum usi sunt ferē nomine rhetoricae ij, quorum de dicēdi arte extāt pra-  
epta. Capitur deinde idem nomen pro arte ea, a qua dicimus petendam esse ser-  
monis elegantiam. Quo intellectu diā solet, tris esse artes quae uersentur arca  
artificium orationis, grammaticā, dialecticā, & rhetoricā: & a grammaticā  
quidem sermonis petendam esse emendationem, probabilitatem a dialecticā, a  
rhetoricis rationem culte ornateq; dicendi, hoc est, eloationem, non modo illam  
forensē ac popularem, sed in commune, qua oratores, poetae, historiam, philo-  
sophi: breuiter, qua omnes ij qui scribunt aut dicunt, in sua quisq; harena, pro  
materie quam tractant qualitate, utuntur. Vt enim in uniuersum, quomodo, non  
de hac aut illa, sed de re quauis emendate loquamur docet grammaticā: & argu-  
mentorū in res omnis inueniendi dijudicandiq; rationem dialecticā explicat: ita  
par est, etiam unam aliquam esse artem, quae in uniuersum eloquendi rationē tra-  
dat. Quo sit, uti nihil quicquam intersit inter locos dialecticos & rhetoricos:  
pertineatq;

Summa capi-  
tis. 18.  
Nomen rheto-  
ricae bifariam  
capi.

pertineatq; omnis illa disputatio de inuentione seu loās ad dialecticā solam, nō  
etiam ad rhetoricā: siue ea intellectu illo priori, siue hoc posteriore accipiatur. Locorum ex-  
plicationē ad  
At enim si inuentio (inquis) argumentorum, hoc est argumentorum loā, itemq; c-  
locutio, ad rhetoricam priori illo aptum intellectu non pertinent, qui sit ergo, uti  
his de rebus illorum pleni sint libri? aut eorum quae ad se nihil pertinent tradūt  
non ad rheto-  
praepcepta? Paucis, Vt primum apud graecos in questu esse cepit facultas dicendi,  
rem.  
et in illustri haberi nomen eorū, qui causas in foro agerent: statim (ut sit, agmina-  
tim conarsum huc est, uolueruntque bene dicere omnes, & quidem aro uolue-  
runt. Sed enim non erat omnibus datum hoc a natura, ut per sese & suo (quod  
aiunt) Marte inuenire ea possent, quibus & sua confirmarent, & aliena refelle-  
rent: eademq; illa sic eloqui, uti aures etiam audientium uoluptate aliqua demulce-  
rent. Opus ergo erat adminiculo artis, opus erat praepceptis inueniendi ac eloquē-  
di, quae quidē utraq; nō ab illis magis explicari doctriq; debebant, quam a poetis,  
philosophis, alijsq; scriptoribus, qui & ipsi (quem admodū diximus) hīsc utūtur.  
Sed cum eo tempore nondū inuenta essent artes ille, a quibus erant petenda ista:  
hinc fuit, ut necessitas quaedam eos impulerit, harum etiam rerū praepcepta trade-  
re: non quidem in uniuersum, sed haec tenus, quatenus suo instituto satis esse puta-  
bāt. Quae res fuit in causa, ut et posterī hanc doctriam rationem fecerit tradi-  
derint praepcepta rerum istarum, non q; hoc ad illorum proprie pertineret officium,  
sed q; eos, qui antē idem argumentum tractassent, imitari liberet. Alioquin inue-  
niendi quidem ratio in commune petenda erat a dialectico: eloatio autē ab rhe-  
tore eo, quem secundo loco diximus hoc nomine significari. ¶ Quos attributa p-  
sonarum & rerum uocant. ) Personarū attributa sunt, genus, natio, patria, sexus, sonarum.  
etas, educatio, habitus corporis, fortuna, conditio, natura animi, uictus, studia, af-  
fectiones, ante acta aut dicta, nomen. Attributa rerum, sunt cause, locus, tempus, Attributa re-  
casus, facultas, instrumenta, agendi modus, quaeq; alia eius generis sunt. ¶ Et Boe-  
tius sic esse putauit, sic tradidit, cum in quarto libro topicorum hanc ipsam tracta-  
ret questionem. ) Doct eo in loco Boetius, trifariam differre dialecticā a rheto-  
rica, materia, usu, & fine. Materia, q; rhetorica arca hypotheses, dialectica arca  
theses uersetur. Vsu, q; dialecticus conasa oratione, & syllogismis integris: rhe-  
tor oratione perpetua & enchyrematis, hoc est, imperfectis syllogismis utatur.  
Fine, q; rhetoris finis sit, persuadere iudici: dialectica, ab aduersario ipso, id quod  
uult, extorquere. Quae illius sententia quatenus uera sit, patere ex ijs potest, quae  
diximus huius libri capite quinto, octauo, & duodecimo. Quamquam quod addit  
de usu enchyrematum & syllogismorum, id neutro eorum intellectu quos su-  
perius expressimus, satis uerum uidetur, quando et rhetor ille forensis uel creber  
rime integris utitur syllogismis: neq; quicquam obstare uidetur, quin in disputa-  
tionibus etiam illis dialecticorum, enchyrematum esse usus aliquis possit. Quae-  
S ij admodum



admodum dictum est supra capite decimo quarto. ¶ Et de dialecticæ quidem quod credamus esse minus illius, satis multis superius executi sumus. ¶ Fuit enim dictum capite tertio libri huius, finem dialecticæ esse, probabiliter de re quauis differere.

**Orator.** ¶ Oratorem uel rhetora, eadem enim est nominis utriusq; uis. ¶ Ut negari non potest, eosdem planè fuisse, quos græci olim rhetoras, & quos Romani oratores uocauerunt: ita hoc rursus uideo consuetudinè obtinuisse apud scriptores Latinos, ut oratoris nomine significant eum, qui causas in foro agat: rhetoris, qui rhetorica doceat.

**Orator quis dicendus.** ¶ Qui de qualibet re posset apte ornateq; dicere. ¶ Cicerone primo de oratore, Quamobrem si quis uniuersam & propriam oratoris uim definire complectiq; uult, is orator erit, mea sententia, hoc tam graui dignus nomine: qui, quæcunq; res inuiderit, quæ sit dictione explicanda, prudenter, et compositè, & ornate, & memoriter dicat, cum quadam actionis etiã dignitate. ¶ Sed illis parum uisum fuit, splendide ornateq; dicendi laudem per se amplissimã oratori tribuere. ¶ Neq; enim, ut

**Eloquentiæ laus.** inquit apud Ciceronem Crassus, præstabilius quicquam uidetur, quàm posse dicendo tenere hominum actus, mentes alligare, uoluntates impellere quò uelit, unde aut uelit deducere. Hæc uera res, in omni libero populo, maximeq; in pacatis tranquilliq; ciuitatibus, præcipue semper floruit, semperq; dominata est. Quid enim est, aut tam admirabile, quàm ex infinita hominum multitudine existere unum, qui id quod omnibus natura sit datum, uel solus uel cum paucis facere possit? aut tantum inuandum cognitum atq; auditum, quàm sapientibus sententijs, gratiùsq; uerbis ornata oratio & perpolitata? aut tam potens atq; magnificum, quàm populi motus, iudicum religiones, senatus grauitatem, unius oratione conuertit? Quid tam potens rò regum, tam liberale, tam magnificum, quàm opem ferre suppliantibus, exatere afflictos, dare salutem, liberare periculis, retinere homines in ciuitate? Quid autem tam necessarium, quàm tenere semper arma, quibus uel tectus ipse esse possis, uel prouocare improbos, uel te ulasã laesitum? Age uerò ne semper forum, subsellia, rostra, curiamq; meditare: quid esse potest in oratione, aut in uandis, aut magis proprium humanitatis, quàm sermo factus, ac nulla in re rudis? &c. Et apud eundem Ciceronem Antonius, Nam ut uisum (inquit) dicendi omitam, qui in omni pacata ac libera ciuitate dominatur: tanta oblectatio est in ipsa facultate dicendi, ut nihil hominum aut auribus aut mentibus inuandis percipi possit. Quis enim tantus moderata pronuntiatione dulcor inueniri potest? Quod armen artificiosa uerborum constructione aptius? Qui actor in imitanda, quàm orator in suscipienda ueritate inuandior? Quid autem subtilius, quàm crebre accurataq; sententiæ? Quid autem admirabilius, quàm res splendore illustrata uerborum? Quid pleniùs, quàm omni rerum genere cumulata oratio? Neq; enim ulla non propria oratoris est res, quæ quidem ornate diu grauitatèq; debeat. Huius est in dando consilio de maximis rebus cum dignitate explicata sententiã. Eiusdem etiã languentis populi

populi inatatio, effrenati moderatio. Eadem facultate, & fraus hominum ad perniciem, & integritas ad salutem uocatur. Quis cohortari ad uirtutem ardentius? quis à uitijs acris renouare? quis uituperare improbos asperius? quis laudare bonos ornatus? quis cupiditatem uehementius frangere accusando potest? quis morum reuocare melius consono? ¶ Nisi reliquarum artium cumulum propè imensum iuri illius ditioniq; subdidissent. ¶ Hoc facit Quintilianus libro primo ac duodecimo. Et apud Ciceronem Crassus: Nostra est (inquit) omnis ista prudentiæ doctrinæq; professio, in quam homines quasi aduam atq; uacua, abundantes oratione nobis occupatis, inuolauerunt. Atq; etiam aut derident oratorem, ut ille in Gorgia Socratis auillator. aut aliquid de oratoris arte, pauas præcipiunt libellis, cõsq; rhetoricos inscribunt. Quasi non illa sine propria rhetoricum, quæ ab ipsa de uisitata, de officio, de ciuitatibus instituendis & regendis: de omni uiuendi, deniq; de naturæ etiam ratione dicantur. Et rursus in eodem uolumine: Quare omnes istos me autorem (inquit) deridete atq; contemnite, qui se horum qui nunc appellantur rhetoricorum præceptis, omnem oratoris uim complexos esse arbitrantur: neq; adhuc quam personam teneant, aut quid profiteantur, intelligere potuerunt. Vero enim oratori, quæ sunt in hominum uita, quandoquidem in ea uersatur orator, atq; ea est ei subiecta materies, omnia quæ sita, audita, lecta, disputata, tractata esse debent. Idem est in oratore ad brutum, uniuersam philosophiam particulam quantam uult esse rhetoricas. Et in primo rursus de oratore: Mea quidem (inquit) sententia, nemo poterit esse omni laude cumulatus orator, nisi erit omnium rerum, magnarumq; artium scientiam conseruit. ¶ Fingamusq; tam felix ingenij mortale aliquod esse peccatum. ¶ De hoc Fabius libro duodecimo capite ultimo. ¶ Fatendum tamen erit, si tum de oratoris officio queratur, non quæ situm iri de eo, tanquam de discretæ aliaui certæq; artis &c. ¶ His planè consentanea sunt, ea quæ apud Ciceronem primo libro de oratore disserit M. Antonius. Qui locus cum mire faciat ad intelligenda ea, quæ hic habet Rodolphus, non pigebit totum ascribere. Oratorem autem, quoniam de eo querimus, inquit, equidem non facio eundem quem Crassus, qui mihi uisus est omnem rerum atq; artium scientiã comprehendere uno oratoris officio ac nomine. Atq; eum puto esse, qui & uerbis ad audiendum inuandis, & sententijs ad probandum accommodatis, uti possit in causis forensibus atq; communibus. Hunc ego appello oratorem: cumq; præterea esse instructum uocem, & actione, & lepore quodam uolo. Crassus uerò noster mihi uisus est oratoris facultatem, nõ illius artis terminis, sed ingenij sui finibus immensis penè describere. Nam & ciuitatum regendarum oratori gubernacula sententiã suã tradidit. in quo permirum mihi uisum est Scæuola, te hoc illi concedere, cum se ipsissime tibi senatus, breuiter impolitèq; dicenti, maximis sit de rebus assensus. M. uerò Scæurus, quem non longe ruri apud sese esse audio, uir regendæ reipub. scientissimus, si audierit

Quam multa rhetori subiecta erit Cicerone et Quintilianus Tertio de oratore.

Sententiã Antonij de oratore, superiorè contraria, sed cõsona planè ijs quæ docet Rodolphus.



hanc auctoritatem grauitatis & cōsilij sui uindictam à te Crasse, q̄ eā oratoris pro-  
prium esse dicas: iam credo huc ueniat, & hanc loquacitatem nostram uultu ipso  
aspectuq; conterreat. Qui quanquam est in dicendo minime contemnendus, pruden-  
tia tamen rerum magnarum, magis quàm dicendi arte nititur. Neque uerò si quis  
utrumq; potest, aut ille cōsilij publici autor ac senator bonus, ob eam ipsam cau-  
sam orator est: aut hic disertus aut eloquens, si est idem in procratone ciuitatis

† Aliqua scien-  
tia dicendi co-  
piam  
egregius, † illam scientiam dicendi copia est consecutus. Multum inter se distant istae  
facultates, longeq; sunt diuersae atq; seiunctae. Neq; eadem ratione ac uia, M. Ca-  
to, P. Aphricanus, Q. Metellus, C. Laelius, qui omnes eloquentes fuerunt, orati-  
onem suam & rei pub. dignitatem exornabant. Neq; enim est interdictum, aut à  
natura rerū, aut à lege aliqua atq; more, ut singulis hominibus ne amplius quàm  
singulas artes nosse liceat. Quare non, etsi eloquentibus Athenis Pericles, idemq;  
in ea ciuitate plurimos annos princeps fuit, icarco eiusdē hominis atq; artis eadē  
facultas existimanda est. Nec si P. Crassus idem fuit eloquens & iuris peritus, ob  
eam causam inest in facultate dicendi iuris ciuilibus scientia. Nam si quisquam, ut in  
aliqua arte & facultate excellens, aliam quoq; artem sibi assumpsit, is perficiet,  
ut quod praeter ea sciet, id eius in quo exaltet, pars quaedam esse uideatur: licet ista  
ratione dicamus, pila bene & duodecim scrupis ludere, proptium esse iuris ciu-  
ilis, quoniam utrumq; eorum P. Mutius optime fecerit. eademq; ratione dicantur  
& quos physicos graecia uocant, iidem poetae: quoniam Empedocles Physicus egre-  
giam poema fecerit. Ad hoc, ne philosophi quidem ipsi, qui omnia sicut propria  
sua esse atq; à se possideri uolunt, dicere audent, geometriam aut musicam Philo-  
sophi esse. quia Platonem omnes in illis artibus praestantissimum fuisse profitean-  
tur. Ac si iam placet omnes artes oratori subiungere, tolerabilius est sic potius di-

Qua ratione  
diā possit, oēs  
artes oratori  
esse subiectas.  
cere: ut quoniam dicendi facultas non debet esse ieiuna atq; nuda, sed aperta atq;  
distincta multarum rerum iuanda quadam uarietate: sit boni oratoris, multa au-  
ribus accipisse, multa uidisse, multa animo & cogitatione, multa etiam legēdo pere-  
currisse: neq; ea ut sua possedisse, sed ut aliena libasse. Fateor enim, callidum quen-  
dam hunc & nulla in re tyronem ac rudem, nec peregrinum & hospitem in agen-  
do esse debere. (Sed cū nō donemus rhetoris noie eū.) Hoc solū, inquit, pertinet  
ad officium rhetoricae, à quo solo rhetor habet, uti rhetor dicitur: haec autem est  
ratio eloquendi arca ciuiles causas: quomobrem solum hoc rhetoris officium esse  
dicemus, apposite comodeq; dicere posse de causis ciuilibus. Aristoteles ergo ciuilibus  
scientiae partem rhetoriam uocat. (Hoc ipsum facit & in rhetorica Cicerone. Ciuilibus  
quedam, inquiens, ratio est, quae multis & magnis ex rebus constat. Eius quae-  
dam magna & ampla pars est, artificiosa eloquentia, quam rhetoriam uocant.  
Et quae sequuntur. (Hermogenes etiam de ciuilibus solum questionibus dicere,  
rhetoris censet esse.) Id ipsum his uerbis praecipitur in rhetorica ad Herennium:

Oratoris

Oratoris officium est, de his rebus posse dicere, quae res ad usum ciuilem moribus  
ac legibus constitutae sunt, cum afectione auditorum, quoad eius fieri poterit. (Et  
sicut Cicerone ait Gallum dicere solitum.) Hunc Ciceronis locum attigimus libro  
superiore, capite de amoseptimo. (Itaq; apud Graecos erat, quos *πραγματικούς* Pragmaticā.  
uocabant.) Crassus primo de oratore: Itaq; inquit, ut apud Graecos infimi homi-  
nes mercedula adducti, ministros se praebent in iudicijs oratoribus, ij qui apud illos  
pragmaticā uocantur: sic in nostra ciuitate cōtra, amplissimus atq; clarissimus quisq;  
uir, ut ille, qui propter hanc iuris ciuilibus scientiam sic appellatus à summo poeta est:  
egregie cordatus homo Catus Elius Sextus &c. Et respondens Crasso Anto-  
nius: Quod si in gestu, inquit, qui multum oratorem adiuuat: & in uoce, quae  
una maxime eloquentiam uel commendat uel sustinet: elaborare nobis non licet:  
at tantum in utroq; assequi possumus, quantum in hac aede cōdiani muneris  
spacium nobis datur: quanto minus est ad iuris ciuilibus perdiscendi occupati-  
onem descendendum. Quod & summam perapi sine doctore potest, & hanc  
habet ab illis rebus dissimilitudinem: quod uox & gestus, subito sumi & aliunde  
arripi non possunt: iuris utilitas, ad quamq; causam, quamuis repente uel à peri-  
tis uel de libris de promū potest. Itaq; illi disertissimi homines, ministros habent  
in causis iurisperitos, cum ipsi sint peritissimi: & qui, ut abs te paulo ante dictum  
est, pragmaticā uocantur. in quo nostri omnino melius multo, q̄ clarissimorum ho-  
minum auctoritates, leges, & iura, tēta esse uoluerunt. Sed tamen non fugisset hoc  
graecos homines, si ita neesse esse arbitrati essent, oratorem ipsum erudire iure  
ciuili, non ei pragmaticum adiutorem dare. Hucusq; apud Ciceronem Antonius.  
Quod ad nomen attinet, *πραγματικός* negotium ac causam significat. Inde *πραγματι-  
κός*, qui in negocijs causisq; uersatur. quem haud scio an nos dicere possi-  
mus ausidiam, & rabulam quandam forensē. (Qui dicenti res, ut Quinti-  
lianus inquit, uelut telam texenti ministrabat.) Sensem Fabij magis refert quàm  
uerba. quae apud eum autorem libro duodecimo sic habent: Neq; ego sum nostri  
moris ignarus, oblitusue eorum, qui uelut ad arulas sedent, & tela agentibus  
subministrant. Neq; idem graecos quoq; nescio factitasse, unde nomen ijs pragma-  
ticorum datum est. (Cui quidem rhetoricae etiam uocabulum consentit.) Ver-  
bum graecam est *πρῶς*: quod etsi hodie id quod fluo significat, tamen ueteribus etiam  
id fuisse quod dico, apparere uel hinc potest, quod inde *πρῶς*. i. uerbum descen-  
dit: & ab Hesiodo *πρῶτος ἀστρότερος* dicantur, quos latine dictos indiētōsq; lau-  
datos & illaudatos, celebres & ignobiles dicere possumus. Hinc ergo deriuantur  
& haec, *πρῶτος, πρῶτος, πρῶτος*. Id quod secundo oratoriarum institutorum li-  
bro testatur & Fabius. Et Cicerone in Oratore ad Brutum: Sed iam (inquit) illius  
perfecti oratoris & summæ eloquentiae species exprimenda est: quem hoc uno,  
excellere, id est oratione, cetera in eo latere, indicat nomen ipsum. Non enim inuen-  
tor,

Rhetoricae uo-  
cabulum unde  
dicitur.



tor, aut compositor, aut actor hæc complexus est omnia, sed & græcæ ab eloquento rhetor, & latine eloquens dictus est. ¶ Cum sint aut in alio loco diximus. ) Libri huius capite secundo. ¶ Cum & sua poetis, sua historiae danda sit. ) Hanc eloquentiam diuersitatem attingit in libris de oratore & Cicerone. ¶ Maximūq; discrimen est poetarum. ) Cuius præter alios meminit in libello de arte poetica Horatius.

¶ Sola eloquendi ratio semper fuit. ) In hanc sententiam multa Cicerone primo libro de oratore ad Q. fratrem. ¶ Ciuilis uero ratio, quoniam cepit in græcâ in quaestu esse. ) Fabij libro tertio de origine rhetorice uerba hæc sunt: Initium ergo dicendi dedit natura, incrementum artis obseruatio. Homines enim, sicut mediâ cum uiderent alia salubria alia insalubria, ex obseruatione eorum effecerunt artem: ita cum in dicendo, alia utilia, alia inutilia deprehenderent, notarunt ea ad imitandum uitandumq; & quædam secundū rationem eorum adiecerunt ipsi quoq;. Hæc confirmata sunt usu, tum quæ sciebant quisq; docuit. ¶ Sed multo post secutus est Aristoteles, qui primus eam in artis formam cogere aduersus est. ) Gloriatu ipse Aristoteles in fine libri de elenchis sophistiâs, cæteras quidem artes omnis paulatim cepisse, & ab alijs quidem earum esse inuenta prinâpia, ab alijs auctas esse, ab alijs tandem aliquando absolutas: quæ autem à se tradita sint de ratione syllogismorum, ea omnia à se uno, & inuenta & perfecta absolutaq; esse. Quod

Dialecticæ sit autem dialecticæ post cæteras artis inuenta, obiter apud Ciceronem docet his post alias ar- uerbis Crassius: Nam uetus quidem (inquit) illa doctrina, eadem uideatur & recte inuenta. uiuendi & bene dicendi magistra, neq; distincti doctores, sed iidem erant uiuendi præceptores atq; dicendi, ut ille apud Homerum Phoenix, qui se à Peleo patre, Achilli iuueni comitem esse datum diat ad bellum, ut illum efficiet oratorem uerborum, actorēq; rerum. Sed ut homines labori assiduo & cotidiano assueti, cum tempestatis causa opere prohibentur, ad pilam se aut ad talos aut ad tesseras conferunt, aut etiam nouum sibi ipsi aliquem excogitant in oâo ludum: sic illi à negocijs publiâs tanquam ab opere, aut temporibus exclusi, aut uolūtate sua feriat, totos se, alij ad poetas, alij ad geometras, alij ad musicos contulerunt: alij etiam, ut dialecticâ, nouum sibi ipsi studium ludūq; pepererunt. Et quæ sequuntur. ¶ Tandemq; longi temporis possessione, uelut usuapione, uerterunt in rem suam ista. )

Vsuapio.

Vsuapionem uocant iureconsulti, quam hodie ferè diâmus præscriptionem. A Modestino iureconsulto finitur hoc modo: Vsuapio est acquisitio uel adiectio domini per continuationem possessionis temporis lege definiti. ff. de usuapionibus & usurpationibus. l. Vsuapio. ¶ Cum non esset eorum alius assertor. ) Vindicatōtor, qui ea sibi assereret, uindicatōtorq;, ac sua diceret. Est autem & hoc uerbum iur-

Qui populus reconconsultorū, quos diligenter ab Rodolpho lectos apparet. ¶ Qui quæret enim, dicatur sum = an possit ciuitate Romana donari is, cuius populus fundus factus non fuisset. idus factus. ) cuius populus Romanis legibus non uteretur. ) Ciceronis hanc in rem uerba, ut quidem

quidem hodie in exemplaribus leguntur, sic habent: Nasatur iudicis causa Cornelij ex ea lege, quam L. Gellius, Cn. Cornelius, ex senatus sententia tulerunt, qua lege uideamus satis esse sancti, uti aues Romani sint ijs, quos Cn. Pompeius de consilijs sententia sigillatim ciuitate donauerit. Donatum esse L. Cornelium præsens Pompeius diat, indicant publicæ tabulæ, accusator fatetur. sed negat ex foederato populo quemquam potuisse, nisi is populus fundus factus esset, in hanc ciuitatem uenire. O præclarum interpretem iuris, autorem antiquitatis, correctorem atq; emendatorem nostræ ciuitatis: qui hanc poenâ foederibus ascribat, ut omnium præmiorum beneficiorūq; nostrorum expertes faciât foederatos. Quid enim potuit dici imperitius, quam foederatos populos fieri fundos oportere? Nam id non magis est proprium foederatorum, quam omnium liberorum. Sed totum hoc iudicis in ea fuit positū semper ratione atq; sententia, ut cum iussisset prætor aliquid, si id acciuisent socij populi ac Latini, & si ea lex quam nos haberemus, eadem in populo aliquo tanquam in fundo resedisset, ut tum lege eadem is populus teneretur. non ut de nostro iure aliquid minueretur, sed ut illi populi aut iure eo quod à nobis esset constitutum, aut aliquo commodo aut beneficio uterentur. Tulit apud maiores nostros legem. C. Furius de testamentis, tulit Q. Voconius de mulierum hereditatibus, innumerabiles aliæ leges de ciuili iure sunt latæ: quas Latini uoluerunt, acciuerunt ipsa deniq; Iulia qua lege ciuitas est socijs & Latinis data: qui fundi populi facti non essent, ciuitatē non haberēt, in quo magna cōtentio Heraclicensiu & Neapolitanoru fuit, cum magna pars in ijs ciuitatibus, iuris sui libertatē ciuitati anteferet. Postremo hæc uis est istius & iuris & uerbi, ut fundi populi beneficio nostro, nō suo iure fiant. cum aliquid populus Romanus iussit, id si est eiusmodi, ut quibusdā populis siue foederatis siue liberis permittēdum esse uideatur, ut stantiant ipsi, nō de nostris, sed de suis rebus, quo iure uti uelint, tum utrū fundi facti sint, an non, quærendū esse uideatur. de nostro uerò imperio, de nostris bellis, de uictoria, de salute, fundos populos fieri noluerunt. ¶ Et an uis sit metu armorum deterrere à possessione quenquam. ) Extat hodieq; pulcherrima hæc de re Ciceronis oratio pro Aulo Ceanna, quem cum Sex. Ebutius armis ad fundum suum accedere prohibuisset, negauit tamen Piso aduocatus Ebutij uim esse factam, propterea q. nemo neq; occisus neq; uulneratus esset. quam illius defendendi rationē multis argumentis refellit Cicerone.

¶ Volenti copiam dicēdi parare ex loâs, prinâpio neccariam esse plenam locorum notitiam: eamq; in duobus præcipue positam esse. Primum, ut explorete, quot loâ sint, & quæ cuiusq; proprietatis, teneamus. Deinde, ut argumentationes ab autoribus traditas, in suos quâq; locos possimus resoluere.

Caput. XIX

T VI



Primum præceptum de locorum usu, nempe, ut cognitos habeamus locos.



**V**TERGO dicamus id, quod presentis est negotij: tractatumque locorum aperiamus, id est, doceamus, quod pacto sit omnis argumentorum facultas et copia e locis eruenda. primum hoc & præcipuum est, quod rerum ordo præcipiendum monet, ut quisquis inuenire uolet ex locis, diligenter & exacte locos habeat cognitos.

Duo necessaria ad locorum cognitionem.

¶ Est autem locorum notitia fere in his duobus posita. Prius est, ut numerum naturamque locorum, quot sint, & que cuiusque sit uis & proprietas, explore planeque teneat. Quod siue nostra descriptione, siue quouis alio consequatur autore, non multum referet. Aut inueniet enim optimum ducem; aut pro optimo erit, quem poterit expeditissime sequi. Nec uero memoria tenuisse locos satis esse credidero: sed paratos, exercitos, & uelut in conspectu & ad manum positos teneat uelim. Sicut enim non potest celeriter quis & inoffenso uerborum cursu, legere aliquid, cui de singulis literis est in consilium eundum: sic neque parate poterit inuenire ex locis, cui cum inueniendum est, prius ipsi quaerendi sunt loci.

Quam utile sit traditas ab autoribus argumentationes suis locis reddere.

¶ Proximum in locorum notitia est, quodque difficilius est, traditas ab autoribus argumentationes suis locis reddere. Idque non in hoc solum est utile, quod plurimum confert in intelligendis uirtutibus autorum, & in discernenda uaria apud eos argumentandi ratione, ut quandoque tanquam crebris densisque ictibus, sic multis argumentationibus celeriter coagmentatis, feriatur aduersarios: quandoque argumentatione late copioseque fusâ, multarum impetum, unius pondere exequant; iam confodiant acumine, iam uiribus perferrant, iam de re iudicent: iam sicubi parum est in re fiducia, in aduersarium conuersa oratione, uelut flexu eludant. Parâ hinc iudicium, & omne fere artificium perspicitur, non inuentionis modo, quod & ipsum nostri instituti est, & nobis proinde maximum: sed magna ex parte elocutionis,

elocutionis, quae sic plerumque rebus affixa est, ut uix possit inde diuelli: apud Demosthenem praesertim & Ciceronem, & ut quisque est istis dicendi iudicio proximus, quorum est ita rebus accommodata oratio, ut nasci uideatur ex illis. Verum non in id solum (ut diximus) utile est cognoscere locos argumentationum apud autores: sed quod hoc usu tractatumque rerum, cum ratio accesserit eis, copia quaedam & thesaurus paratur, qui semper nobis in promptu sit, ut quoties ex locis quaeremus similibus in rebus, similes nobis argumentationes occurrant. Sicut enim in omni uita, sic in hac quoque inueniendi ratione, primum est scire, quid & quo pacto sit faciendum. Facere uero quae recta sunt, & quatenus recta sunt, imitatione facillime consequimur. Praeceptis enim aures fere imbuunt: exempla docent oculos. Quamquam sint autem plura, quae audiendo possumus, quam uidendo discere, latiusque aurium pateat sensus, certiora sunt tamen, quorum ipsi nobis oculis tradimus fidem. Vnde scite apud Comicum dictum est, pluris est oculatus testis unus, quam auriti decem. Aures enim alij, oculi sibi credunt.

¶ Non est autem facile, certam dare deprehendorum locorum in argumentationibus legem, quod praesertim per saepe, nisi assuetis admodum longo usu lectioneque autorum, difficile sit argumentationes explicare: & conclusionem propositioneque earum, ex orationis cumulo colligere. Teguntur enim saepe, & in ipsa dicendi copia delitescunt, uel uarijs dicendi figuris occuluntur. Quandoque iunguntur, tanquam in unius propositionis speciem, conclusio & propositio. Quandoque pro utrisque sola propositio ponitur. Et quod de Lyfia legimus, cui summæ fuit artis loco, non uideri artem, id crebro est etiam apud reliquos autores uidere, quo grauius ex insidijs incautum aduersarium petant. Viam igitur quandam ad ista, & (ut dicitur) manu ductio-

De hac argumentorum red-ditione, non posse certam tradere legem, posse tamen uiam atque manu ductio-nem quandam dari.



nem fortasse dare poterimus, quo facilius in his loci cognoscantur. Utillimum fuerit igitur, incipientem primum ab his initium face-  
re, quæ sunt apertissima perspectu; & in quibus uel iã formata sunt  
argumentationes, uel facillime poterunt formari. Eas ubi accepit, ui-  
deat primum, quod sit argumentũ probationis, i. quod sit futurum  
mediũ, si cogatur in formam ratiocinationis argumentatio. Est  
aut id, quod sumptũ in propositione, in conclusione non sumitur, Vt  
philosophus nõ recte dimittet uxore, non ergo Cato recte dimittet  
uxore, Mediũ argumentatiõis est philosophus, Deinde cõferatur me-  
diũ cum eo, quod sumitur in cõclusionẽ, & in ppositione nõ est sum-  
ptum, id est aut Cato, Inde uideatur, significetur ne medio aliquid  
quod sit in extremo, cum quo confertur, aut extra. Vt philosophus  
significat aliqd quod est in Catone. Deinde, sit ne substantia eius, aut  
circa substantiã. Certũ est, quod nomẽ philosophi significatur esse cir-  
ca substantiã Catonis. Sic per reliquos eamus locos, donec ad eũ qui  
proprius est noster, ueniamus, non em̃ philosophus subiectũ est Ca-  
tonis, non actus, ergo cũ sit circa substantiã eius, adiacens erit. ¶ Non  
est autem ignorandum, mediũ, etiam non solum comparatum ex-  
tremo, quod in conclusione colligitur, in loci alicuius nomẽ transire,  
sed etiã, si comparetur extremo cui coniunctũ est in propositione.  
Cuiuslibet enim comparatũ, alicuius loci sortiatur utiq; naturam. Vt  
si dicam, Cato non recte dimitteret pbatum seruũ, ergo multo mi-  
nus Cato dimitteret probatã uxore; dimittere seruũ probatũ est me-  
diũ, quod cõparatũ Catoni ad connexorũ pertinebit locũ, cuius ge-  
neris sunt, seruus & dominus. cõparatum autem uxori, inter compa-  
rata erit, minus em̃ in proposito seruus probatus, q̃ probata uxor.  
Quantũ sint aut propiora rei connexa q̃ comparata, citius tamen di-  
xerimus

Eandẽ argu-  
mẽtationẽ, di-  
uerso respe-  
ctu, ad diuer-  
sos posse re-  
duci locos.

xerimus hanc a comparatis ductam argumentationẽ esse, quoniam  
uis & efficiendĩ euidentiã est aptior ex hoc loco. Nomẽ itaq; etiã iu-  
stius inde capiet. Quantũ qui uolet exacte nominari locũ argumen-  
tatiõis, facile uitabit errorem, si addat semper extremũ id, ex cuius lo-  
co ductum uult esse mediũ. Vt si dicat, Tarquinius est peregrinus  
Romæ, ergo non debet Romæ expetere regnũ, mediũ est, peregrĩ-  
nũ esse Romæ. Quod si Tarquinio compares, ad locũ eum referetur  
qui ex loco dicitur. Quoniã peregrinũ esse nõ est aliud, q̃ aliam habe-  
re patriã, patriã autem loci nomẽ est. Sin Romæ conferatur, cõnexũ  
erit, quoniam peregrinum esse ei cui peregrinus quis est, connexum  
est, Sin ei, quod est expetere regnum, iungatur peregrinum esse; con-  
tingens erit, possunt enim iuncta esse utraq; & utrumuis esse sine al-  
tero. Ergo si quis argumentum id, ductum, uel ex loco, uel ex conne-  
xis, uel contingentibus dicat; recte quidem, sed non satis explicite di-  
cet. Quod si addat, ex loco Tarquinij, ex connexis Romæ, ex con-  
tingentibus regni; iam quoduis horum dixerit, nihil errabit. Lice-  
bit igitur, ex quouis horum uolet locorum, dare nomen argumen-  
to. Promptius tamen & expeditius quærenti, ex Tarquinij nomi-  
ne inuenietur. Itaq; potissimum huius censebitur loci, quem compa-  
ratũ Tarquinio tenet. Cum sint em̃ loci (ut diximus) notæ quædam  
& tanquã indices inueniendarũ rerũ, ex quocunq; loco commodissi-  
me inuenitur quodq; eius debet etiam potissimũ generis existimari.

¶ Non erit aut iam supra spem difficultas, cum in aptioribus & ma-  
gis expositis argumẽtationibus fecerimus usum, ut tectiores paula-  
tim deinde argumẽtationes, non nõ reddamus locis suis, sed quod  
prius & difficilius est, in formam suam colligamus, & ostendamus,  
quæ propositio sit, & quid conficiatur. Opus est ergo in primis, sci-  
re

Quomodo te-  
ctiores argu-  
mẽtationes  
suis sint colligẽ-  
dæ formas,  
suisq; locis  
reddendæ.

T iij re

Loci g



re quæ sit quæstio, cui argumentatiões adhibētur, quæ quō sit inueni-  
enda, si forte non satis aperta fuerit, quam simplicissime potuimus;  
ostensum est a nobis, cum de inuenienda quæstioe loqueremur. Nec  
inueniēda solum generalis est quæstio, in qua omnia cōtinentur ea,  
quæ dicuntur tota oratione; sed specialis etiā, quæ generali cōtinetur,  
ad quam præsens argumentatio adhibetur, quam quærimus expli-  
care. Quam cum inuenerimus, tum quicquid id est, quod pro argu-  
mētatiōe propositū est, id si una propositio est, adhibendū quæstioi.  
Quod si probet ea quæstionē in hanc aut illam partem, pronūciatū  
quæstionis in eam partem, in quam inclinat probatio conclusio fiat  
enthymematis; & quod in probationē assumptū erit, ppositio. Sin  
plures erūt propositiões, tum adhibēdæ erūt altera alteri; uidendūq;  
an altera probetur per alterā, quod si fiat, ad summam quæstionis so-  
lū erit una argumētatio, ordine tamen probandi plures. Quod si nō  
probetur altera per alterā, sed unaquæq; per se probet id quod quæ-  
ritur, plures erūt argumētationes. Quod si nec altera alterā probet,  
nec quælibet quæstionem per se, uel erunt plures unius argumentati-  
onis propositiones, uel plurium propositionum probationes, Quæ  
quidem qualia sint, optimū erit sumptis ab autoribus exēplis oñde-  
re. Pro tota argumentatiōe est apd' Quintilianū in milite Maria-  
no propositio. Quid dicis? Tu si tribunus esses hoc fecisses; si miles  
esses, hoc tulisses: Non erit difficile formare hanc argumētationem,  
qui uiderit, quid ea uelit efficere. Id autē est in summa quæstionis, tri-  
bunum iure occisum esse a milite. Quod si cum hac propositione cō-  
feratur, non probatur id quidem continuo ex ea, sed hoc quod ei  
proximum est, necq; hunc tribunū istud facere, necq; militē ferre debu-  
isse. Ut sit hæc argumentatio. Tu si fuisses tribunus, non fecisses hoc,  
ergo

Exēplum pri-  
mū ex Quin-  
tiliano.

ergo nec iste tribunus facere debuit. Sic etiam, si fuisses miles, non tu-  
lisses, ergo nec miles iste debuit ferre. Iam apertum est duas esse argu-  
mētationes eas, quas dicimus in una cōposita propositione fuisse cō-  
clusas. ¶ Crebro quidem usu uenit concisa hæc argumentatio alter-  
cātibus, quod ex tragediarū scriptoribus facile liquet. Apud Senecā  
cum dixisset Megara, Sempq; magno constitit nasci deū, uolens Her-  
culis affirmare diuinitatē. Subijcit Lycus confutaturus illud. Quē-  
cunq; miserum uideris, hominem scias. Duabus argumētationibus  
est hic opus, ut perueniamus eo, quod propositiōe colligitur. Quod  
quō fiat, apertū erit, si respiciamus, quid uelit probare Lycus. Vult  
sane confutare, quod sit Hercules deus. Ergo hæc erit intentio. Her-  
cules non est deus. Propositione autē quam ipse sumit, solum uidetur  
colligi, hominem esse Herculem. Hanc itaq; argumentationē uelut con-  
fessam in medio relinquit. Hercules est homo, ergo non est deus.  
Quod sit autē homo, probat, quoniam quisquis miser est, homo est,  
Hercules est miser, est igitur homo. Prius argumentū e diuersis deo  
ducitur, posterius ab adiacētibus Herculis. ¶ Simile est qd' subij-  
cit in proximo Megara. Quēcunq; fortē uideris, miserū neges. Con-  
futat minorē, ppositionē, q̄ erat, Hercules est miser. Ut sit argumē-  
tatio. Nemo fortis est miser, Hercules est fortis, non est ergo miser.  
¶ Plures autē, ppositiones sunt quæ alterā probat altera. Ut apd' Lu-  
canū in quinto Pharsalię, Orbis Hiberi Horror, & arctoi nō sub no-  
mine miles Pōpeio certe fugeres duce, probat id a pari, Fortis in ar-  
mis Cæsareis Labienus erat, nūc trās fuga uilis, Cū duce prælato ter-  
ras atq; equora lustrat. Posterius ergo propositio prioris est, Prius  
etiam propositio alterius argumentationis, citius est ab autore colligenda  
cōclusio, quā reperiemus rursus, ea uia, quā prius ostēdimus.  
Quæstio

Exemplū se-  
cundū ex Seneca  
in Hercule  
furente.

Tertium ex  
codē Seneca.

Quartum ex  
Luano libro  
quinto.



Quaestio est, an bene sibi consulant milites, deferendo Caesarem, Capiamus propositionem, quae est: milites qui sunt fortissimi & clarissima apud oēs famae ductu Caesaris, timidi atque fugaces erunt si Pompeium sequantur. Haec propositio si adhibeat quaestioni, statim uidebitur confici, non ergo bene sibi consulēt, si deferant Caesarem. ¶ Quandoque & in hoc genere, probationes propositionum pro propositionibus ponuntur, quemadmodum & propositiones pro conclusionibus. Quale est apud eundem autorem. Par labor atque metus, precio maiore petuntur. Haec argumentatio uidetur tota mihi esse ratiocinatio huiusmodi. Quaecumque minus laboris habet & plus premij, magis sunt expetenda, bellum civile minus laboris habet quam gallicum & plus premij, civile ergo bellum magis est expetendum. Pro maiori propositione posita est probatio, quae est, Vbi par labor est & premium maius, id est expetendum, consequitur, ergo ubi minor labor est & premium maius, id est expetendum. Sic pro minore quae erat, civile bellum habet minus laboris quam bellum gallicum & maius premium, quoniam Gallia quota pars terrarum, tenuerit eum bello decem annorum implicitum, civile autem bellum, si gesserit pauca felici euentu praelia, cum Roma subigeret ei orbem. ¶ Cum uero plures sunt propositiones, quarum alteram altera non probat, & utraque probat intentionem per se, certum est plures esse argumentationes, Cuiusmodi apud eundem autorem eodem loco: Socerum depellere regno Decretum est genero. partiri non potes orbem. Vel una propositio est, uel quod prius est, (Socerum depellere regno Decretum est genero) confirmatio sit eius quod sequitur (partiri non potes orbem). Hoc autem posterius, neque eam quae sequitur probat (Solutus habere potes) neque probatur ab ea. Ergo hoc ipsum (solutus habere potes) altera propositio est. Ut sint argumentationes, Pompeius de-

Quintum, & ipsum ex Luciano. li. primo.

Sextum ex eodem etiam li. primo.

stinat

stinat depellere te imperio, ergo suscipiendum tibi est bellum. Et, solus potes habere imperium, ergo etiam gerendum tibi est bellum. ¶ Sic & Quintilianus in apibus pauperis: Decerpebant (inquit) flores meos. Haec est aduersarij contradictio. Hanc confutat. Subdit itaque: Ecquid intelligitis iudices, quanto dolore dignum sit quod ego perdididi, si etiam hoc damnum est, flores auferri? Utitur hac aduersarij confessione ad probandam intentionem suam. Si enim perdere flores est damnum, multo magis damnum est apes perdere. Sequens propositio est haec. Ita plane, alioquin tu illos in uetustate seruabas: et duraret adhuc, nisi ad ortum tuum apes uenissent. Priore propositione uelut alligato ad inconueniens aduersario, probauit, uel non esse damnum decerpere flores, uel maius esse quod ipse sit passus in apibus. Hic probat, ne decerpere quidem eos, cum nequeant alioquin durare, quam non accedant apes. Sed istud quia semper pro modo fit, ubicumque uberior est aliqua ad dicendum materia, non fuit ideo monendum, nisi quod plerumque sic duae aut plures propositiones elocutionis ratione iunguntur, ut uideantur in unam confundi argumentationem. Idcirco discentis iudicium diligentiori nobis admonitione fuit excitandum. ¶ Quod postremum posuimus, cum neutra alteram, & neutra per se conclusionem probet, si sint unius argumentationis propositiones, duae tantum poterunt esse. Nec enim plures capit ratiocinatio propositiones. In enumeratione uero quanquam possint esse plures duabus, omnes tamen coniunctae unius propositionis obtinent locum. Plana ratiocinatio uideatur esse apud Lucanum, Ante aciem Aemathiam nullis accessimus armis. & quae sequuntur, sed turbato propositionum ordine. Ut sit minor propositio, non sumus secuti laetas res Pompeij, cum dicit (Ante aciem Aemathiam nullis accessimus armis). Deinde sequatur conclusio, ergo possumus

Septimum ex Quintiliano.

Exemplum octauum ex Luciano, lib. octauo.

V



possumus iuste deesse aduersis. Hæc est; Pompeij iam castra placent, quæ deserit orbis: Tū postremo maior, quia quisq; secutus nō est læta, iuste potest deesse aduersis. Quod aut̄ ponit̄, Nunc uictoris opes & cognita fata laceffis: est uelut alia maior ppositio. Pluriū ꝑo ppositionū p̄bationes, crebrū est uidere, præsertim cū nonnunq̄ totæ causæ in duas sint cōiectæ ppositiones, ad quas omnes referūt p̄bationes. Vt redeamus autē eo unde cepimus, optimū fuerit ab apertif finis incipere, ut usu assuetudineq; rerū quæ obscuriora sunt, fiāt paulatim aptiora. Rerū natura sic se habet. Suis cūcta colligēda sunt gradibus. Et quod festinanti nonnunquam præcipitium est, ad id per singula sequenti uestigia, magna quandoq; facilitate, pari securitate peruenitur.

## SCHOLIA IN CAPVT XIX.

**Eludere.** VElut flexu eludant. Ductum à gladiatoribus. Est enim eludere, ictus intentatos arte quadam euitare, uelutiq; ludendo à se auertere ac propellere. Martialis:

Callidus immiffas eludere simius hastas,  
Si mihi cauda foret, ærcopitheus eram.

Et Politianus in Lamia: ibi (inquit) & funerepus periclitatur, & petaurista iactatur, et saularius præstigatur, & uenenarius insatur, & diuinaulus hallucinatur, & aretalogus nugatur, & arculator illudit, & gladiator eludit, & orator blanditur, & poeta mentitur. ¶ Vnde & apud comicum dictum est. Plautū uideliæt in Truualento. ¶ Et quod de Lysia legimus. Solebant ueteres illi oratores miro studio id agere, ut sine arte dicere uiderentur, itaq; simplicitate quadam hac præcipue parte, omni calliditatis suspitio, (Neq; enim se usquam custodit magis iudex.) Nihil uideatur fictum, nihil soliatum: omnia potius à causa quam ab oratore profecta credantur. Sed hoc pati non possumus, & perire artem putamus nisi appareat: cum desinat ars esse si apparet. Pendemus ex laude, atq; hanc laboris nostri duam summa. Ita quæ arcūstantibus ostentare uolumus, iudiciabus prodimus. Hactenus Fabius. Atq; hoc est quod solebat dicere Lysias, summa artem esse, non uideri artem. Est autem hic Lysias ille orator insignis, unius ex numero

Disimulatio  
artis apud ueteres.

Lysias.

numero illorū decem, qui eodem tempore Athenis floruisse traduntur: quem cum Platone conferens Phauorinus: Si ex platonis (inquit) oratione uerbu aliquod demas, mutæ sue, atq; id cōmodissime faciās, de elegantiā tantum detraxeris: si ex Lysia, de sententiā. Autor Gellius libri secundi capite quinto. ¶ Tarquinius est peregrinus Roma. Hic est L. ille Tarquinius Priscus, Romanorum rex quintus, cui cum initio, Tarquinijs adhuc agenti, Luamoni nomen fuisset, postea Romam cum uxore aduectus, L. Tarquinijs Priscū nomen sumpsit. Reliqua lege apud Liuium libro primo ab urbe condita. ¶ Cum de inuenienda questione loqueremur. Huius libri capite decimo. ¶ Quid diās? Tu si tribunus esses. Verba patroni sunt in ea declamatione, appellantis accusatorem. ¶ Apud Senecam. In tragœdia cui nomen est Hercules furens. ¶ Cum dixisset Megara. Apud Senecam non Megara, sed Amphitryo hæc cum Lyco disputat. Cuius rei superiore etiam libro mentionem feci. ¶ Simile est quod subijāt in proximo Megara. Imō non Megara, sed Amphitryo. ¶ Orbis Hiberi Horror & arctoi. Verba sunt Caesaris ad militis quinto Pharsaliæ libro. ¶ Par labor atq; metus præcio maiore petuntur. Curionis uerba sunt, hortantis Caesarem ad suscipiendum bellum ciuile, apud Lucanum libro primo. ¶ Soarum depellere regno Decretum est genero. Eiusdem Curionis & quidem eodem loco sunt uerba. Pompeius (inquit) gener tuus decreuit te soarum suum regno depellere, quo solus ipse regnet. Quod autem Rodolphus ex ijs quæ sequuntur duas faciāt argumentationes, id mihi parum considerate factum uidetur. Quis enim non uideat, longe efficacius fore ad persuadendum, si diās hoc pacto: Cuicumq; regnandi cupido negatum est regnum partiri, & tamē solus habere id potest, ei suscipiendum est bellum illud, quo solus imperium consequatur: tibi o C. Caesar partiri regnum per Pompeium nō licet, & tamen uicto illo solus regnare potes: est ergo tibi hoc bellum suscipiendum. ¶ Quintilianus in apibus pauperis. Satis cōstat ex superioribus, titulū esse declamatiōis, quæ apes pauperis inscribitur. ¶ Ante aem Aemathiam nullis accessimus armis. Verba sunt Photini, suadētis Ptolemæo regi Aegyptiorum, ne Pompeium à Caesare uictū in regnū suum recipiat: sed in gratiam Caesaris illum occidat.

¶ Loās cognitio, proxime necessariā esse pluriū rerum descriptionē. hoc est, ut res de quibus fortē aliquādo dicturi simus, per suos deducamus locos, & qd ex singulis loās de eis diā possit dispiamus. Cap. XX.

**R**oximum est ei, qui diligenter cognitos habet locos, uoletq; ex eis inuenire, parare facultatē sibi cuiuslibet rei per locos deducēde, qd uel idē est uel simile illi, qd solebāt qd dicebāt rhoricē, inter iritamēta ponere puerorū: qd græce ἐκφοροῖε,

Secundū de  
locorum usu  
præceptum.

Y ij latine



latine a plerisque descriptio uocatur. Sed rhetores angustius plerisque quam pro omnium locorum latitudine describebant. eloquendi uero rationem (quam praecipue spectabant illi) latius, quam nobis sit opus. Satis enim nobis erit, res singulorum locorum, singulis uerbis uelut capitibus quibusdam annotasse. Si quis tamen ea uolet oratione latius fundere; & uel nudam hanc describendi sequi expositionem, uel conuersa in laudem aut uituperationem dictione, argumentatione tractare descriptionem, poterit obiter & pulcherrime artium omnium elocutioni consulere, dum parat inuentionem. ¶ Necesse est autem quisque uolet rem aliquam describere, ut omnem eius naturam, proprietatemque exacte perspectam habeat. Quantumque distabit a notitia rei, tantum a facultate aberit eius describenda, & proinde, apte commodeque de ea differendi. Quoadmodum enim saepe iam diximus, dialectice solam inueniendi docet rationem, res ex penitioribus artium petenda sunt penetralibus. Atque ex eis inueniantur oportet, quaecumque inueniuntur. Illam materiam praebent inuentioni, dialectice uiam docet, nisi illis in rebus, quae in uulgari opinione notitiaeque omnium posita, notiores sunt, quam ut sint discendae praecipue, & quae usu quotidie teruntur in manibus. quoniam aptae sunt enim, sola prope ad differendum de eis suffecerit dialectice; materiam nobis is quem communem uocamus sensum rerum humanarum, suppeditabit. Qui mouerit autem rem, quam descripturus est, omnemque eius uim naturae peruerit, illi promptum est expeditumque reperire omnes in ea locos; & uidere etiam, qui loci quibus rebus conueniant aut non conueniant. Nec enim omnes est in omni re inuenire. Et quidam rebus per se conueniunt; alij conueniunt quidem rebus, sed non nisi in pronuntiato dispositis. Quae cuiusmodi sint, subdito exemplo descriptionis, facile uidebitur. Fiet descriptio commodissime, si sic instituat, ut ex eis quae

Comodissima  
describendi  
ratio.

singulis

singulis e locis ducimus, & re describenda, pronuntiata fiat: sic, ut subiectum res sit quae describitur: id quod ex loco ducitur praedicatum. Nisi tamen ei loci erunt, in quibus commodius secus fiat, ut cum species rei sumimus. Ibi enim aptius res fiet praedicatum. Genus enim natura de specie, non species de genere praedicatur. Et si qua alia erunt eius conditionis, quae non erit difficile uidere. Quamquam in reliquis propemodum nihil est quod impediat, quo minus omnia quae ducuntur ex locis, possint praedicari de eo, a quo ducuntur. Nam & definitum de definitione praedicatur. ut, animal rationale est homo. Contra aptius fieri non abnuerim: uerum hoc tamen non fiet inepte. Quare in his, quamquam liberum sit hoc uel illo pacto facere, malim tamen, quo minor sit errori locus, praescriptum prioris legis seruari, ut res de qua quaeritur subiectum sit: quod ex loco inuentum fuerit, sit praedicatum. Vt si sumamus exempli gratia describendum hominem. Primum dicimus ex definitionis loco, homo est animal rationale. deinde, quia hominis genus est animal, dicimus, homo est animal. Pro speciebus hominis accipimus omnia, in quae diuisionis lege ea, quam priore libro diximus, homo potest diduci. Non quod possit homo quidem diuidi in ueras species: sed quia ad inueniendi uiam, praestant idem illa in quae homo diuiditur illo pacto, quod praestant uerae species, in quas diuiditur genus. In quibus cum habeat homo generis uicem, ut modo diximus, praedicetur de eis oportet. Dicimusque homo doctus est homo, & homo indoctus est homo. Possumusque hoc eodem modo per omnes diuisionis ire differentias, ducta (quoadmodum praediximus) propemodum ex omnibus locis diuisione. Post haec, propria hominis sunt, homo capax est doctrinae, homo est rationalis, homo est natus ridere. Ex totius loco nihil erit fortasse, quod de homine dicatur, ipse namque per se homo totus est. Nisi uellemus forte dicere, homo totius mundi pars est. Partes autem hominis eo pacto quo

Homini definitio.

Genus.  
Species.

Proprium.

Totum.

Partes.

V iij partium



*Coniugata.*

partium diuersitatē priore libro fecimus, haud difficile erit inuenire. Cōiugata erūt, humanus, humanitas, humane, ut dicamus, hō est humanus, hō prācipue debet expetere humanitatē, hō debet oīa facere humane. Nemo autē credat hic erratū esse, si v̄bis per se repugnātib; ut fiat ex eis pronūciatū cū re de qua quārimus, alia addantur uerba, quo possint cōmodius in p̄nūciatī formā cū re cōcludi. Cū em̄ per se dicat̄ inepte, homo est humanitas: additis aliquibus uerbis, ut sit, homo p̄cipue debet expetere humanitatē, cōmode dicitur. Simili ratione descriptio per reliquos ducetur locos. Nihil em̄ attinet omnium ponere exempla, quando longū id esset, & facilius sit q̄ ut indicandum sit. Adiacentia & actus maximā & immensam propemodum copiam prābebunt inuentioni. Ex subiecti loco, nihil est quod de homine dicatur. Cum sit em̄ homo generis earum rerū, quā per se subsistunt, in subiecto nequit esse. Sic & causā, & euentā, & connexa, in his prācipue rebus quā agendi patiēdiue generis sunt, primas per se sibi uēdicant partes. Locus & tēpus, describendis singularibus rebus, ut Ciceroni, ut Catoni, ut Romae, ut Athenis, bello punico, cladi Cannensi, multam suppeditant plarunq; materiam. Generibus rerū, quoniam ea fere citra intellectū tēporis & loci apprehēduntur ab animis nostris, & efferūtur, minus iccirco sunt eis hi loci accōmodati. Quinq; accidētium loci, simplici rei describēdā nō facile queūt aptari: sed rectius pronūciatis eis, quā ex priorū locorū descriptiōe ducta sunt, adiungētur. Vt si dicamus, hō loquit̄. loqui actus quidā est hominis: cui cōtingens est, quod p̄fitacus effingit uocē humanam. P̄fitacus autē homini cōparatus, non est contingens, sed specie diuersum. Effingere autē humanā uocē ad loq; genus ē. Quicq; em̄ loquit̄, uocē humanā effingit: sed nō quicq; effingit

*Adiacentia.  
Actus.  
Subiectum.**Causa.  
Euenta.  
Connexa.  
Locus.  
Tempus.**Cōtingentia*

effingit uocem humanam, loquitur utiq; quoniam animalia quā citra intellectum id agunt, non loquuntur. Sed hominem loqui, comparatum ei quod est p̄fitacū effingere humanam uocem, cōtingens est. Sicutiā, tussire hominē ad id quod est, hominem loqui, cōtingēs uocamus. Similit̄ in loco q; nomē uocat̄, si dicas hō uocat̄, nil uideris dicere, qd ad eū locū pertineat, nisi addas iā ei pronūciatū id, quod dici solet, quoniam factus fit, ex humo: uel simile quiddam. Ex eo quoq; loco, qui pronūciatorū dicitur, nihil itidem posse simpliciter dici, hinc patet, quod quisquis de re pronūciaturus est, necesse est pronūciato id faciat, quod quia cōstare oportebit ex re & eo quod de re dicitur, necessario ex aliorum locorum aliquo ducetur. Comparationes itidem & similitudines rerum, non fiunt per se rerum ad res, sed semper accipitur aliquid in re, per quod fiat eius ad aliam rem cōparatio. Homo per se nulli cōparat̄, nisi capiamus in eo, uel magnitudinem corporis, uel uires, uel celeritatē, uel quēcunq; alia talia capi possunt, in quo reliquis uel animalibus uel hominibus cōparet̄. Opposita & diuersa, quia solū negatione pronūciantur, nihil est quod per se describēdā rei cōferant, nisi alijs locis adhibeātur, ut uel in cōparatiōes uel similitudines trāsferāt, uel aliorū locorū usum. Vt quēadmodum dicimus, homini est studiū honestatis, cura discēdi: adiacentia sunt hęc, sic dicimus etiam a cōtrarijs, homini est odiū uitiorum, euitatio ignorantia. Et ex diuersis hominis, brutis nullus est uitiorū uirtutūq; delectus, nullus respectus sciētia aut ignorantia. Illud etiam admonuisse uolumus, utilissime singulares res, & ut quaeque notissima est, ab his describi, qui primam huic curae afferunt manum. Vberius enim, quia singularia sunt, omnes inter se locos continent. Et quia nota sunt, faciliore prebent inueniendi uia. Quia

*Nomen.**Pronūciata.**Comparata.  
Similia.**Opposita.  
Differentia.*



Quia constat hac facultas usu præcipue & crebra experiendi consuetudine. Alendus enim spe est animus, quisquis maius aliquid conatur, nec sumus inter principia maxime operis difficultate deterrēdi. Nonnunquā enim maiora propemodum uiribus nostris, uel per hoc solum præstamus, quia speramus commode præstare nos posse.

## SCHOLIA IN CAPVT XX

**Εκφερασις.** **Q**uod græcè εκφερασις. i. pura meraq; narratio seu explicatio. Hesychius λόγιον ἐναγγιον. i. euidentem sermonē orationē uel interpretatur. **Q**uē admodum enim sæpe diximus. Præsertim libri huius capite secundo. **Is quem communem uocamus sensum.** Commune & innatum sermē omnibus de rebus iudicium. Ne quis parum cautus, de eo sensu communi existimet loqui Rodolphum, quem phisicā istī nostri enumerant inter sensus illos, quos uocant interiores. **Quam priore libro diximus.** Libri primi capite septimo. **Quæso autem te lector,** sicāne Rodolphum locuturum fuisse credis, si hæc ad tertium spectarent librum? **Non quod homo possit diuidi in ueras speæ.** Non ita, inquit, accipienda hæc sunt, quasi ego existimem hominem in ueras speæ diuidi posse. est enim speæ infima, quæ alias sub se speæ non habet. Sed ita uero speærum meæmini, q. ea in quæ homo diuidi potest, quod ad inueniendi attinet rationem, nihil à speæbus differunt. **Quæ de re lege superioris libri caput sextum.** **Cū sit enim homo generis earum rerum quæ per se subsistunt.** Hoc est. cum sit homo substantia, seu in genere substantiarum. **Bello punico.** Tria bella punica gesserunt Romanis: quorum primo, uictis nauali prælio Carthaginiensibus, finem fecit COS. Lucetanus: alteri, Pub. Africani maior, uicto Annibale: tertio, Africani minor, Carthagine ipsa euersa. **Cladi Cannensi.** **Quam accipere Romani apud Cannas.** ubi (ut Liuij dicam uerbis) quadraginta milia peditum, duo milia septingenti equites, & tanta propè diuim foæorumq; pars, cæsi dicuntur. **Generibus rerum.** Genera uocat, quæcunq; singularia ac indiuidua non sunt. **Quinq; accidentium loca.** Hi loca sunt, contingentiā, nomen rei, pronuntiatā, cōparatio, similitudo. **Sed speæ diuersum.** Diuersum nūc dicit, quod superiori libro differens. **Quoniam sit ex humo.** Ab humo diā hominem, autor est M. Varro. Sūt qui diuersum sentiant, uerum nihil ad hunc locum. Illud per se quiuis animaduertat, ea quæ hoc capite docet Rodolphus, eadem serē esse cū ijs, quæ Erasmus tradit secundo libro copie de colligendis exemplis: quæq; sunt apud Rodolphum ipsam in epistola quadam de formando studio ad Iacobum Barbarianū.

**Tertio**

**Tertio ad locorū usum necessariū hoc eē,** ut postq; res singulas iuxta rationē præcedētē p suos locos duxerimus, tū earū rerū, de quibus dicturi sumus, locos inuicē cōparemus, & proinde ut hi aut cōsenserit iter se aut dissenferint, ita res quoq; aut cōuenire aut discrepare dicamus. Cap. XXI.



**I**uero qui parauit hanc describendæ cuiuscq; rei facultatē, hoc est, ut possit uidere, qd de re quacq; ex oibus locis dici possit, utile erit de propositis duabus rebus, quarū altera dicatur de altera, ut cū descripserit utraq; conferat inter se locos utriuscq; rei, unumquēq; alterius alterius omnibus; uideatq; quid consentaneū possit in eis & qd dissentaneum inuenire. Quatenus em̄ consentiunt inter se loci, eatenus etiā res altera de altera non negabitur. Quatenus autē discrepant loci, non poterunt etiā ne res quidē inter se cōuenire. Si quādo uero duceē idē ex diuersis utriuscq; rei locis, quæ admodum sæpe fieri supra ostendimus, si modo id quod ductū est e locis, certum habeat cū re utraq; consensum, certo etiam uinculo res inter se conuenient. **Querenda autē erunt per omnes locos,** iam cōsentanea, postea rursus dissentanea: tentandūq; hoc pacto, qd in utranq; partē de re, pposita possit dici. **Sumamus in exemplū, Philosopho** habēda est uxor. Hic primū philosophū per suos explicemus locos, similiter & uxore. **Definiā philosophum esse hominē diuinarū humanarūq; rerū notitiā cū uirtute sectantē.** Pro genere erit homo, quanq̄ exactius intuenti subiectum sit. **Species erunt: Stoicus, Peripateticus, Academicus, Epicureus, & quæ reliquæ sectæ philosophorū numerant.** **Propriū est: cura scientiæ cū uirtute, Totum & partes: eadē quæ hois, Coniugata: philosophia, philosophari, Adiacētia: pallor, macies, horror & asperitas frontis, seueritas uitæ, morū integritas, amor laborū, rerum humanarū incuria, contemptus uoluptatū.**

**X Actus**

*De usu locorū  
præceptū tertium.*

*Explicatur  
p locos suos  
philosophus*



Actus: studere, uigilare, laborare: aliquid tale semp̄ efficere, quo me-  
 jor ipse, meliores alij frant. Causa efficiēs est: philosophus qui docuit  
 eum, & cura, & iugis intentio studiorū, quibus didicit. Finis: bene tran-  
 quilleque uiuere. Effecta sunt: mores hominū, uitaeque rectis institutis  
 emēdata, & edita praecepta uitae, cōscripti libri usui & memoriae po-  
 steritatis. Destinata sunt: oīa quae cōsequendae philosophiae causa pa-  
 rauit. Connexa sunt: opes eius qualescūque, discipuli, ueneratio, fama.  
 Locus: patria in qua natus, locus in quo nascitur, publicus, & aspectui  
 omnium expositus, ut qui oībus sit uitae praebiturus exemplum, itē habi-  
 tatio satis certa, cū debeat urbium populorumque corrector & emēdator  
 esse. Tps, ut aetas eius, iuuenis an senex. Accidētium loci, ut praediximus,  
 quia in solā & simplicē rem nō ueniūt, melius in toto pronunciato quā  
 sumptū est, perspicieretur. ¶ Hoc pacto, etiā erit explicanda uxor p̄ suos  
 locos. Primūque definiēda, ut sit uxor mulier in cōsortium uitae liberorum  
 causa legitime accepta. Hic pro genere erit mulier. Species erūt, haec  
 & illa uxor. Proprium, liberos parere. Totū & partes (ut de philoso-  
 pho diximus) non aliae quā hominis. Cōiugata: uxorius, uxorie. Adia-  
 centia: affectus matrimonialis, amor uxorius, cura alendae eius, pudici-  
 tia, aut negligētia tori. Actus: blandiri, queri, rixari, suspicari, aemu-  
 lā metuere, iura genialia reddere, parere, educare, et cōmunē rē fami-  
 liarē curare. Subiectū (quoniam nūc uxore sicut & philosophū tanquā  
 substantiam accipimus) non habet. Causa efficiens est: cōsensus cōiun-  
 ctioque matrimonij. Finis est: procreatio liberorum cōseruatioque. Desti-  
 nata sunt: opes, quibus alij possit, reliquaqueque rerū ad toleranda matrimo-  
 nij onera apparatus. Connexa: maritus, opes, dos, nobilitas. Ipsum  
 etiā uxoris nomen ad connexa pertinet: & earū rerū generis est, quae  
 ad aliquid uocantur. uxor enim mariti est uxor, & maritus uxoris

est

est maritus. Nos autē in praesentia uxorem non tanquā pro qualitate  
 uxoria, sed pro substantia quae ab ea denominatur accipimus. Locus  
 & tēpus in generalibus his quaestioibus, hoc est, quae proposita alio  
 loco diximus uocari, per conditionem inferuntur: ut dicamus, quid si  
 peregrina sit: quid si iuuenis: quid si senex: Per se em̄ nihil horū est in  
 uxoris persona accipere, sed per cōditionē potius adducuntur: suntque  
 & eorum quae supra memorauimus & in philosophi & uxoris perso-  
 na pleraque huius generis. Quia tamē crebro insunt eis, & in alterutra  
 parte sunt propensiora, uelut in conditionalibus accipiuntur. Acci-  
 dentiū loci quae sequuntur, eadem ratione se habent in uxoris nomine,  
 quēadmodum in philosophi & hominis habere praediximus. Verū  
 hi loci, qui ex conditione inferuntur, non incōmode ad contingētium  
 referantur naturam. Quāquā em̄ iuuenem esse uel senem, non sit con-  
 tingens uxori, cui inest iuuenta uel senectus: huic tamen quod est, phi-  
 losophū habere uxore, contingens est, iuuenem habere uxore, uel  
 habere senem. Sicutque ista in uxore ad philosophū relata cōtingētia  
 sunt: sic & in philosopho haec eadē, relata ad uxore, sunt contingētia.  
 In eis autē rebus, in quibus de certo aliquo singularique facto differit,  
 hic locus aptius excutitur: plusque confert, antecedentibus, adiunctis,  
 consequentibus inspectis: quae omnia priore libro sunt explicata. Sic  
 iam inspicimus nomē philosophi, & nomen uxoris, quid eorum uis  
 proposito nostro afferat. Sic pronūciata de hac re, quid quisque ma-  
 gni nominis autor hac de re, in hāc uel illā partem dixerit. Sic cōpa-  
 rata sunt ex philosophi persona, eequid imperatori in exercitu agentī,  
 an seruo, an rectori ciuitatis, habenda sit uxor: Ex uxoris persona,  
 an philosopho habendus sit amicus firmitior, an seruus, an concu-  
 bina. Similia (ut alio loco diximus) nisi simul ex utriusque subiecto &

X ij praedicato

Uxor per suos  
 explicatur  
 locos.



prædicato sumi non possunt. ergo ea continuo aut affirmatiue aut negatiue pronunciare de proposito oportebit. ut doceamus similitudine accepta, philosophum uel habere debere uxorem, uel non habere. Oppositorum, & diuersorum nisi in negatiuis, nullus fere usus.

¶ Cum fuerint ergo, quæ describenda sumpsimus, hoc more per locos deducta, tum conferendi sunt (ut diximus) loci locis: & uidentur, qui quibus conueniant. Ex his enim affirmatiue de proposito statuemus. Qui discrepabunt, hi propositum subuertent. ¶ Primumque per omnes locos consentanea scrutemur. ut sumpta definitione philosophi, qui scrutatur diuinas & humanas res cum cura uirtutis, conferamus huic ordine ea, quæ ex nomine uxoris sunt ducta. Definitio uxoris non multum dabit, nisi ea parte, quæ ponitur in definitione philosophi, cura uirtutis, & in definitione uxoris, causa liberorum querendorum. Querendi enim liberi, cum cura uirtutis, uidentur conuenire. quoniam officium uirtutis uidetur liberos procreare. Deinde genus uxoris, mulier, naturæ ordine iuncta uidetur, Species uxoris, si sumamus clari nominis foeminas, quarum pudicitia & uirtutum inclita memoria est, etiam non discrepabunt, digna enim consuetudo earum, talibus uiris erit. Poterimus hoc pacto definitionem philosophi, per omnes locos uxoris circumferre, & retare omnia. Deinde reliquos ex ordine locos, qui in philosophi nomine sunt, eadem ratione quemadmodum de definitione diximus, cum omnibus locis uxoris coniungere, & experiri, qui conueniant: eos uero qui non conueniunt, intactos relinquere. Hi enim cum postea dissentanea eodem ordine quaeremus, quo consentanea quaesiuimus, materiam inuentioni nostræ dabunt. ¶ Quod si etiam contraria sint aliqua inter se, quæ ex altera parte ducentur, inuenienda tamen utrisque consentanea erunt.

erunt. Quemadmodum Stoicus & Epicureus repugnant, quoniam hic uirtutem expetit, ille aspernatur. Ergo huic, uoluptas tori genialis, & blanditiæ, benignaque uxoris consuetudo, & gratia formæ, consentanea erunt. Stoico uero, cura procreandorum liberorum, & studium coercendæ libidinis, ne alia quam quæ permissum est rapiat. Hic etiam nascuntur argumentationes illæ, quæ proprie enthymemata rhetores uoluerunt dici: cum diuisa una re per duo opposita, utrumque deinde affirmamus uel negamus. quod in enumeratione supra comprehendimus, Cicero complexione uoluit id uocari. Quale est, uxor uel decora est uel deformis. Videtur quidem primo aspectu, si altera sit ducenda, altera ducenda non esse. Qui tamen uolet utrisque consentanea querere, dicet, decoram ducendam esse, in spem pulchritudinis liberorum: deformem, ut exerceat continentiam mariti. Sic qui dissentanea queret, dicet, decoram suspectam esse, deformem inuisam. ¶ Nec uero primo statim conatu desistendum est, si consentanea querenti, prima duorum locorum collatio parum rideat. Sed conferendi iterum, adhibendique ad eos erunt alij loci, quibus consentanea esse peruincantur. Qualia sunt Thucydidis nonnulla, contra communem sensum opinionemque dicta, quæ tamen adhibita probatione, confirmat. Agitandumque hac ratione ingenium: nec acquiescendum solum eis, quæ ulro se proferunt: sed erunt etiam quæ latent eruenda. Sic enim paulatim facultas illa parabitur magna ex parte, quam tribuit orationi Cicero, ut nihil tam improbabile sit, quod non hac uia probabile uideatur.

¶ Uisus autem horum exercitamentorum hic precipuus est, Descriptionis quædam, *Descriptiois  
utilitas.* quæ per eam facile assequimur omnium locorum in qualibet re uelut uno sub aspectu intuitum. Nec enim satis est, scire, locos in omni re inueniri posse: sed oportebit promptos esse, & uelut nutum nostrum expectantes, Præ-



rea, qui nequibit rē propositam per locos describere, nihil est quod inuenturum ex locis certa se ratione confidat. Hoc enim primum est totius inuentionis caput; ex quo commode tractato, omnia copiosissime proferuntur.

Utilitas comparationis.

¶ Comparatio uero inter se duarum rerum descriptarum per singulos locos, hanc praestat utilitatem, ut quicquid inuenerimus, facile aptemus instituto nostro, & in usum argumenti traducamus, & uideamus etiam, quod inuentum nostrum aptū sit argumento, quod ineptū, & quod in hac illaque partē magis prosit nobis; & si quod conatui nostro repugnat, ut id ne attingamus quidē. Si dicam enim, cuiuscūq; est cura uirtutis, ducet uxore, ergo philosophus ducet uxorem: si neget ad uersarius id, quod propositū est, hoc est, ducendā esse uxore cuiuscūq; sit cura uirtutis, iam hac inuentione (quae ex philosophi noie ducta est) habere curam uirtutis, nihil egerimus: nisi habeamus aliud ex persona uxoris inuentum, cui hoc sit consentaneum, ut dicamus, cuiuscūq; est cura uirtutis, procreabit liberos: ergo cuiuscūq; est cura uirtutis, ducet uxorem. Similiter quod in philosophi descriptione positū est, contemptorem esse eum uoluptatū & dolorū, cuiuscūq; inuentorum ex uxoris persona adhibeas, frigidum & segne argumentū conficies. Id uero quod sequitur in philosophi descriptione, incuria rerum humanarū, dissentaneum fere uidetur omnibus eis quae ex persona uxoris ducuntur. Ergo in his danda erit opera, ut si non profint, obsint quāminimum. Ut dicamus, philosophum non uxoris molestia, non orbitate liberorum a coniugio deterritum iri: quoniam contemptor sit uoluptatum & dolorum. Sic etiam, eum non amore filiorum, curaq; parandae eis haereditatis amplioris, aut uxoris desiderio, in uitia cupiditatis aut auaritię prolapsurū: quoniam sit sibi incuria rerum humanarum.

manarū, solum ergo philosophū innoxie bona matrimonij malacq; toleratur. Sic quae per se quandoq; obstare uidentur, contra obstantia alia munimento sunt. Et quemadmodum reliquis in rebus, sic hic fit, ut quae per se in malis numerarentur, alijs comparata malis, in remedijs habeantur loco. ¶ Haec quidem fundamenta sunt omnis inuentionis: quae quisquis recte firmiterq; iecerit, exiguus in relijs restabit labor, parataq; est his ois dicēdi materia: et quicquid dicturi copiam potest instruere, hac uia colligat. Sola deinceps opus est ratione, quae praesenti reij usui aptet ista, & ordinet ea disponatq; & uelut in acie producat.

## SCHOLIA IN CAPVT XXI

**A** Diaantia: affectus matrimonialis, amor uxorius, cura alendae eius. Amo-rem uxorium hic dixit amorem uxoris erga maritum. Curam autem uxoris alendae, ego putem mariti potius quam uxoris adiacens esse. ¶ Negligentia tori. Animus ad alterius quam mariti torum propensior. ¶ Quae proposita alio loco diximus. Huius libri apite octauo. ¶ Antea dentibus, adiunctis, consequentibus inspectis. De his libro primo, apite undecimo. ¶ Quoniam hic uirtutem expetit, ille aspernatur. Hic, Stoicus: ille, Epicureus. Ne cui imponat religio illorum, qui putant pronomen hic, semper ad propinquius antea dens referri oportere. ¶ Quae proprie enthymemata rhetores uoluerunt dici. Enthymema quid sit, explicatum est supra, libri huius apite decimo quarto. Quinquam hoc argumentandi genus, de quo hic loquitur Rodolphus, ipsi enumeratio siue inductio potius quam enthymema est. id quod nec ipse hoc loco dissimulat. ¶ Ciaro complexione uoluit id uocari. Complexio, inquit Ciaro primo rhetoricorū, est, in qua utrū utrum concesseris, reprehenditur. ad hunc modum: Si improbus est, cur uteris? si probus, cur accusas? Alij id argumentandi genus dilemma uocant, diuus Hieronymus syllogismum cornutum. ¶ Quale est, uxor uel decora est uel deformis. Resposum hoc est Biantis, qui interrogatus a quodam, ecquid sibi ducenda esset uxor: Aut formosam, inquit, habebis aut deformem. si formosam, ea cum pluribus tibi erit communis: si deformem, ea crux tibi erit & dolor. Horum utrunq; malum, non est ergo duanda uxor. Lege Gellij libri quinti apite undecimum. ¶ Quā Ciaro tribuit orationi. In para doxis Ciaro: Sed nihil, inquit, est tam incredibile, quod non dicendo fiat probabile: nihil est tā horridum, tam inaltum, quod non splendescat oratione, & tanquam excolatur. ¶ Uelut nutum nostrum expectantes. Ductum a ministris ac famulis diligentioribus, qui eorum, quibus famulantur, etiam nutus spectare solent, nedum auscultare uerbis.

Complexio:  
Dilemma.  
Cornutus syllogismus.  
Biantis resposio.



Summa corū  
q̄ dicta sunt  
de locorū usu.



**¶** Quae sit summa corū, quae dicta sunt haecenus de locorū usu. Cap. XXII  
**T** ERGO demus omnia tanquam sub unum conspe-  
 ctum, totamq; praeeptionis huius amplitudinē in unam  
 summam colligamus, ubi materia differēdi fuerit oblata,  
 siquidem sit formata quaestio, nihil est quod in hac parte laboremus.  
 Sin rudis (ut ita dicam) materia dictionis proponatur, qua ratioe sit  
 in quaestionis conijcienda formā docuimus, quantū tamen id praee-  
 ptione potuimus assequi. Cum habuerimus autē formatam quaesti-  
 onē, tum diligenter est etiā atq; etiā expendenda, cuius generis qua-  
 estionū sit, ex omni illa (quā supra explicuimus) quaestionū trarietate.  
 Nec em̄ facile quis inueniet, q̄ sint probatiōes oēs referēdae, nisi recte  
 naturam quaestionis cognitā habuerit, Deinde tum uidere est, q̄ pa-  
 ctio haec quaestio, quae totius disputationis est caput, in plures diduca-  
 tur quaestioes, q̄d cum hic locus a nobis tractaret̄, pro uiribus est ex-  
 plicatū. Iam iudicij nostri erit, quas quaestiones in primā quaestione  
 cōprehensas tractandas putemus: q̄d tamē ex conditione rerū et uti-  
 litate nascat̄ oportet; cuncq; ea deliberandū est ante omnia, quas que-  
 stiones credamus tractandas, quas remittendas: & an solā eam quae  
 prima est sufficere arbitremur. Vt in quaestione quā modo p̄ exēplo  
 posuimus, an philosopho ducenda sit uxor: utrū in hac quaestioe so-  
 lū de philosophi p̄sona, de qua quaeritur, differere uelimus, an prius  
 generalē in hac inclusam quaestione explicare, an cuiquā ducenda sit  
 uxor. Sic etiā, an optādī philosopho liberi, q̄d ex hac etiā p̄det que-  
 stione, utrū id latius uelimus fundere, & p̄pria q̄stione sua tractare,  
 an solū simplicis argumentationis formā breuiter colligere. Sic an ex-  
 petendae philosopho diuitiae, an philosopho cura rei familiaris obe-  
 unda, & reliq; oia argumenta ex locis ducta, quae latius arctiusue tra-

ctari

ctari pro dicentis arbitrio possunt, & suas quaestiones accipere. Cū  
 fuerit autē constituta nobis quaestio, siue unam siue plures faciamus:  
 eadem erit omniū, quae cuiuscq; confirmandae ratio, ea quam proxio  
 loco diximus. ut acceptis in quaestionibus, ex quibus argumenti ali-  
 qd duci poterit (poterit autē fere ex omnibus quae ponent̄ in quaesti-  
 one) describamus ea, perq; locos omnes ducamus, & tū ex consenti-  
 entium aut discrepantiū ratione, prout de quaestione p̄nunciamus,  
 in hanc uel illam partem argumenta colligamus. Nam de quaesti-  
 one quae expositione explicatur, minus suscipitur negotij, praesertim  
 cum de facto aliquo quaerit̄, cuius tantum ordo, id est, initia, decur-  
 sus, exitusq; sunt recensendi. In eis uero ubi causae rerum quaerunt̄, q̄a  
 possunt unius rei quādoq; esse multae causae: aut habitudo qualitasue  
 rei alicuius inuestigat̄, ut qui quaerat, quibus rebus, aut q̄ genere uitae  
 Cato tantum uirtutis nomen sit assecutus: non oportebit utiq; argu-  
 mentarium, qui de hac quaestione differet: sed solū integre, seuere,  
 iuste, constanter, prudenter, facta dictaq; Catonis expositione colligere.  
 Argumenta tñ & semina omnia confirmandarū laudum Ca-  
 tonis ponet, ex quibus si quaeretur an fuerit laudandus Cato, idē  
 id colligi possit. Sed quia genus hoc quaestionis credētes habet audi-  
 tores, non em̄ quaeritur, an fuerit laudandus Cato, sed quibus rebus  
 tantū laudis sit assecutus: idcirco expositione poterit ea quaestio ab-  
 solui. Quod in oibus his fere rectissime fit, in q̄bus auditor non cer-  
 tantis, sed discentis sustinet personam. Haec ubi fecerimus, p̄uideri-  
 musq; cuncta, q̄bus sit nobis opus ad id q̄d instituimus docendū, tū  
 facile uidebimus, q̄d ad formandā orationē pertinet, an res ea ex qua  
 nascit̄ quaestio, quae per argumentationē est explicanda, simplex sit,  
 & quae solū p̄posita quaestioe possit intelligi, q̄les sunt quas p̄posita  
 Y diximus



Cap. 8. diximus uocari, an sit & multiplex & sinuosa, quæq; ex uaria & flexuosa rerū oriat̄ serie, ut sunt cōditionales q̄stioēs & ciuiles plerq; ad quas recte p̄cipiendas longior narratio p̄cedat oportet. Deinde cū nostrā auditorūq; p̄sonas et rerū de q̄bus simus dicturi cōferimus æstimationē: & cogitamus, q̄s aures nobis auditores, quas eis q̄ cōtra nos dicēt, si qui dicent cōtra, sint adhibiturū: quasq; prius adhibuerint, si q̄ prius q̄ nos dixerint, tū non erit difficile iudiciū nobis, an sit exordio parādus aditus ad animos eorū, & cui uel occurrēdū incōmodo, uel spei incumbēdū: cū uiderimus quid sit nostrarū partium, quo uel premamur maxime, uel cui faueatur. Sic & p̄oratiōe, an tam multiplex res tantaq; fuerit argumētationū copia, ut sit auditoris memoria enumeratiōe reficiēda: an ea sit natura rerū, ut queri de n̄ra cōditiōe, mouere lachrymas: ira, odio, indignatiōe miscere auditorum animos debeamus. Omnium nos rerū p̄sonarūq; conditio rectissime admonebit, si cūcta cōsideremus, quēadmodū diximus, cū loq̄remur

Cap. 17. de his partibus oratiōis. Oia ex eis dē ducenda locis erūt, ex q̄bus argumētatiōes ostendimus duci: siue doceamus, siue beneuolentiā, irā, odiū, misericordiā, alioque moueamus affectus. soliq; cūcta hæc quæstionū capitibus, q̄d inuētiōis est, distāt. Validissimi aut̄ affectus p̄sape oratiōe, quæ expositiōi q̄ argumētationi similior est, mouentur: sæpē tamē & argumētatione, ut alio docuimus loco. Colligēdi tū acumē, oīsq; tenuior illa argumētādi subtilitas uitāda ē. Vtq; semel dicā, puritas illa docētis oratoris, & ip̄etus affectibus turbātis, sicut inuētiōe nihil distāt, ita eloquēdi p̄pe extremis sunt finibus discreta.

## SCHOLIA IN CAPVT XXI

Qua sit ratio in quæstionis formam conijcenda, docuimus. Libri huius capite deāmo. Ex omni illa quam supra explicauimus quæstionum uarietate. Capite septimo, octauo, & nono. Quod cum hic locus à nobis tractaretur

tractaretur. Capite libri huius undeāmo. Quales sunt, quas proposita uocari diximus. De propositis & causis, item de quæstionibus p̄diciatis & conditionalibus, lege caput huius libri octauum. Cum loqueremur de partibus orationis. Capite deāmo septimo. Ex quibus argumentationes ostendimus duā. Totō libro primo. Sæpē tamen & argumentatione, ut alio docuimus loco. Libri huius capite quarto. Hactenus in librum secūdum.

## FINIS LIBRI SECUNDI

# RODOLPHI

## AGRICOLAE PHRISII DE

inuentione dialectica liber tertius.

## ARGVMENTVM LIBRI HVIVS.



RIA SVNT QVAE EXPLICANTVR HOC libro, qua ratioē mouēdi affectus, quomodo oblectādus oratiōe auditor, quo in re quauis ordine, quāue dispositiōe utendū. Porro quāobrē contra eam librorū distinctiōe, quæ in scripto etiā illo exēplari erat, hoc placuerit initiū libri tertij, hæc res mihi in causa fuit. Videbam ex ijs quæ hoc ipso libro diāt Rodolphus, tris ab ipso libros de inuentione dialectica scriptos fuisse: cum dicat capite deāmo quarto, item = q; deāmo quinto, se proximo ac priore libro tradidisse ea, quæ secundo ab ipso libro explicata esse suis indicabimus loās. Et rursus capite duodeāmo: Quem admodum secundo, inquit, libro demonstrauimus. Ergo & nobis hic retinendus erat librorum numerus. Verum non posse id fieri ea ratione qua alij fecerant, superioris libri capite deāmo octauo à nobis ostensum est. quōcirca mihi utiq; commodissīma scernendi ratio uidebatur, si ab hoc loco tertij libri initiū fecissem, p̄sertim, cum nihil usquā occurreret, quod huic distinctiōi magno pere repugnaret: essent = q; his planē consentanea ea, quæ secundo capite libri superioris ab Rodolpho dicuntur. Nam cum illic quatuor sibi eo libro explicanda proponat, qd dialecticæ & qui eius sit finis, quæ materia, quod instrumentū, quomodo ex loās paranda disse vendi faaltas: quæ potuit congruentior horū librorū esse discretio, quā ut quæ illic explicanda proponuntur, ea relinqueremus libro secundo: reliqua in tertium hunc conijceremus? Quæ mihi uel icārco admonenda hic erant, ne quis protinus nouitate distinctiōis offensus, temere ac sine causa, omnia, non tam mutata, quā m de prauata contaminataq; esse uoāferaretur.

Y ij

C affectus



¶ *Affectus quid sit, unde oriatur, & quibus potissimum rebus nos moueat. Tum quomodo diuidantur affectus, & e quibus oratores maximam sibi laudem meruerint. Caput primū.*



VONIAM AVTEM DE AFFECTIBUS dicere locus admonuit, et dicturum me de eis priore rerū tractatu pollicitus sum: paucis, quæ natura eorū, quæ uis sit dicā, ut cū cognitos eos teneat, qui inuenire cupit, paratū habeat tanquā scopulū uniuscuiusq; naturā, ad quē sint omnia argumēta uelut

tela dirigenda. ¶ Affectus autē mihi nō aliud uidetur esse, quā impetus quidam animi, quo ad appetēdum auerſandumue aliquid uehemētius quā pro quieto statu mentis impellimur. Omnis itaq; affectus uel ex appetendarum rerum, uel auerſandarū studio nascitur. Appetitūscq; quæcunq; uel reuera uel in speciē bona sunt; contra auerſamur, quæ noxia sunt, uel nocitura credūtur. Nec solum afficimur eis, quæ nobis bona putamus aut mala, sed alienā quoq; uicē dolemus, gaudemus, irascimur, miseremur. ¶ In omni autem affectu duo sunt præcipue quibus mouemur: res quæ accidit aut expectatur, & persona ad quam res ea redit. Quæcunq; ergo res digno contigerit, siue bona ea sit siue mala, gaudemus. Contra, si qua indigno, ferimus moleste. Et si quidē bona sit, inuidemus, irascimur: si mala, miseremur, & in doloris uenimus societate. At in his affectibus, quibus, qui in suam cuiusq; ueniunt personā, res sola plerunq; sufficit affectui, & per quā breuis est de persona cunctatio. Nemo enim fere nō sibi fauet. Quicquid bene ceſſerit, id digno sibi; quicquid secus, indigno id euenisse persuadet. Venit & quandoq; in partē rei, persona, non quædam

*Affectus quid*

*Affectuum or-  
tus.*

*Duo in omni  
esse affectu  
quæ præcipue  
nos moueant.*

cui

cui contigit, sed aqua profecta res est. Vnde perſæpe, non tam bene aut secus de re quæ facta est existimamus ex re ipsa, quā ex animo aut opinione eius qui fecit. Vnde ſcite apud comicum dictū est. Vnum hoc ſcito, contumeliæ non me feciſſe cauſa, sed amoris. Et itē alio loco. Abs quiuis homine cū opus est, beneficiū accipere gaud eas; uerumenimvero id demum iuuat, si quem æquū est benefacere, beneficit. Sed in tractatu rei, persona hæc ad efficiētū locum redigetur. Quandoq; persona etiā ad subiectū locum pertinet, ut si quis propter uirtutes amet quēpiam, uel propter decorē: ſimiliterq; oderit in eo uitiā, uel deformitatem: res quidem sunt uirtus, uel uitiū reliquaue, quibus spectatis, animus præcipue mouet; persona uero uelut res quædā fit accessio: quoniā rebus etiā sine persona moueremur, personam sine rebus nihil ad nos putaremus pertinere. Et quoniā res subiectū est persona, cum tractabuntur res, in eum locū ponēda erit. Quia tamen affectus completi præcipue personā uidetur, & nomē affectus illi tribuitur; tametsi prior sit nobis uirtutis uel decoris cura, sine quibus personā negligere mus, ipsa tamen persona est quæ amari dicitur, quā odimus, cui inuidemus. idcirco in his pro re sæpe accipimus personam, & rem inter locos personæ collocamus. ¶ Nihil autē refert in affectibus, aut sic esse re, aut uideri. Temerarius est enim affectus omnis & præceps, rapit mentē, & plerunq; alius ex alio nascitur. Vnde fit, ut de rebus omnibus, non ex uero statuatur, sed bonas eas malasq; putet ex opinione, quā indidit alterius affectus error; uel quā leuiore quacūq; & inani pſuaſione ſecutus est. ¶ Sunt & affectuū diuturniores alij, qui longo sunt usu firmati: ut amor, odium, inuidia, luctus, metus; & in summa, omnis, quicūq; maioris alicuius causæ pſuaſione animos obſedit. Alij breuiore & subiti magis: ut qui

*Notatiua mala*


*Affectus dupli-  
cias.*

Y iij cum



342 RODOLPHI AGRICOLAE DE INVENTIONE  
 cum alijs ex causis, tū orationis uēto, tanq̄ in stipula ignis cōcitantē.  
 Hi quoq; sicut de improviso p̄p̄modū prorūpunt, sic celeriter q̄q;  
 persēpe & quāuis leui causā refidunt. ¶ Quāq̄ sit autē capax omniū  
 affectuū oratio, & nullus non locū aliquādo sibi uendicet in dicēdo,  
 duo tamen uel maxime oratoribus laudem tulerūt, odiū & miseri-  
 cordia. Sane Aristoteles in eis libris quos de rhetorice scripsit, mul-  
 tos enumerat, & quid sit quisq;, quibusq; rebus oriatur, extinguatq;  
 rursus, copiosissime profēquitur: ut fuit uir ille ingeniosissimus,  
 omniq; rerū copia instructissimus. Quæ quisquis scire uolet, ex illo  
 paratū erit inquirere. Mihi uidetur, quisq; cōmunis sensus plane nō  
 erit expers, cum rem de qua dicturus sit cum auditoris contulerit  
 animo, cunq; perspiciat quid dicendo uelit efficere, non latiturq; cum  
 in quod affectus genus sit rapiēdus auditor. Deinde quoq;, cum res  
 personis (quēadmodum modo prædiximus) coniunxerit, facile ex  
 re, quod bona ea malaue sit; facile ex persona, quod ea re illa digna sit  
 aut indigna, deducet.

SCHOLIA IN CAPVT I.

 T dicturum me de eis priore rerum tractatu polliatus sum.) Libri se-  
 cundi apite deāmo septimo. Et rursus libri primi apite primo. Por-  
 rō de affectibus multa sexto institutionum libro Fabius. ¶ Vñ hoc  
 scito, contumelia me non fecisse causa.) Chærea in Eunucho exasatus  
 rus se Thaidi, q; uirgane uitisset, inter alia multa dicit & hæc:

Imò, ita quæso. unum hoc scito, contumelia  
 Me non fecisse causa, sed amoris &c.


¶ Et item alio loco: Abs quiuis homine.) In Adelphis apud Terentium sic legis:  
 Abs quiuis homine, cum est opus, beneficium accipere gaudeas.  
 Verumenimvero id demum iuuat, si quem equom' sit benefacere, is facit.  
 O frater frater, quid ego nunc te laudem? satis certe scio,  
 Nunquam ita magnificè quicquam dicam, id uirtus quā superet tua.

¶ Triplici ratione affectus posse tractari, & solam tertiam rati-  
 onem esse loci huius. Caput II.


Tractantur

Qui affectus  
 laudē maxi-  
 mā attulerint  
 oratoribus.

  
 Latituru

 Raçantur autē affectus triplici ratione. Aut em̄ experi-  
 mimus oratione affectū, hoc est, irati, metuentis, aman-  
 tis, cupientis, imitatur uerba, qualis fere est omnis in co-  
 mœdia, tragœdiæq; orō. Sed hæc ardentiores habet motus, quoniam  
 personas habet magis insignes & res grandiores. Illa quietos magis  
 & propius a tranquillitate distātes, quia res personasq; de medio su-  
 mit. Qua in parte, necesse est, cogitationes, uota, quærelas, desideria,  
 preces, contentiones omnes, pro natura cuiusq; affectus, exprimat  
 oratio. Ante omnia uero elocutionis genere istud conficitur, ut ipsa  
 dictio, tumultū perturbationeq; concitate mentis imitetur. Et est  
 quidem in hac affectuum imitatione præcipue posita ea uis, quam  
 nonnūquam colorē uocamus dictiōis. Vt cū eandē rem multi dicāt,  
 siue exponant qdem siue argumētentur, alius tamē monētis solum,  
 alius irati, alius quærentis, alius miserantis tueatur colorem. In sa-  
 tyra uidemus, idem tribus illis qui adhuc extant, Horatio, Persio, &  
 Iuuenali, institutum esse, eandemq; rem tractari. Ea est, ut mores ui-  
 tamq; emendent, & reprehendant uitia. Suum tamen quisq; secutus  
 est colorem. Horatius ridentis speciem, & ingenuo (ut ipse ait) culpā  
 defigere ludo affectauit. Persius seueriorē & prope philosophi per-  
 sonam accepit. Docēdo itaq; reprehendit, & reprehendendo docet.  
 Iuuenalis indignātis & irati plerunq; præfert speciem. Quare ere-  
 ctior paulo & profluentior carminis compositio, magis decuerit  
 eum, sicut & sal amarior plerunq; & solutior orationis libertas.  
 Nec ulla alia in re magis positum esse decorum orationis illud cre-  
 diderim, (quod tantopere in oratore suo laudauit Cicero, tantaq;  
 ubiq; secutus est obseruatōe)q; si ex hac imitatione desumptus sit co-  
 lor, isque dicentis persona, ex sua, auditoris, rerūq; collata existima-  
 tione,

Primario  
 tractandorū  
 affectuum.

  
 Color di-  
 ctiōis  
 qd



Secunda tra-  
ctandorū affe-  
ctū ratio.

tione, apte & diligenter accommodatus. Sed plura de his dicere, ad eloquendi magis quā inueniēdi pertinet rationem. ¶ Secunda tractandorum affectuum ratio est, cum aliquem affectu aliquo concitū describimus. & quæ fecerit, quæ dixerit, sic explicamus, ut ex omnibus affectus possit deprehendi. Cuius rei cū multis in locis multa sunt apud autores exempla, tum egregium apud tragicū nostrū in Oedipode: Prædicta postq̄ fata & infandum genus Deprehendit, quæq̄ sequuntur, notus enim est locus. Huius etiam generis est, cum uel nos uel alium quempiam esse aut fuisse aliqua affectiōe p̄motos docemus, quæ utrolibet modo, & argumentatione & expositione possunt explicari. Multū autem interest inter hanc rationē & priorē illā. Quoniam ex priore solum color assumit, quē possumus etiā aliud agentes præferre. Sicut em̄ qui obiurgat, plerumq̄ irati speciem habet, ita possumus & amantis personam gerentes obiurgare, & indignari, & queri, & reprehendere, quemadmodū apud Vergiliū Dido querit̄ primum: Dissimulare etiam sperasti perfide tantū Possenfas: Deinde iam flagrat ira: Nec tibi diua parens, generis nec Dardanusa autor. Omnia tamen foeminae furentis colorē habent. In hac autē parte, nō color orationis, sed res ipsa quæ agit, hoc est, quā docere conamur, continet̄ affectu, in hoc em̄ dictio impendit, ut hoc aut illo pacto affectū quēpiam esse doceamus. ¶ Tertia uia qua tractant̄ affectus, est, cū auditoris aīn tractare nitimur: cūq̄ nō querit oratio affectū docere n̄m, sed eruere excitareq̄ cupit alienū. Hocq̄ ē, qd̄ secundo numerat̄ loco, qui tria uolunt oratoris esse munera, docere, mouere, delectare.

## SCHOLIA IN CAPVT H

Sed hæc ardentiores habet motus: In tragœdia, inquit, affectus insunt uehementiores, propterea q̄ in ea illustriores grauiorēsq̄ personæ quā in cœ-

mœdia

mœdia introducantur. &c. Lege Horatij libellum de arte poetica. ¶ Qui ares personāsq̄ de medio sumit. ¶ Quia in cōmuni hominum uita uersatur, & res personāsq̄ habet plerumq̄ humiles ac uiles, nōnunquam etiam sordidas. ¶ Ut ipsa dictio. ¶ Ipse orationis ductus ac ueluti color. ¶ Colorem. ¶ Habitum, speciem.

¶ Horatius ridet is speciem. De hoc Persius satyra prima:

Omne uasfer uitium ridenti Flactus amico  
Tangit, & admissus arcum præcordia ludit,  
Callidus exasso populum suspendere naso.

¶ Et ingenuo, ut ipse ait, cul pam defigere ludo. ¶ Lapsus memoriæ est. Neq̄ enim apud Horatium hoc armen legitur, sed apud Persium satyra quinta. Quo in loco Cornutus inter alia multa his etiam uerbis admonet ipsum poetam Persium:

Verba togæ sequeris, iunctura callidus acri,  
Ore teris modico, pallentes radere mores

Doctus, & ingenuo cul pam defigere ludo. &c. Ceterum hanc trium horum satyricorum diuersitatem is demum intelligat, qui omnes singulorum satyras euoluerit, & quidem diligentissime. ¶ Sal amarior. ¶ Amarulentior reprehensio, amarulentiores iōa ac dicta. ¶ Solutior orationis libertas. ¶ Libertas maior, & quæ minus astricta obnoxiaq̄; illis sit legibus. ¶ Decorum orationis illud. ¶ Decorum. Cicero in oratore ad Brutum: Sed est eloquentiæ, inquit, sicut reliquarum rerum fundamentum sapientiæ. Ut enim in uita, sic in oratione, nihil difficilius, quā qd̄ deat uidere. ὡς ἐπιπρόν appellat̄ hoc Græcā, nos dicamus sanè decorum. de quo præclare multa præcipiuntur, & est res cognitione dignissima. Huius ignorantie non modo in uita, sed sepius in poematibus & in oratione peccatur. Est autem, quid deat, oratori uidendum, nō in sententijs solum, sed etiam in uerbis. Nō enim omnis fortuna, non omnis honos, non omnis autoritas, non omnis ætas, nec uerò locus, aut tempus, aut auditor omnis, eodem aut uerborum genere tractandus est, aut sententiarum. Semp̄q̄; in omni parte orationis, ut uita, quid deat est considerandum. Quod & in re de qua agitur positum est, & in personis, & eorum qui dicunt, & eorum qui audiunt. Itaq̄; hunc locum longe & late patentem philosophi solent in officijs tractare: non cum de recto ipso disputant. Nā id quidem unū est, grammaticā in poetis, eloquentis in omni & genere & parte causarum. Quā enim indecorum est, de stilliadijs, cum apud unum iudicem dicas, uerbis amplissimis & loas uti cōmunibus: de maiestate Populi Romani, & summissè & subtiliter? Hic genere toto. At persona alij peccant, aut sua, aut iudicum, aut etiam aduersariorum. nec re solum, sed sæpe uerbo. etsi sine re nulla uis uerbi est, tamen ea res sæpe aut probatur aut reiicitur, alio atq̄; alio relata uerbo. In omnibusq̄; rebus uidendū est, quatenus. Etsi enim suis cuiq̄; modus est, tamen magis offendit nimium quā parum. In quo Apelles pictores quoq̄; eos peccare dicebat

Z bat



bat, qui non sentirent quid esset satis. Magnus esset hic locus Brute, quod te non fugit: & magnum uolumen aliud desiderat. Sed ad id quod agitur, illud satis: cum hoc deare, quod semper usurpamus in dictis & factis, minimis & maximis: cum hoc inquam deare dicimus, illud non deare: & id usquequaque quantum sit appareat, in aliisq; ponatur, aliudq; totum sit: utrum deare an oportere dicas? Oportere enim perfectionem declarat officij, quo & semper utendum est, & omnibus: deare, quasi aptum esse consentaneumq; & tempori & personae. Quod cum in factis sapissime, tum in dictis ualet, in cultu deniq; in gestu & in assu. Contra idem de deare. Quod si poeta fugit ut maximum uitium, qui peccat etiam cum probam orationem affingit improbo, stultoue sapientis. si pictor ille uidit, cum immolanda Iphigenia, tristis Chalcas esset, maestior Ulysses, mcereret Menelaus, obuoluentum exput Agamemnonis esse, quoniam summum illum luctum peniallo non posset imitari. si deniq; histrio quid deat querit: quid faciendum oratori putemus? (Apu'd Tragicum nostrum.) Apud Senecam in tragodia ea, cui nomen est Oedipus.

(Apu'd Vergilium Dido.) Quarto Aeneidos.

¶ Affectus, nunc ex solis rebus, nunc ex solis personis, nunc ex utrisq; dua posse. Neq; uero frigidus esse debere, sed paulatim augendos: Tum quomodo augeri possint, & quo rursus modo imminui.

Caput III.



Via nascitur autem omnis affectus (ut diximus) siquidem pro aliena suscipitur persona, ex rei specie, quae uel euenit, uel expectatur, proinde ut ea bona malaue creditur: & existimatione personae, quia uel dignam eam uel indignam eo casu putamus: tertium saepe accedit persona, quae rem opera consilioue explicuit, quibus uero affectibus pro nobis mouemur, sufficit quaedam res, efficiētis tamen etiam persona saepe adiungitur, saepe etiam & nostra persona, quod ad dignitatem indignitatemue pertinet, in his ipsis utimur affectibus, si quid ea alterutram in partem habeat notabile. Ex his ergo, uel oibus, uel singulis argumēta ducentur, pro rerum conditione, et affectus quem conamur excitare natura. Cicero quidem quaedam ex persona solum ducit, ut pro Planicio, pro Sylla. Quaedam ex re, ut in Nauarchorum casu deplorando, contra Verrē, Quaedam ex utrisq; ut pro

pro Quintio. Pro Milone uero cum personam Milonis indignam eo casu docuisset, pro re (ut alio loco pluribus diximus) suam subiecit personam, et suis lachrymis tanquam iustis maximeq; fauorabilibus causam commendauit. ¶ Non sunt autem eo ducenda argumentationes, ut colligere nitamur, miserendum, inuidendum, irascendum, fauendum esse. Satis est de re personaeq; demonstrare, id quod natura affectus postulat, ut res bona uel mala, persona digna uel indigna sit. Quod si recte & ex sententia fiat, sicut auditoris animus, qui oratione possit expugnari, sequetur affectus ultro. Rapidus enim est, & tantum opus est coepisse. In reliqua, cum semel impetum collegerit, uelut decedentes summis montibus torrentes, praecipiti per decliue cursu deuoluitur.

¶ Est igitur omnis dicentis in hoc conferenda cura, ut affectum, qui dicendo repente non potest fieri summus, paulatim excitemus oratione: demusq; operam, ut rebus & personarum aestimationem, in hanc illamue partem, uelut gradibus quibusdam ab infimo ad summum producamus. Quod tum amplificationem, tum argumentationem rhetores uocant. Sicut enim in rebus, prope laudis est expertus ea, quaecumque tamen generis sui nomen tuetur, proximūq; est a conuicio, dici (quod dici solet) est quidem homo, sed solum homo est, est doctus, sed praeterea nihil. Ingentem rem, spectandam, admirandam esse oportet, et quae oculos animosq; suspendat, quaecumque debet insigni aliquo loco numerari. Sic etiam, ne affectus quidem meretur nomen, quisquis est a mentis tranquillitate proximus. Ergo ut moueri, rapi, ardere dicat auditor, magnitudo rebus est addenda, perque oia quaecumque possimus res extollenda sunt incrementa. ¶ Sicut autem quantitate magna quaedam per se in rerum toto genere creduntur, ut mons omnis, etiam elephas magnus dicitur: alia comparatione magna dicuntur, ut adamas adamanti mino

Paulatim augendos esse affectus.

Non frigidus sed uehementes excitandos esse affectus.

Affectus quae ratione augeri possint.



ri comparatus, & granū milij minori grano milij, dicitur magnum, Sicutiā in his quorū aestimatio initur, et quæ nostra opinione magni putantur, quædam per se uidentur talia, quædā cōparatione tollūtur, Per se magna uidentur, ut religio, patria, parētes, coniuges, filij, uita, ualetudo, honor. Et hæc quidem omni hominū generi. Alia sunt magna singulorum opinione, ut quicquid est quod unicuiq; maiorē in modum desideratur, ut sitiēti potus, esurienti cibus, studentī eruditio, auaro pecunia. Cū uolumus ergo aliquid augere, docebimus pertinere ad hæc tuenda, uel paranda, uel ad ea quæ obstant istis depellenda. Quanto plura in hoc genere coaceruabimus argumēta, & alia super alia cōgeremus, tāto fiet res maior. Ut cum docuerimus non posse quē sine eo de quo differimus, incolumitatē tueri. Deinde addamus, ne uitā qdem in tuto sibi fore. Post hæc, idem periculi parentes manere. Iam patriā quoq; & aras focosq; in discrimē adductū iri. Pro cuiusq; rei natura, ingenioq; auditoris, hæc erunt adhibenda. Vidēdumq; ad quam partē rerū earum, quæ uel ab omnibus magni putantur, uel priuatim ab his qui audiūt, id quod in orationē uenit, possit accōmodari. Namq; & hoc inter utilissima fuerit, uidere, quid is apd' quē dicimus, maxime pbet: quē auerfetur, in quē sit pronior affectū. Alius em̄ ab ira facilius aufertur, alius est aduersus misericordiā infirmior, quosdā inuidiā torquet, aliquos promptius metu cōcufferis. Ergo & hæc & quibus rebus facilius in ista ferantur, diligenter erit explorandum, & qua parte, facillime uictoriā cedent, ea erunt acerrime oppugnādi. ¶ Comparatione uero res tollūtur, alias quidem non expressa per orationem cōparatione, sed tacite audientis animo collecta; alias aperta, & dicendo demōstrata. ¶ Prior iste comparationis modus fit, uel cum rem de qua differimus in partes spargimus

Dupliciter rē  
cōparatione  
augeri.

spargimus, & uelut unā in multas distribuimus. Multa namq; uno, quia plura sunt, maiora quoq; uidentur. Sic qui bellū dixit, omnia quæcūq; solent in bello fieri cōprehēdit. At qui metus hostiles, prædas, incēdiacq; uillarū, expugnationes oppidorū, eadem populariū, impensas militares, uastationē agrorum, famē, ægestatem, omniaq; ferro & flāma diruta, omnia sanguine cōspersa dicit, quanquā nihil ille plus dixerit, id tamen consequetur per se, ut cū sic dixerit, dixisse omnia; cum aliter, hoc est, solo belli nomine, nihil fere dixisse uideatur. Præterea maiora uidentur quæ instant, q̄ quæ uel præterierunt ex multo, uel futura sunt. Quoniā hæc, spei metusue locū admittunt; illa, solatiū desideriumue percipiunt, factō iam tandem sine rerum. Ergo si res de qua differitur præterijt, aut adhuc futura est, colligendum tamen est, ea secuta esse uel præuenisse, quæ in præsentia bene aut male nos habeant, prout est rei natura de qua dicit. Ad hæc, præsens rei conspectus præcipue penetrat animos, nec est res ulla ad mouēdos affectus potētior. Segnius em̄ (ut inquit Horatius) irrat animos demissa per aurem, Quæ quæ sunt oculis subiecta fidelibus. Detectæ itaq; sunt in aduerso pectore cicatrices in cōcione, & uulnera deligata in iudicijs, & parentum cognatorūq; lachrymæ, infantium puerorū ætas, reorū sordes prolata in conspectū, & præsentibus aptata oratio. Quod si minus res patitur fieri, oratiōe tamē conatur, q̄ maxime datur, rem uelut in conspectū dare, & oculis subijcere. qd̄ describēda re, & imagine eius uerbis exprimenda, eo (quod ἐνάργεια græci, nostri euidentiam interpretati sunt) maxime consequuntur. ¶ Aperta uero comparatione res crescunt, quoties alijs quibus eas præferimus adhibentur, & earum collatione magnitudo ipsarū colligitur. Sicut autē in quātitatibus, quoties duæ pluresue conferūtur,

Alter compæ  
randi modus.

Z iij maior

Ενάργεια



maior est ea quæ sola manet, & quam non usquequaq; aliæ magnitudo assequitur. Sic in hac cõparandi ratiõe, quicquid aliquid habet quod nõ fit sibi cum alijs cõmune, ea parte reliquis maius uidet, qua solũ eminent, reliquasq; (ut ita dicam) a tergo relinquit. Cicero itaq; cum pro M. Marcello restituto, Cæsari gratias agit, præsentem illã clemẽtiã omnibus bellicis Cæsaris p̄tulit laudibus. Quoniã bellicæ rei decus, & milites & tribuni & auxilia etiã muneri sibi asciscerent: uellentq; cuncti uenire in eius societatem gloriæ. hæc aut clemẽtiã, solius sua esset. Et bellicas laudes multa turbulenta, aspera, horrida, qualia fert belloꝝ necessitas, habere: clemẽtiã laudẽ benignã, plenã modestiã, plenam fauoris esse. In bello quoq; uires humanas humanis uinci uiribus: clemẽtiã animos pectoraq; uincentiũ, qui inuicti uiribus sint, placare. Hæc itaq; quia clemẽtiã cõueniunt soli, p̄fertur hac in parte bellicæ uirtuti. Quod si quis e diuerso uolet colligere, quibus rebus bellica uirtus a clemẽtia superetur, poterit eã similiter multis præferre clemẽtiã. Clementiã em̄ pacatis cõuenire rebus, & pacis potius ornãmẽtum esse, q̄ periculoꝝ præfidiũ, bellicã uirtutem, rebus in ultimũ discrimen adductis succurrere solere: & patriã parẽtesq; ab his quæ uictori collibuisse defendere. Et clemẽtiã laudem uelut in mediõ positã cuius posse contingere: belloꝝ gloriã nõ nisi rarissimũ quẽq; cõsequi. Sic etiã, non hominis modo sed omniũ animaliu esse clemẽtiã: ignoscere em̄ omnia, & post iras iteꝝ pacari, contingere aut res nutu ditioneq; sua, omnes quidem solius esse dei, plurimas aut eius uideri, qui deo p̄ximus sit, quod bellica laude in primis paratur. ¶ Poterunt aut hæc argumentationis exẽpla per omnes locos duci. Posueruntq; uel inter utilissimas exercitationes dialectici augendirationem, cum priores illas, tum hanc postremã

ex

ex comparatione. Quando omnis hominum deliberatio, omnia cõfiliã, fere inter magis minusq; bona iactatur. Necq; quicquã est, quod acrius expendere uim reꝝ, intueriq; doceat, q̄ comparatio. ¶ Laudationibus in primis augmẽtatio cõuenit. Pluracq; em̄ quæ laudis loco ponuntur, per se frigida sunt, nisi extollãtur oratione, & dicẽtis ingenio fiant laudãda. Isocrates in Helenes laudatione, cum pulchritudinẽ eius in maxima laudum illius poneret parte, & pulcherrimã eã fuisse, cũ alijs rebus, tũ Thesçi rapina prudẽtissimi totius Græciæ uiri, et Paridis iudicio docuisset, exiguam tamen laudem conquisisse uidebatur, pulchritudinis quamuis admirandæ, quãuis incredibilis cõmemoratione, nisi & ipsam pulchritudinem (quam alij fortassis ne laudandã qdem putarent, alij in ultimis laudum ponerent) omnibus alijs quæ laudantur, prætulisset.

¶ Diminutiõis ex augmẽtãdi præceptis parata est ratio. Quibus cunq; em̄ additis res crescit, eorũ rursus oportet detractiõẽ decrescat. Ergo cõmotos augmẽtatione affectus, detracta rursus magnitudi-  
*Quomodo im-  
minuẽdi affe-  
ctus, ubi con-  
atati iã fuerit*

ne rebus, ad rationẽ reuocamus, meliusq; & clemẽtius aestimare res, & iudicare de eis cogimus auditorẽ. Hæc q; una est ratio soluendorũ affectuũ, ut pacata rursus cõpositaq; mens tranquillitati reddat. Ali-  
 ter affectus cõtrarijs discutimus affectibus, & iram paratã nobis re-  
 gerimus in autorẽ: uel cõciliata misericordia, impetus eius mollimus;  
 et euocato q̄ndocq; undecũq; nouo affectu, prioris obliuisci cogimus.  
 Potẽtissimus aut ad soluẽdos subitos & recẽs cõcitos affectus est  
 risu. Vnde in causa Murenæ Cicero nihil æque uidetur opposuisse  
 Catonis & Sulpitiĩ maximorũ uirorũ autoritati, q̄ latissimã illam  
 suam facete dicendi festiuitatem, sicq; omne iudicium solutum est  
 risu, ut Cato quamuis natura & institutione, ipsa quoq; accusato-

ris







euidentiā appellamus. Quae de Fabij Quintiliani sexto institutionum libro uerba sic habent: Insequitur ἐνάργεια, quae à Cicerone illustratio & euidentiā nominatur: quae nō tam dicere uidetur quā ostendere: & affectus nō aliter quā si rebus ipsis intermissis, sequentur. Meminit eiusdē rei idem autor libro. 4. & rursum libro. 8. ¶ Cicerō itaq; cum pro M. Marallo restituto, Casari gratias agit.) Longum sit atq; haud sūo an etiam superuacuum, huc ascribere uerba Ciceronis, Oratio extat: qui uolet, inde petat. Illud hic obiter notandū, hunc M. Marallum, cū à Casare restitutus esset, priusq; reuertetur Romā, à familiari quodā suo P. Mago Chilone occisum fuisse. quem admodū in epistola quadā ad Ciceronē refert Ser. Sulpitius. ¶ Isocrates in Helene's laudatione. ) Est & haec laudatio hodie in manibus, quam obrē non est cur de ea quicquā dicamus. Porro ad exacte intelligendum locū hunc, plurimū momentū attulerint ea, quae habet Quintilianus libro 6. de affectibus, & de amplificatione libro 8. ¶ Unde in causa Murenae Cicerō. ) Plutarchus in uita M. Catonis de hac Murenae defensione loquens: Cū uerō dies, inquit, dicendae causae uenisset, Cicerō, qui per id tēpus erat Consul, Murenam defendit, uarijs modis Stoicos philosophos et ista quae appellatur paradoxa illudēs. Ex quo cum multū risum iudiabus inieisset, ipse quoq; Cato subridens, ijs qui iuxta astabant, dixisse fertur. Dij boni, quā ridiculū habemus consulē. Verba haec de re Ciceronis ascripsimus libro 2. Atq; infra etiam de eadē dicamus causa, capite huius libri duodecimo. ¶ Demosthenē quoq; tradunt. ) Videtur mihi & hic locus unus esse ex illis, quos dixi emendaturū fuisse Rodolphum, si opus recognouisset. Quippe ubi nos reposuimus, orauisse, ibi etiā exemplar illud scriptum, quāquam id hac parte non erat manu Rodolphi, non orauisse aut orasse, sed orauit habebat. Qui lapsus eiusdē planē farinae est cum eo, cuius meminimus in priāpio libri secundi. quo etiā in loco plura de eiusmodi labeculis diximus. Quod autē ibi tum diuinabā, ab Rodolpho ita scriptū fuisse, ut haberet Louanij ex a sum exemplar, eam coniecturā interim certiorē fecit exemplar scriptū, praesertim cū id ea utiq; parte ipse exarasset Rodolphus. Fabulae porro huius qua dicitur fuisse usus Demosthenes, & Erasmus in Chiliadibus mentionē fecit. ¶ Cōstat haec facultas. ) De ridiculis acris multa Fabius libro 6. & M. Cicerō libro 2. de oratore.

#### QUOMODO OBLECTANDVS ORATIONE AUDITOR.

¶ Dupliā esse quae nos delectent, ut quae partim sensu partim mente percipiuntur. Atq; omnino dupliā esse uoluptatem, quae percipitur ex oratione, quando alia ex rebus, alia ex ipso orationis genere nascatur. Tum quae res sensum, quae mentem delectent. Et quomodo ipso orationis genere delectandus auditor. Caput. III.

Explendus

**E**Xplendus erit mihi fortasse numerus. Et quae docēdi rationi, mouēdi p̄cepta subieciimus, aequū uidebit, ut quae iucundā faciāt orationē, subdamus, tāetsi alio docuimus loco de lectatiōi nullā inueniēdi certā rationē posse accommodari, magisq; p̄ceptionē huius partis ad rhetorā q̄ ad dialecticū p̄tinere. Quia tñ ex rebus etiam nascitur orationi delectatio, res autem inuentioni praecipue subduntur, ideo paucis etiam de hac parte dicamus. ¶ Delectatio duplex, (ut diximus) quia permotio est cognitūae uirtutis, duae sunt autē uirtutes cognitūae, sensus et mēs, idcirco duplicia sunt quae delectat: q̄q; alia sensu, alia mēte percipiunt. Et ij quidē, qui magis sensibus uiuūt, & corporis tenent uoluptatibus, quorumq; animus corpori seruit, hi magis eā sequuntur delectationē, quae sensibus obijciunt. Cōtra, quorū generosior & erectior animus omnem in mēte curam posuit, hi uelut inimicas & infestas instituto suo corporis aspernant uoluptates, & solum quae mentem delectant sequuntur. Qui inter utrosq; sunt mediij, & suā tribuendam utriq; partem arbitrantur, utriusq; etiam uoluptate capiuntur. Quarū itaq; rerū usu quisq; & perceptione gaudet, earū etiā cōmemorationē praecipue delectat, & his ipsis maxime captat orationis gratia. ¶ Duplex autem est in summa, quae percipitur ex oratione uoluptas, quarū alia ex rebus de quibus differitur nascit, alia ex orationis percipitur genere. ¶ Res quae sensus oblectant notae sunt. Quisq; em̄ sensus delectatur eo quod est naturae suae propriū. Vt oculi, coloribus latissimis, aures, sonis mitioribus, et reliqui suo quisq; obiecto. Sunt quaedam tñ, quae & ad mentem pertingūt, quia uero propius ad sensuum naturam accedunt, & inter sensuū oblectamenta numerant. Vt dies festi, spectacula, ludi, choreae, conuiuia, horti floribus confiti, uerni tēporis grā,

Aa ij fluminū

Familiarium  
epist. Ciceronis  
libro 4.

Catonis de  
Cicerone uerbū.

Delectatio duplex,

Duplex ex oratione uoluptas.

Sensum quae res oblectat.



fluminum per uirentia prata decursus, primus iuuentæ decor, corpora pulchritudine conspicua, amores, ioci, concentus, saltationes, et omnia lætiorum annorum animorumque studia: quorum tamen maxime sunt liberalia, quæ oculorum auriūque studia morantur. reliqua quia crassiora sunt, sordidiora sunt etiam plerūque, ut quorum etiam nonnulla sine honoris non sint præfatione memoranda. ¶ Mentem (cuius proprium est opus ueri bonique perquisitio) delectant omnia quæcumque docent, quæ magna, admiranda, inopinata, inexpectata, inaudita sunt, recõditarum rerum peruestigatio, notitia uetustatis, & rerum in longinquo positarum cognitio, egregia magnorum uirorum dicta factaque, & in omni genere uirtutis acta præclare. Quæ quidem si de eis differatur, iucundam nimirum faciunt orationem, in suo quodcumque genere. Sin asperior & tristior sit res de qua dicitur, tum solent ista auribus expectari. Et uel similitudines docendis rebus hinc sumuntur, uel argumentationes quaeruntur, quarum explicationi tale quippiam adhiberi sit necesse; uel liberius etiam digressionem ad ea dilabimur, quod commodissime fit, cum fallente transitu, sic ad ea deferimur, ut non secuti ea sed adducti esse uideamur. Transitus autem sit aptissime, cum generale aliquid inuenimus, in quod parata est uia ex re proposita, & ex quo rursus in quod digredi uolumus facilis est accessus. Vt quæ de laudibus musices dicit, si uolet ad describendam ueris gratiam dilabi, dicat musas libertate animi omniumque rerum securitate gaudere, & syluas fluminaque expetere. Hic quia iam syluas & flumina, qui dicitur habet, & gaudentem eis musicen, facile iam transibit in ueris descriptionem, cum sit in eo summus istorum decor, & præcipua possit ex eis percipi uoluptas. Itaque quantum sit ornatus, quæ gratia florentium uirentiumque oranium, quis frondibus interstrepentium uolucrum concentus, quam amœnū riuorum per prata labentium

Quæ mentem  
delectant.

Digrediendi  
ratio.

bentium murmur, & reliqua id genus explicabit. Sic in hoc ipso proposito si dicere uolet, quantus sit labor reipublice administrantis, paratum est dicere, musicam leuare curas, & mentem reficere; hæcque deinde cum reipublice administratione coniungere, quoniam præcipue sit his opus ei, qui reipublicam tractat, cum tot ac tantis prematur laboribus, tot curas sustineat: quas deinde enumerabit. Est autem huius rei cum apud multos uidere exemplum, tum apud Platonem Lucianumque in dialogis, quo pacto sumpto diductissimo exordio, a re proposita paulatim & occulto gradu ad id quod instituunt adrepant. Vtilis est differenti hæc transeundi ratio, si quando res diuersas una complecti uolet oratione, sic, ut non turbatam disiectorum membrorum formam, sed unius faciem corporis præsentent. Vtilis etiam, si quando de re tali dicendum sit, a cuius prima mentione abhorreant aures, utposito fauorabili aliquo principio, sensim & plumbeo (quod aiunt) pede, ad id de quo dicturi sumus deducamur. Cuius rei est egregium in primis Ciceronis exemplum in orationis exordio, quæ contra legem agrariam in cõcione dixit. Quod exordij genus rhetores insinuationem dixerunt. Cum enim nihil uideretur magis exasperaturum Populi Romani animos, quam contra legem agrariam, hoc est, spem alimentorum suorum differentem, ergo dilata omni rei istius mentione, primum cepit, non ordinari se orationem de laudibus maiorum suorum, ne illis potius quam populi beneficio cõsulatum acceptum referre uideretur, & popularem se cõsulem hoc ipso uelle uideri, idcirco in senatu initio cõsulatus sui dixisse: permultaque alia in hæc ipsam sententiam; nec esse qui Gracchanas actiones improbet, nec cui displiceat, si quis de populi comodis ferat. Cunctis multis huiusmodi populi molliuisset aures, paulisper & pedetentim allabi ad rem cepit, nec statim contra tendere, sed primum uoluisset socium se Rullo adiungere

A a iij gere

Insinua  
tio



gere, qui cum refugeret, tandemque omnia se diligentius inquisisse diceret, tum demum eo delatus est, ut non se contra legem agrariam dicere, sed contra Rulli dominatum, qui legis specie parabatur, doceret. Contineus itaque fuit hoc in loco transitio latens, ut fauorem quem dicendi initio colligebat, nunquam abrupta re etiam ad asperiora transferret. Digrediendi autem crebrior et magis permixta poetis libertas, Secunda deinde alijs, ut quisque est poetis dicendi libertate proximus. Sed quia digrediendi ratione sumus adducti, ut digrederemur, rursus ad institutum reuertamur. ¶ Secundum diximus esse quo delectaret nos oratio, ipsum orationis genus. Qua in parte primum est, ut habeat oratio motus animorum, colloquia personarum, consilia euentusque rerum inopinatos. Quae quidem quantum ad res pertinere possint uideri, ex oratione tamen capiunt, quod delectant, Argumento est, quod eadem haec magna ex parte, si uideamus, non modo non delectent, sed offendant. iccirco in oratione, non tam res ipsa, quam mutatio orationis qua exprimentur ista, uoluptati est. Et quemadmodum in pictura, praeracque gratissima sunt propter solam imitationem, nec tam res quam ingenium miramur imitationis: sic cum in oratione, personis sua pro cuiusque natura conditioneque uerba tribuunt, et animorum affectuumque omnium figura effingitur, idque consequitur oratio, ut non dici sed agi uideantur res, et inani quadam imagine audientis animus uelut medium se ipse intra actum actioneque rerum constituit, id quoniam sit orationis uirtute, non rerum natura, idcirco est etiam orationi iure tribuendum, Cuius quidem gratiae capacissimum est omnium poema. Quia enim non rem sequitur oratio, sed uoluptati orationis res aptatur, utque maxime placitura sunt sic omnia fingunt, idcirco summa est ei captanda uenustatis istius in oratione libertas. Proxima est historia, seuerior tamen et contractioris frontis, ut quam illefa ueritate

Quaratio=  
ne ipsum ora  
tionis genus  
delectet.

ueritate ludere oporteat. Ciuilis etiam oratio in narrationibus, saepe etiam et inter argumentandum, uel ueris personis uel fictis, affectus suaque uerba tribuit, et non parum hac orationis gratia sibi indulget. Ne in dialogis quidem philosophi expertes huius laudis fuere. Est apud Platonem uidere, tam diligenter effictas differetes personas, ut non Platonis, sed personae, non uerba audire, sed uultus intueri uidearis. In his in quibus ipsa Philosophi loquitur persona, aut si qua sunt quae posita sunt extra actus rerum, extraque affectus, exiguus relinquitur istis locus. Hocque praecipue hac in parte, cum ipsi differetis personae tribuit oratio, delectat, quod et in alijs omnibus generibus quae diximus gratissimum est, si boni emineant dicentis in oratione mores, hoc est, si non sit de se arrogans, si de alijs modesta oratio, si benignum candidumque de rebus proferat iudicium. In primisque placet simplicitas illa omnia in melius flectentis. Iuuat tamen interim libertas, dicentis, sine aliena contumelia, quid sentiat. Harumque rerum, sicut omnium in dicendo uirtutum, obseruatissimus fuit ubique Cicero. Sunt et praeter haec in oratione quae delectant, quae propria sunt orationis, sententiae graues, acutae, nouae, expectatae, dicta facete, amare, false, prudenter. Ornamenta etiam omnia uerborum, sententiarum, et compositionis. Sed haec eloquendi ratione continentur, et idcirco ab his qui huius rei praecipua tradiderunt expetenda.

## SCHOLIA IN CAPVT III

**T**amet si ut alio doauimus loco. Libri secundi capite de amono quarto. ¶ Delectatio, ut diximus, quae per motum est cognitio uirtutis. Superiori libro dictum hoc Delectare. fuit. Delectare est tale aliquid adhibere, cuius sensu atque perceptione is qui accipit gaudet. Vel, est aliquid facere, quod sit sensui eius qui id percipit accommodatum. ¶ Et reliqui suo quisque obiecto. Quae sint obiecta singulorum sensuum, dictum nobis est libri primi capite undecimo. ¶ Quorum tamen maxime sunt liberalia, Voluptas quae oculorum auriumque studia moratur. Pulchrum me hercules hac de re caput est stus et tactus apud Aulum Gellium libro de amono: Quinque (inquit) sunt hominum sensus, turpissima, quos



quos *græa* καιδίσιαι appellat, per quos uoluptas animo aut corpori queri uide-  
tur, gustus, tactus, odoratus, uisus, auditus. Ex his omnibus que imodica uoluptas  
capitur, ea turpis atq; improba existimatur. Sed enī que nimia ex gustu atq; tactu  
est, ea uoluptas, si autē sapiēs uiri consuerūt, omnū rerū foedissima est. Eosq; ma-  
xime, q̄ duabus istis beluinis uoluptatibus sese dediderūt, grauisimi uitij uocabu-  
lis *græa* appellat καλοσίαι uel ἀκαροσίαι. Nos eos uel incōtinētes diuimus uel  
itēperātes. καλοσίαι enī si interpretari coactus uelis, nimis id uerbū īsolēs erit.

Istæ autē uoluptates duæ gustus atq; tactus. i. libidines in abos atq; in Venerē pro-  
digæ, solæ sunt hoībus cōmunes cū bestiis, et icirco in peadū ferorūmq; animalū  
numero habetur, q̄ quis est his beluinis uoluptatibus præiunctus. Et paulō post:  
Quis igitur habēs aliqd̄ humani pudoris, uoluptatibus istis duabus coeūdi atq; co-

**Socratis uer-**  
**bum.** medēdi, quæ sunt hoī cū sue atq; asino cōmunes, gaudeat? Socrates quidē dicebat,  
multos hoīes propterea uelle uiuere ut ederēt et biberēt: sese bibere atq; esse ut ui-

**Hippocrates**  
**de coitu.** ueret. Hippocrates autē diuina uir scētia, de coitu uenero ita existimabat, partē  
esse quandā morbi teterrimi, quē nostri comitalē dixere. Nanq; ipsi uerba hæc

**Plūbeo pede.** tradūtur, στυβόσιαι εἶναι μικροῦ ἐπιληψίαι. Plūbeo, quod aiūt, pede) Hoc est  
quasi suspēso ac minus firmo gressu, pedetenti, paulatī. Ciaro quodā in loco frīg-  
dū argumētū plumbeū pugionem appellat. Quem eundē sensum habet et illud,

**Lex agraria.** plūbeo iugulare gladio. (In conōne.) Ad populū, ad Quirites. (Quā contra  
legem Agrariam.) Hæc est lex illa agraria, de qua toties mentio fit apud autores,  
quæq; omnū propē bellorū auiliū fons & origo fuit. Primus eā promulgauit Sp.  
Cassius regni affectator. Secuti eum sunt multi, qui id ipsum fecere. uerū maximos  
omniū motus hac in re exātariunt C. & Tiberius Gracchi. Ocasio eius legis serē-  
dæ fuit eiusmodi. Solebant Romani, quantū uiani agri hostibus admissent, partē  
uenundare, partim redigere in publicū, & tenuioris fortunæ ciuibus modica pen-  
sione utendū locare. Sed posteaq̄ diuites, ita ut sit, augere eas pensiones cōpere, &  
paupes à conduendis agris excludere, lata lex est, quæ supra quingentā agri iuge-  
ra ciuis Romanus habere prohibebatur. Verū ea lex paucos admodū annos cōtra  
loaxpletæ auxilio fuit. Ac prināpio quidē subornati sunt alij quidā, qui in illorū  
usum agros cōduerent. Deinde uelut abrogata iā lege, ipsi etiā suis editis noībus  
oīa occupare cōperunt. Cui tā inxpletæ diuitū auaritiæ, sæpe à tribunis plebis,  
cū maximo reipub. motu obuiā iri cōceptum. id quod tēpore Ciceronis fecisse et Rul-  
lum, facile ex ipsius Ciceronis contra Rullum oratione apparet. (Nec esse qui

**Gracchi.**

Gracchinas actiones improbet.) Duo fuerunt Gracchi, quorum hic scāt mentionem  
Ciaro, Caius & Tiberius: quibus tanta cura fuit rogandæ ferendæq; legis agrar-  
iæ, ut perire maluerint ambo, quàm ab ea actione desistere. Et Tiberius quidē  
ductu P. Sāpionis Nāsicæ, Caius L. Opimij consulis ductu occisus est. Vitam utri-  
usq; scripsit Plutarchus.

¶ Copia

¶ Copia breuitatēq; faillime aut offendi auditorē aut delectari. quare  
non abs re fore, si de his quoq; pauas agatur: Tum, quo modo copiose,  
quo modo breuiter diā possit. Quis utrobq; seruandus modus. Et qui-  
bus breuitas, quibus ubertas orationis conueniat. Caput. V.



Opia uero & breuitas in dicēdo, qm̄ præferam istis inter  
cætera delectamus & offendimus, cōstantq; etiā inuēti-  
one ista, nō alienū uidet̄ ab instituto nro, paucis de his di-

cere. Cōstat autē orōnis ubertas, uel quia pauca quidē, multis tamen  
eloquimur: uel quamuis paucis dicamus, congerimus tamen multa,  
atq; ut non magnitudine, aceruo tamen rerū tendimus orationē: uel  
quod affluentissimū est, multa dicimus de multis. Si ostēderimus  
aut, qm̄ multa, & quomodo multis dicatur, tria hæc cuiusmodi sint,

facile erit perspectu. ¶ Multa dicuntur, & expositione & argumen-  
tatione. Expositione dicūtur multa, cum non satis habemus, sum-  
mas tantum rerum explicare, sed partes omnes prosequimur. Qui

dicūt em̄, Iuno quoniam oderat Troianos, nauigante ex Sicilia Ae-  
nea classem eius disiecit uī tempestatū. quæ impulsū delatus ad A-  
fricam Aeneas, a Didone hospitio benignissime est acceptus. Hoc  
qui dicūt, totum primū Aeneidos librū complexus uidetur. Qui  
uolet autem paulo uberius dicere, ille quidem causas odiorum, pro-  
pter quas infensa Troianis erat Iuno, recensēbit, deinde, ut e Sicilia  
nauigarint, sollicitatū a Iunone Acolum, ut tēpestatem classi immit-  
teret. Non tamē ille preces Iunonis effinget, non pollicita Aeolī, nec  
quo pacto immissa sit Troianis aut iactauerit eos tēpestas, psequer-  
tur. sufficiet tēpestate disiectos fuisse demonstrare, atq; diuersos aliū  
ab alio, ad littora portusq; africanos esse delatos. Nec Veneris ille  
querelas, nec Iouis responsa, qbus futurus rei Romanæ status expli-

Bb catur

Vbertatē co-  
piamq; orati-  
onis tripliā  
ratione consta-  
re.

Multa quomo-  
do dicamus  
expositione.



catur, attinget. Post tempestatem, relictis corporibus atque confirmatis animis sociorum benigno alloquio Aeneae, tum ut explorandorum locorum gratia profectus sit Achate comitatus, Carthaginensemque peruenit; cuius urbis condenda causam, & Didonis casus, breuius qui dicit explicabit suis verbis; ut describenda Venere, & querelis Aeneae, iactantisque hinc inde uerbis eius, effingat. Deinde, ut in templo Ilionea & socios reginae implorantes fidem ne littoribus arcerentur agnouerit, agnoscendumque se eis & reginae prebuerit. Nihil hic ad ordinem rerum pertinent res Troianae pictura in templo expressae: nihil Didonis pulchritudo, aut templi forma descripta: nihil reliqua multa, quae ut ornandis rebus immensum, ita cognoscendis nullum attulerint momentum. Poeta enim acerrimi ingenij iudicijque, non magni sane putauit, qui fuerint casus, aut ordo rerum Aeneae, quae etiam uix tenuis ad ipsum perueniat fama: sed sumpta illius persona, uoluit tanquam in speculo quodam uarietatem rerum humanarum uitamque & mores hominum spectandos proponere. Quae cuncta, ut maiore uoluptate commendaret, late fudit, quo orationis rerumque decorum & gratiam, quae in angustiis delitescunt, in ipsa amplitudine per omnes posset numeros explicare. Quin & haec ipsa multo poterunt effusius dici. Nam in causis odiorum recensendis, singulae causae longissimae narrationum sunt capaces. Et quod postea dicitur: Vix e conspectu Siculae telluris in altum Vela dabant, hic et quae sit Sicilia describi potest, & quae fuerint manendi ibi rursumque discedendi causae, & apparatus discessionis, & ipsa exprimitur nauigatio. Sic uidemus in prelijs narrandis, tantum quae acies cui cesserit, & quae partium eques pedesue alterius perstraxerit equitem aut peditem. Singulorum rara sit aut perquam breuis mentio, nisi imperatorum, aut eorum qui ordines ducunt. Idcirco

in

in angustum pugnae apud eos colliguntur. Apud poetas, singulae pugnae singula saepe implent uolumina. Quoniam non exercituum solum, sed singulorum hominum casus effingunt, quo magis uarietate & rebus sub aspectu ponendis delectent. Sed & singulorum casus quantum possint extendi, Aeneae & Turni apud Vergilium, Polynicis et Eteoclis apud Statium, facile declarat descriptio. ¶ Dicimus uero argumentando multa, & quando proposita quaestionem in multas quaestiones diducimus, & quaestiones numerosis colligimus argumentationibus, argumentationesque alijs super alias probationibus confirmamus; et si quid exponendum in argumentatione, non contenti caput rei annotasse, totum ordinem eius recensemus, Vt qui probet uirtutis nomen etiam improbitati uenerandum esse, quoniam piratae fama Scipionis adducti, Litemum ubi exulabat profecti sint; et cum conspexissent eum, abierint rursus. Id qui iam uolet eo pacto, quo superius ostendi, ulterius exponere, & ubi sit Litemum, & quare illic exulauerit Scipio, dicit; & in reliqua expositionis ordine, Scipioni piratisque sua dabit, si uidebit, orationem. ¶ Multum autem dicimus una de re, id est, quoties libuit, circa unam rem haeremus, quodque paucis dici potuit, id ipsum late spargimus. Idque tribus illis maxime fit modis, quibus diximus rem unam in multa deduci diuisione, partitione, & dinumeratione; quae quid sint, suo loco diximus. Ergo si quis uolet dicere, uirtutem Ciceroni rempublicam tractanti aptissimam esse, uirtutem diuidet, proque ea religionem, pietatem, iustitiam, fortitudinem, magnanimitatem, constantiam, temperantiam, modestiam, prudentiam, fidem, & reliquas uirtutis species ponere potest; pro republica partes eius, ut sunt patres, & plebs, inopes, potentes, pauperes, diuites. Deinde Ciceronem per adiacentia aut actus aut effecta dinumerabimus: ut qui facundus sit, qui doctus, qui nouus

Bb ij homo,

Argumentatione quo multa dicimus.

Quo pauca multis dicuntur.



homo qui consularis, qui causas agat, & quotidie in iudicijs cōcionibusq; uersetur, quæq; reliqua sunt huius generis. Possunt igitur hæc omnia, uel inter se cōiungi, & unūquodq; unicuiq; prout est cuiusq; naturæ maxime cōsentaneum aptari: uel sic, ut integra cū diductorū numero cōponantur: ut primum diuisa uirtute, & manētibus reliqs dicamus, certum est religionem, pietatē, iustitiam, fortitudinē, & cæteras quas diximus uirtutū species, necessarias esse Ciceroni tractātū tempu. Deinde rursus dispersita repub. nec quenq; dubitatur, quin Ciceroni, qui inter patritios, plebeios, potentes, inopes, & reliquas reipub. partes uersetur, opus sit habere uirtutē. Post hæc, dinumeratis his quæ Ciceroni adsunt, non em̄ fieri posse, ut qui facundus, doctus, & homo nouus, honoribus functus, quæq; reliqua h̄mōi sunt, tempu. administret, ut id recte faciat sine uirtute. Probationū habēt ista faciem, possuntq; probationes esse, si quod primū est ppositum tanq; dubiū accipiatur: nūc tamen non in eum adhibent̄ usum, alioq; quo minus ociosa & supina uideantur, non inepte p̄bationes aliq; interspargerentur. Possumus itaq; hoc pacto, cum uisum fuerit, unā pluresue res in oratione positas spargere, & unāquamq; nō uno solum, sed tribus illis quos diximus explicare modis. Quæ qdem ppositum respiciētibus exemplum, cum tentatu factuq; haud esse difficilia credam, nihil est necesse suis exemplis indicari,

¶ Est & alia ratio dicēdi copiose, quæ sit, cum unam eandemq; rem iterz atq; iterz enumeratis dicimus uerbis. Quomodo plarunq; uidemus apud Ciceronem, nō singula modo uerba, quod crebrum est uidere apud autores, sed totos locos repetitos, in eis præsertim orationibus, quas iunior edidit, qua ætate, sicut semper alioquin, sic tum præcipue, omnis affluentia cultusq; in dicendo cupidus extitit. Sed

hæc

hæc eloquendi, non inueniēdi præceptis comprehenduntur, & diuersa sunt idcirco a nostro instituto.

¶ Brevitatis ratio facilior est. Quarum em̄ rerum collectione copia *Breuitas in* paratur, earum rursus prætermisione *breuitatem consequemur, expositione.* contraria em̄ (ut in uulgato uerbo) contrarijs oriuntur causis. ¶ Breues erimus, in exponendo quidem, si trita omnibus breuitatis sequemur præcepta, hoc est, si rem non a primis utiq; initijs, sed solū quatenus instituto nostro sufficit ordiamur. Aeneas utiq; apud Vergiliū narraturus insidias Græcorū, non labores periculac; bellorū, quibus perfuncti erant, recenset: sed protinus coepit, fracti bello fatiscq; repulsi. Deinde, ut in reliquo decursu expositiōis, quicquid ad rem nostrā non p̄tinet, prætermittamus, cuiusmodi est: (dixit et multa alia, quæ nūc non est narrandi locus) &: (dixit quæ ad rem pertinere putabat) &: respondit quæ sibi uisum est. Quæ moderatio plariscq; nostra ætate studia tractantibus usq; adeo deest, ut non solum uelint quicquid de re dici possit exequi, sed etiam cuiuscunq; ulla parte potest inferri mentio, id undiq; quæsitum accersant. & quanq; diuersa, quamuis repugnantia proposito suo, uiribus detorta tamen inculcent, ex quo iam in friuolis plariscq; & leuissimis quoq; rebus nullus scribendorū uoluminum neq; modus neq; finis sit. Post hæc, si non singulas rez particulas dicēdo prosequemur, sed satis habebimus summas & uelut fastigia rerum perstringere. Cuius rei, cum multa sunt apud autores exēpla, cuiusmodi est apud Vergiliū: Punica regna uidēs, Tyrios & Aganoris urbem, & tota fundata Carthaginis explicatio quæ sequitur. Item in quinto: Interea Aeneas urbem designat aratro Sortiturq; domos, hic Ilion, hæc loca Troia. Et reliqua. Sic apud Terentiū: Placuit, despondi, hic nuptijs dictus est dies. Tum præcipue

Bb iij poterunt



poterunt istud ostendere argumenta comœdiarum, quæ paucissimis uersiculis, totum fabulæ complexum continet. Et declamationum themata, quæ cum breuia admodum sint, uerbosis exponuntur plerumque in declamatione narrationibus. Sic et apud scriptores regum, crebro uidemus copiose fuisse res dictas ab alijs, rursus ab alijs in paucissima uerba contractas. Postremo, si quod uel ex precedentibus aut sequentibus satis potest percipi, ut id ne dicamus quidem. Quod solet autem adijci, ne bis eandem rem dicamus, id cui precipiendum est, ignarum esse, quid sit breuitas, oportere credam. Ex sequentibus præcedentia intelligunt, ut apud Vergilium in quinto: Gaudet regno Troianus Aestes. Ex eo, quod quidem non dixit poeta, satis perspicitur, imperio Aestæ subdidisse urbem recens conditam, & depositos in ea Troianos. Sic apud Terentium in Andria, ex eo quod dixit Crito, eius morte ad me lege redierunt bona: nec mortuam eam esse, nec cognatam sibi prædixerat, utrumque tamen ex eo colligitur. Ex præcedentibus, ut quoties mandata, consilia, causæ explicuimus, quibus uel ordo sequentium rerum, uel uis facile perspicitur, quale est in Phormione Terentij: Est parasitus quidam Phormio, & quæ sequuntur. Deinde subiicit: Ego te cognatum dicam, & tibi scribam dicam. Non dicit, hoc dixisse Phormionem, quod ipsum ex figura uerborum facile perspicitur. Sed hoc quidem prioris loci exemplum est. Quod autem huius est loci, postquam totum ordinem consilij recensuit, deinde rem ipsam, quæ hoc pacto gesta est, cum posset hinc cognosci, solum dixit, persuasit homini, factum est, uentum est, uincimur, duxit. ¶ Argumentationum breuitas in eo posita est, si primum uel recidamus multitudinem questionum, uel quæ si fusius tenderentur, quæstiones futuræ erant, eæ breuiter argumentationum specie colliguntur. Tum si quas sumimus quæstiones,

In argumenta  
do breuitas.

inueniuntur

nes, quæ paucissimis argumentationibus confirmemus, sed ne argumentationes quidem late fuisse colligamus, uerum nonnunquam pro tota argumentatione solam ponamus propositionem. Ut: Quid repetam exustas Erycino in littore classes? Quid tempestatum regem, uentosque furentes Aeolia excitos? Singulæ argumentationes singulis, propositi onibus explicantur. Quandoque singulis prope uerbis densamus argumenta, ut apud eundem auctorem: Quin nata egregio genero, dignisque hymenais Des pater, & pacem hanc aeterno foedere firmes. Pro eo quod dicere instituit, ut natam daret Aeneam, inquit, natam egregio genero: argumentum est, idcirco enim colligitur dandam eam esse Aeneam, quoniam fit egregius gener. Sic quod subdidit: dignisque Hymenais, quanquam id priori prope sit idem. Sic etiam, Des pater, & curam filia, & potestatem uno nomine collegit. Sic quod postremum posuit: & pacem hanc aeterno foedere firmes. Breuius adhuc est, quod Didodo inquit, cum causam quare coniugium auerfaretur dixisset, subiicit: Huic uni forsitan potui succubere culpa. Cum uellet mollire faciem amoris sui, huic uni dixit, quasi iustior esset sibi uenia hac in parte, quæ nulli alii delicto locum esset datura. Et culpam dixit, non peccatum, non crimini. Nec tamen dixit admissuram se: sed, potui inquit, & forsitan, & succubere: ut non factura ipsa, sed amoris impetu uictum iri uideretur. Hoc itaque pacto consequemur, ut quandoque quamuis multa, breuiter tamen dicamus. Nec enim fieri poterit, ut hac densitate stipemus argumenta, si uelimus singula eis quos superius dixi modis dilatandi, id est, uel diuisione, uel partitione, uel dinumeratione, diffundere. Breuitas igitur his rebus maxime constat. ¶ Magni est & uel præcipui in dicendo iudicij opus, quis sit orationis commodissimus modus, & quo fere fit breuitas copiarum claudenda. Nec sane res est, quam facile præceptis comprehendendis

Quis modus  
inter copiam  
libertatemque  
seruandus.



henderis: quoniam auctores, quorum observatio primam edendorum praecceptorum viam aperuit, non eundem omnes in dicendo statuere modum: cum alijs plena & quodam affluentiae impetu rapta probetur oratio: alijs astricta & arguta, & nervis magis quam carne commendata eloquentia, placeat. Quorum difficultius sit haec in alterutra parte vel dānare vel laudare, duo maximi omnis aevi in dicendo viri effecere, Demosthenes & Cicero. Quorum uter fuerit eloquentiae laude prior, magna fuit semper eritque contentio inter utriusque doctos linguae, cum quisque velut patriam hanc laudem, non sine magnis atque dijudicatu difficultibus asserat causis. Cum ergo Demosthenes brevitatis fuerit amator, Cicero copia: & (ut Quintilianus iudicio huius a me sententiae repel- lam invidiam) illi nihil possit detrahi, huic nihil adijci, non erit utique facile inter dissentientia tantorum virorum iudicia, utrum sit potius, inuenire. Si quis tamen certam aliquam & velut praefinitam postulet legem, haud inuenio quid rectius ei respondeatur, quam medium illud, quod inter nimium parumque est, quod modum uocant, id ut in omni re, sic in hac etiam optimum esse. A qua si quis alterutram in parte aberrabit, minus quidem erit mea sententia culpandus, qui in id quod plus, quam quod minus est, deflexerit. Nam qui minus dicet, aut non intelliget satis aut non satis probabit: dicentisque culpa, rei dāno de qua dicitur, luetur. At si plus dicat, quam dicitur forte sit quod obijci possit, nullo tamen id rerum uel intelligentiae uel fidei detrimento constabit. Satius itaque fuerit semper, uel fastidiri potius dicentem, quam rem parum probari. Modus autem quem dicimus sequendum esse, ex instituto dicentis maxime definiendus erit. Pro cuiusque enim destinatione, ut uel docere, uel mouere, uel delectare cupit, optimus putandus erit esse modus, quo poterit quiduis horum consequi qui dicit. Ergo in rerum auditorumque discrimine,

*Censura  
inter de  
mosthene  
& cicero*

*etiam in  
multis  
partibus  
substanti*

scrimine, tota huius rei posita est ratio. Partem tamen nonnullam sibi uendicabit qui dicit. In his itaque rebus, in quibus credentem fingimus auditorem, docendumque tantum dicimus causa, ut in rebus gestis explicandis, tradenda rerum natura, artium praecipuis docendis, reliquisque id genus, quae prope expositione traduntur, breuitas fere gratissima est, quoniam id quaeritur solum, ut intelligat qui audit. At cum res est cum aduersario, qui perueniendus est oratione, uiribus est opus, quae plerumque mora plus, quam impetu ualent. Quorumque non probauerimus ergo, quod sumus aggressi probare, quatenus tamen rei materia probationem accipit, non uidebimur legitimam dictionis impleuisse mensuram. Quicquid autem superabit, id huic instituto putabimus superuacuum. Mouendi (quoniam, ut saepe iam diximus, non est aliud motus, quam uehementis quaedam probatio) idem modus est, qui docendi. Delectationi latius plerumque indulgetur. Unde fit, ut quae poterant per saepe paucissimis absolui, postquam occupauit aures audiendi uoluptas, nostrae oblectationi largissima demus atque expetamus tempora, cum rebus alioquin quamuis angusta sufficerent. Ex eisdem causis quas diximus uenit, ut doctis, prudentibus, grauis uiris, seueris auditoribus, breuior oratio paretur. Facilius enim, uel docentur, uel uolunt uideri discere: minusque affectibus uel dicendi illecebris, obnoxios se prebent. Populus atque omnis promiscua multitudo, omni copia, impetu, splendoreque dicendi est demulcendus. Idcirco ad illos cuncti panduntur eloquentiae sinus. Nec sane est ulla maior eloquentiae fax, quae acriores subijciat dicenti stimulos, quam latissima audientium corona. Eis autem qui dicunt, magnanimis quidem, & acribus, & indoctis, siue sint tales, siue affectent uideri tales, aptior est breuis dictio. Quoniam magnanimi natura sunt imperiosi, fidemque non tam orationi quam personae debent.

*Quibus breuitas, quibus uerbositas copiamque dictionis conueniat.*

Cc debent



deberi putant. & principes singula uerba sua uelut legem accipi uolunt, ut quos saepe quamuis pauca grauent uerba, & qui solis nutibus suis debere obsequium credant. Vnde et in greco prouerbio est, dominos seruis suis monosyllabos esse. Acres, magis urgere uidentur breuitate. Indocti non habent, unde copiam parent. Ergo quauis persaepe multa sint eis dicenda, singulis tamen breuitas magis conuenit, ut quanquam longa, accelerata tamen dictio uideatur. Contra humilioribus, sedatis, prudentibus, doctis, sectanda magis est ubertas. Hi sunt enim qui uidentur & uelle posse rem quamlibet exacte docere: & non solum quod sit unumquodque ostendere, sed rationem quare ita sit ostendere debere. Sic rebus etiam perplexis, dubijs, numerosis, gradibus, adhibenda est copia. Tenuis uero, et nullius momenti, aptaeque & simplices, breuiter dicentur. breuiter enim potest doceri. In partibus orationis, siquidem argumentatione constet oratio, longior expediet dictio, ut quae fide sit maiori labore factura. Expositio in uniuersum breuitas est aptior, quam expediat nonnumquam etiam in suo genere narrationes uerbiosiores, ut sicuti res repetenda altius, uel profertur si sit inferendus acrior affectus, si quemadmodum solet retinendus uoluptate sit auditor. Ois tamen in suo genere expositio, debet argumentatione breuior esse. De exordio et conclusionem cum re deliberandum est, et cum orationis etiam magnitudine, sic ut meminerimus partes eas, et uelut accessiones orationis esse, nec rei docende sed auditoris conciliandi causa paratas. Facilius itaque quam copia in eis quam breuitate peccauerit, nisi tamen praesens res conditio, latior etiam in his partibus dictionem poposcerit. tunc utilitati nimis cedent praecipua, quae in hoc percipiuntur solum, quam creditur utilia. Quod si contrarium res ipsa tulerit, sicut in omni uita solemus, sic in oratione, non quod alias, quamquam saepe, laudatum; sed quod nunc, quamuis in praesentia solum, fuerit optimum, sequemur.

Copia

## SCHOLIA IN CAPVT V.

**C**opia uero et breuitas. Fit hoc saepenumero apud autores, ut casus quispian, interposito relatiuo, quasi absolute ac sine uerbo ponatur. Cicero ad Trebatium familiarum epistolarum libro septimo: Cn. Octauius tuus familiaris, summo genere natus, terrae filius, is me quia sunt tuum familiarem esse, crebro ad cenam inuitat. adhuc non potuit perduere, sed mihi tamen gratum est. Idem in secunda philippica: Agrum campanum, qui cum de uectigalibus eximebatur, ut militibus daretur, tamen infligi magnum rei publicae uulnus arbitrabamur, hunc tu compransoribus tuis et collusoribus diuidebas. Rursus in Verrem: Nam quis hoc non intelligit, istum absolutum diis hominibusque inuitis, cum ex manibus populi Romani eripi nullo modo posse? Verum in his omnibus idem casus repetitur, ac proinde usitatio est locutio, et apud Ciceronem frequens. Rarius est quod hic fecit Rodolphus, a quo hi nominatiui, copia et breuitas, ita in principio orationis ponuntur, ut nullum prorsus uerbum accedat, ad quod illo modo referri queant. quod ut apud alios quoque interim fieri, temere ego negare non ausim, ita sane quam rarum atque inusitatum id esse, planius est, quam ut quisquam possit ire inuidias. Et ut semel dicam quod sentio, aut ego plane fallor opinione mea, aut hic quoque unus est ex locis illis, quos si recognouisset Rodolphus, emunctiores proculdubio in lucem prodissent. **(Per omnes posset numeros.)** Perfectissime, absolutissime. **(Quonia pirata fama Sapienis adducti.)** Hac de re ita legis apud Valerium Maximum, libro secundo, capite de maiestate: Ad Aphricanum eundem in Litterna uilla se continentem, complures praedonum duces uidentum, eodem tempore sorte confluerunt. Quos cum ad uim sciendam uenire existimasset, praesidium domesticorum in teo collocauit, eratque in his repellendis et animo et apparatu occupatus. Quod ut praedones animaduertuerunt, dimissis militibus, abiectisque armis, ianuae appropinquant: et clara uoce nuntiant Sapieni, non uitae eius hostes, sed uirtutis admiratores uenisse, conspectum et congressum tanti uiri quasi caeleste aliquod bene sciam expetentes, proinde searum se nobis praestandum prebere ne grauarietur. Haec postquam domestica Sapieni retulerunt, fores reserari eosque intro mitti iussit. Qui postea ianuae tanquam aliquam religiosissimam aram sanctumque templum uenerati, cupide Sapienis dextram apprehenderunt: ac diu osculati, positis ante uasibulum donis, quae deorum immortalium numini consecrari solent, leti, quia Sapienem uidere contigisset, ad lares proprias uenerunt. **(Vbi sit Litternum.)** Strabo libro quinto id oppidum esse ait Campaniae, inter Sinuessam et Cumas, fluuiumque eiusdem nominis praeterfluere. **(Quare illic exulauerit Sapiens.)** De hoc lege T. Liuij de bello macedonico et Asiatico librum octauum. **(Diuisione, partitione, dinumeratione.)** Haec quid sint explicatum est libri primi capite septimo et nono. illud hoc loco obseruet lector, eandem esse, quam hic dinumerationem

Pirata ad Sapienem.

Litternum.

Cc ij tionem



**Novus homo.** tionem uocat Rodolphus, & quam illic enumerationem. (Qui nouus homo.) Ita dicantur, qui nullas demonstrare possent maiorum suorum imagines, aut illorum res gestas uirtutesque; iactare: sed sua ipsi uirtute ac industria honores essent adepti. Sic Iphicrates ille Atheniensis, obijacente sibi quodam, quod nouus homo esset: mei (inquit) generis splendor a me inapit, tu in te desinit. Et Cicero in Sallustium: Ego, inquit, maioribus meis uirtute mea preluxi, ut si prius noti non fuerint, a me accipiant initium memorie suae: tu tuis uita, quam turpiter egisti, magnas offudisti tenebras: ut etiam si fuerint egregij diues, arte uenerint in obliuionem. Quare non mihi antiquos uiros obiectare, satius est enim me meis rebus gestis florere, quam maiorum opinione nitari: & ita uiuere, ut ego sim posteris meis nobilitatis initium & uirtutis exemplum. (Aeneas itaque; apud Vergilium.) Scando Aeneidos. (Punica regna uides.) Verba sunt Veneris ad Aeneam, primo Aeneidos libro. Sic apud Terentium: Placuit, despondi.) Simonis illius Terentiani uerba sunt, in Andria. (Quid repetam exustas.) Sic Venus Aeneidos libro deamo. (Quin nata egregio genero.) Draas oratoris uerba sunt, apud Vergiliu libro undeamo. (Quod Dido ait.) Aeneidos libro quarto. (Demosthenes & Cicero.) De his Fa. Quintilianus libro deamo, Oratores uero uel praecipue, inquit, latinam eloquentiam parum facere graecae possunt. nam Ciceronem cuiusque; eorum fortiter opposuerim. Nec ignoro, quantam mihi conatem pugnam, cum praesertim id non sit propositum, ut eum Demostheni comparem hoc tempore. Neque enim attinet, cum Demosthenem in primis legendum, uel ediscendum potius putem, quorum ego uirtutes plerasque; arbitror similes, consilium, ordinem, diuidendi, praeparandi, probandi rationem, omnia denique; quae sunt inuentionis. In eloquendo est aliqua diuersitas, densior ille, hic copiosior: ille concludit astrictius, hic latius pugnat: ille aamine semper, hic frequenter & pondere: illi nihil detrahi potest, huic nihil adijci: arae plus in illo, in hoc naturae. Salibus arte & comiseratione, qui duo plurimum affectus ualent, uinamur. Et quae sequuntur. (Quod modum uocant.) Notum est illud Hesiodi:  $\omega\lambda\epsilon\omicron\upsilon\pi\eta\mu\iota\sigma\upsilon\ \omega\alpha\upsilon\tau\omicron\varsigma$ . Et Horatius: Est modus in rebus, sunt certi denique; fines, quos ultra atraq; nequit consistere rectum. Item Phocylides:  $\omega\alpha\upsilon\tau\omicron\upsilon\omega\pi\ \mu\epsilon\tau\omicron\upsilon\pi\ \alpha\gamma\iota\sigma\omicron\upsilon\pi$ . &c. (Minus quidem erit mea sententia culpandus.) His plane consona sunt, quae habet Quintilianus libro 4. capite de narratione. Et rursus libro 12. Non enim tam obest, inquit, audire superuacua, quam ignorare necessaria. Cicero tamen in oratore: In omnibusque; rebus (inquit) uidendum est, quatenus. Est enim suus cuique; modus est, tamen magis offendit nimium quam parum. (Nec sane est ulla maior eloquentiae fax.) Quanta uim habeat in exatando oratore corona astantium, de eare non nihil attigimus libro 1. (Dominos seruis suis, monosyllabos esse.) Solent enim domini imperiosiores rem indignam cedere, si pluribus uerbis sit utendum ad seruos. Atque adeo dimidiatis interim semiplenisque; uerbis sat habent, si quid actum uelint, significare.

Præstare suam uirtute florere, quam maiorum opinione nitari.

Demosthenis & Ciceronis comparatio.

Modus.

Plusne an minus dicendo magis peccamus.

fiare. Quod si quis paulo hebetior, non uel ex nutu uel ex duabus ad summum syllabis quid sibi Chremes ille suus uelit, statim intelligat, huius quae tum ibi obiurgationes? quae fulmina? quae tonitrua? & quid non? Caelum ruere credas, et Iouem ipsum cum omni strepitu suo inde deedere. (Tunc utilitati cedet praecipua.) Quid enim stultius, quid ineptius, quam cum dispendio cause adherere uelle praecipua? quae in hoc modo sunt inuenta ut profint, non etiam ut officiant. Porro ad exactam totius huius capituli intelligentiam, plurimum momenti attulerint libri Erasmi de copia, & quae de narrandi breuitate praecipiant rhetores.

DE DISPOSITIONE, AC PRIMVM EIVS ORATIONIS, QVAE EXPOSITIONE CONSTAT.

Iam deinceps tractandum esse de dispositione. Caeterum cum dispositio artum aliquae requirat ordinem, idcirco prius uidendum esse, quomplex ordo sit rerum. Huncque; triplicem esse, naturalem, arbitrarium, artificialem. Atque; ex his primum rursus quatuor spectari modis, tempore, natura, propositione, & dignitate. Caput. VI.



Erant inueniendi, quae commodissimam crediderim, sit nobis haec tenus dictum. Nec solum quibus e locis facienda esset, sed qua facillime uia nos ad inuentionem eius quod quaque; de re quaeretur perduceret, quae potui conatus sum apertissime tradere. dixique; quaecumque; utilia huic instituto pro captu meo putauim, ut non optimo forsitan euentu, optima certe fide. Reliquum est, ut de dispositione pauca subiiciamus. Et sunt quidem pauca, quae de ipsa dicantur. Nec enim res est, quae constet ita multis praecipis. Aristoteles in rhetoricis ne attigit quidem hanc partem, in octauo topicorum perpauca tradidit. Nec multo plura Cicero & Quintilianus, quique; alij de ea re dixere. Quo excusatius nobis fuerit, si breuius eam perstringamus. Quam quidem si praeterissemus in totum, eam poteramus fortasse Quintilianus auctoritate culpam tueri: qui cum de diuisione, hoc est, de ratione controuersiarum in singula quaestionum capita diducenda; dixisset, copiosissimeque; esset hunc locum executus, de disponendi deinde arte, nullis perpetuis legibus statui credidit

Iam deinceps de dispositione esse agendum.



posse, sed consilium sumi ex praesenti rerum conditione.

*Esse utiq; aliq; disponendi rationem.* Ego quemadmodum inueniendi uiam, ita collocandi quae inuenta sunt, formam etiam quandam esse puto. Quae quidem ut uaria multiplex sit, neque in uniuersum demonstrari queat: dicent tamen ea, quae creberrime conuenient facere. Extra quae si quid res ferat quod faciendum sit, idque ab his quae dicta sunt discrepet, eorum tamen collatione quae plurimum obseruauimus, praesenti quoque usui aliquod succurret consilium. Vtque inter sana numerantur morborum remedia, quae sanitatis tempore alioquin per se esse mala: sic inter praecipua putabitur, si quid sit quod legem praecipuorum fugiat, in eo quoque ordinem praecipuorum

*Cauilli amotio.* uitaesse. At difficile erit inuenire, quod Quintilianus credidit inueniri non posse. Erit quidem difficile, poterit tamen fortasse. Vtque a nobis non possit, uel in hoc tamen conandum, ut nostro errore alius causam demus feliciter ista tentandi. Cum sit autem dispositio (ut Cicero inquit) distributio rerum, quae demonstrat, quid quibus locis conueniat et collocandum sit, non abs re fuerit fortasse uidere in primis, quotuplex sit

*Triples rerum ordo, naturalis, arbitrarius, artificialis.* ordo rerum, quae in disponendo sequamur. Is mihi triplex maxime uideatur. Aliae sunt enim res quae statutum quandam et certum inter se habent ordinem: ut annus prior ad annum sequentem. Aliae uero sunt res, quae uel non habent ordinem: uel quantum possit earum certus esse ordo aliquis, nos tamen nullum sequimur: sed solum utcumque alia alij aptissime ex dicendi occasione subtexti possunt, proinde subiungitur. Quale est apud Liuium, cum de Papirio Cursore dicit, quod omnes hunc maxime, si Alexander arma in Italiam uertisset, illi parum destinassent: hinc sumpta occasione, quaerit, quis fuerit euentus futurus, si bellum Romanis Alexander intulisset. Tertio loco est, cum rerum ordinem consulto turbamus: et quae priores sunt, posteriore loco ponimus. Vt cum prius esset dicere, quomodo capta fuerit

Troia,

Troia, deinde quomodo ex longa navigatione Aeneas uisum esse tantum sit in Africam eiecus: quod postremum est, Vergilius primo libro narrat; deinde priora illa sequentibus duobus exequitur. Primus ordo naturalis est. Secundus arbitrarius (si ita uolumus) dici potest. Tertius est, quem artificialem uocant. ¶ Et naturalis quidem ordo in quatuor istis positus est, prout aliud alio prius posteriusue quadrupliciter dicitur. Est enim prius aliquid tempore, ut dies hesternus ante hodiernum, & hodiernus ante crastinum. Et aliud prius existendi necessitate, uel (ut aliter loquimur) prius natura, id est aut huiusmodi, ut si hoc sit, non ideo necesse sit aliud existere: si autem existat aliud, necesse sit hoc utique existere. Hoc ergo prius est, ut si sit animal, non oportet idcirco hominem esse: sed si homo est, consequens utique est & animal esse. Prius ergo animal est homine. Hoc pacto prius est genus speciebus, partes toto, causa euentis, subiectum adiacentibus suis. Dicuntur et alia alijs priora positione, ut per fretum Gaditanum in orientem nauiganti, prior est Hispania quam Gallia: et haec prior quam Italia, post quam Peloponessus sequitur. Sic contrarium dirigenti cursum, prior quam Italia Peloponessus erit: et deinceps ut antea quodque fuit prius, ita nunc fiet posterius. Sic et per hominis eunti membra, primum, si descendamus, caput erit, postremi pedes: sic ascendenti, primi pedes erunt, caput ultimum, medioque uero sic unumquodque prius erit, ut huius uel illius ordinis primo fuerit propius. Postremo dicitur prius, quod est dignatione praestantius. Sic prior est consul praetore, & tribuno praetor, & aurum prius argento, & argentum orichalco dicimus. Conuertimus tamen interim, & ab infimo ordinem ducimus: primumque, non quod optimum, sed quod uilissimum facimus, sic in magistratibus quaesturam primam, postrema dicitur: & in metallis plumbum primum,

aurum

*Naturalis ordinem quatuor modis spectari: tempore, natura, positione, dignatione.*

*Prius est aliqd. 9 modis*



aurū postremū numeramus, nisi tamē hunc ordinem malimus non naturalem sed artificialē potius uideri. Plerunq; autē fit, ut id quod alia ratiōe prius dicitur, alia sit posterius. Ut tpe quidē, pueritia prior est q̄ iuuenta, aestimatione tamen & dignitate pueritiam iuuenta praecedat. Fieri itaq; potest, ut ordo qui alia ratiōe nō naturalis esset, alio tamen captu secundum naturam sit institutus.

## SCHOLIA IN CAPVT VI.

**I**n octauo topicorum per pauca tradidit. Aristoteles topicorū libro octauo, non in uniuersum de ordine ac dispositione tractat orationis cuiusq;, sed de ea sola, quae conuenit certaminibus ac consiliis istis scholasticis, aut ubi alioqui uia uox disceptatio fit. Nec multo plura Cicero & Quintilianus. Quintilianus de dispositione agit libro 7. Quo in loco inter alia multa dicit & haec: Quae propter totus hic liber seruiat dispositioni, quae quidem si certa aliqua uia tradi in omnes materias ullo modo possent, non tam pauas contigisset. Et paulo post: Sed meminimus, inquit, ipsam dispositionem plerunq; utilitate mutari, nec eandē semper primam questionem ex utraq; parte tractandā. De disponendi deinde arte. Hic locus Quintiliani est institutionum libro 7. Cum sit autem dispositio, ut Cicero inquit, distributio rerū. Sic fermē & Quintilianus: Dispositio est utrius rerū ac partium in loco distributio. Et alio quodam loco: Dispositio est utrius rerū ac partium in loco collocatio. In rhetoriā ad Herennium finitur hoc modo. Dispositio est, per quam illa quae inuenimus, in ordinem redigimus, ut certo quicq; loco pronuntietur. Quale est apud Liuium, cum de Papirio Cursore dicit. Loas is quae designat Rodolphus, est primae decados libro nono. Prout aliud alio prius posteriusue quadrupliatē dicitur. Haec eadem serē Aristoteles in ijs quae uocant postpredicamenta. Quamquam is quintam significatum addit, quo id prius dicitur, quod tamen si simul est tempore, tamē alterius causa est. Verbi gratia. Tempore non praedit diem solis ortus, tamen quia causa diei est, idcirco prior esse dicitur. Fretum Gaditanum. Quod iuxta Gades est in Hispania. Postquam Peloponessus. de hac libri secundi capite deāmo.

Historiographis et poetis, dū res exponūt, seruandū esse ordinē temporum. Quāq; non ab utrisq; eodem modo id fiat. Caput. VII.



Historiographis et poetis quis ordo spectandus.

Ordinis ergo haec sunt discrimina, dicamus iam, quis ordo cui orationis generi conueniat, priusq; de ea quae expositione, deinde q̄ argumētatione cōstat. Quae igitur expositionem

tionem habet oratio, siquidem rerum gestarum ordinem aliquem decursumq; recenset, naturalem temporum sequit̄ ordinē. Idq; nedū seuerior et fidem captans lector; historia, sed laetius etiā liberiusq; poema, ut quod oblectandis solum auribus sit destinātū. Est tamē differentia poeticae dispositionis ab historica, uel maxima, q; poeta solū quantum ad ipsius, hoc est, ad narrantis personā pertinet, in speciem sequitur tempor; ordinem; quantum autē est ex res; gestarū natura, plerunq; perturbat eas, atq; a medijs orditur rebus: deinde quae primae fuerāt, ear; posterius personae colore alicuius aut alio quouis cōmēto infert mentionē. Sic Vergilius (ut notissimo utamur exēplo) ab nauigatione Aeneae, qua in Africam tempestatibus delatus est, initium facit, quae fuit circa finem erroris eius. Troiae captiuitatē & labores eos, quibus septimū ad id annum, circū maria iactatus, ipse Aeneas, secundo deinde tertioq; libro narrat. Quibus in rebus si sequamur colorē narrandi poetae, naturalis quidem est ordo: prius em̄ erat, ut Aeneas tempestate appelleretur in Africam, q̄ Troiae excidium errorēq; suos Didoni narraret. Sin uero res ipsas respicimus, non personas, quibus dat orationem poeta; iam uidemus cōtrariū naturalē, id est artificialē ordinē esse. Prius em̄ necesse fuit capi Troiā, & Aeneam labores longe nauigationis illius euoluisse, q̄ ex Sicilia in Africam ueniret. Proinde quoq; artificialem hunc uocamus ordinē. Simile est in coemedia atq; tragœdia. Si intuemur em̄ faciē rerum quae deducuntur in actum, quaeq; personar; imitatione exprimuntur, naturalis uidet̄ ordo. Adnotū uero fabulae cōplexum respicienti, cū per sepe ab his quae circa finē eius sunt, incipiant scriptores: & quae priora sunt, personarum uerbis per occasionem explicentur: quaeq; prima sunt, ea ultimis quandoq; iungantur: ut in Andria Te-

Quo distensio dispositio poetica et historica.



rentij, simul naufragium Phanniæ aperitur, & nuptiæ Pamphili Glicerijq; conſiunt. Hæc qui uideat, facile eſt cognitu, arte autoris hunc ordinem, non reꝝ natura conſtare. Facillime aut̃ hoc poemati contingit, in quo actus ſunt & perſonæ, quod *ἱστορικὸν* græci uocant. Qm̃ paratum fere eſt, quâlibet orationē dare perſonæ, qua cōmoditate ſit, ut perſæpe dialogi quoq; laſciuiāt, & in quoduis undecūq; libuit deſlectāt, præſertim ij q paulo latiores ſunt. Cuius rei apud græcos qdē, cū alios multos, tū in primis apud Lucianū ē uidere expreſſa plurimas in formas exēpla. Heroico carmini nō eſt tāta copia huius rei. Ergo & perſonæ qdem ordinē reuocant nonnūq; iam pictura res exprimunt: iam uates, manes, oracula, & præterita cōmemorant, & longe poſt uētura prædicunt. Danda tamen his omnibus in hac libertate eſt opera, ut ſi non reꝝ quomodo ea geſſe ſunt, tēporē tamen, quibus, ſub alienis perſonis ſaluus ſit ordo. Hiſtoriæ, cuius prima laus eſt ueritas, naturalis tantum ordo cōuenit, ne ſi figmētis iſtis aurium gratiā captet, fidē pdat. Ergo ſi forte hiſtorico narrādæ res eſſent Aeneæ, nō ille incipiet inde, unde Vergilius eſt orſus. Sed ſi uolet utiq; Troiæ excidium narratiōe ſua cōplecti, ab ea faciet initium. Deinde ſequentur errores Aeneæ: hæc q; ſuis, non Aeneæ uerbis erunt dicenda. Tum deniq; dicet, quo pacto in Africæ littora ſit uī tēpeſtatis eiectus. Iam ſi qua fiet mētiō yborum Didonis, quibus illa Troiæ Aeneæq; caſus ab ipſo percōtata ſit, ſatis erit dixiſſe, oīa Aeneam illi reſenſiſſe, & urbis ultimā noctem, & pericula quibus iactatus ſit. Nec ſolū erit hic ordo ſeruandus in ratione temporē, ſed etiam eo modo prioris, quo diximus cauſam priorē eſſe euentis, & reliquis etiam fere modis prioris. Nam & cauſæ reꝝ conſiliaq; prius explicantur, & ſicubi inſignium uirorum mētiō interuenerit, deſcribuntur

*Hiſtoricus qui ſeruādus ordo.*

deſcribuntur natura moreſq; eorū, quoniā & ipſi ſicuti autores geſtoſeq; rerum, natura præcedunt eas. Iam in locorū regionumq; ſitu deſcribendo, diligenter poſitionem eorum ſequatur oportet: & orationem uelut per loca circunferēti ſibi, ut primum quodq; occurrit, ſic aptiſſime primū dicetur. ¶ Quod ſi plures res, & nullo inter ſe deuinctos ordine tractet hiſtoria, ut cum geſta eodē tempore plura deſcribet bella, quæ quāuis ſimul geruntur, ſimul tamen narrari nequeunt, in his fere ſcriptoris arbitrio ſteterit, quas res priores, quas deinde explicare uolet: conſuleſq; præcipue reꝝ notiſſiæ, & quo pacto poterunt illæ cōmodiſſime cognoſci, eum tradendæ faciet ordinem. Sic Liuius, quando res ſecundo bello punico & in Italia & in Hiſpaniā, aliſq; etiam locis nonnūq; uno tempore geſtas ſcribit, ſi quando Hiſpanienſes res ſumat ſcribendas, lōgiore nōnunq; tractu proſequitur eas: ſicubi uero uiſum fuerit, quanq; & interea aliæ fuerint alijs geſtæ locis: quo minus concifa interim & interrupta mētiō reꝝ, altera cognitioni alterius obſtet. Sic Cornelius Tacitus, egregius in primis (ſi quid ego intelligo) autor hiſtoriæ, longiores in Batauis res geſtas, & alio itē loco multorū annorū in Britāniā bello coniungit: tum rurfus ad aliæ reꝝ, quas abruptit, ordinē reuertitur.

## SCHOLIA IN CAPVT VII.

**Q**Uæ hoc apite atantur ex Vergilio & Terentio, ea omnia ſunt nota uel per ſeris. Quæ ex Liuiio & Taato afferuntur, ea quem admodum hoc loco pauas explari uerbis haud quaquam poſſunt, ita ab eo, qui illorum libros aperit euoluere, à tra negotium intelligi queunt. Quod uero nihil uideo quod hic remorari nos debeat, præſertim, cum quæ de poemate dramatico, & de ueritate auſtodienda hiſtoriographis, dicenda erant, ea explicata à nobis ſint, ſuperioris libri apite quarto & decimo ſexto. Itaq; his niſtis, eorum quæ ſequuntur explicatōnem aggrediemur, modo unum illud his addiderimus: arca ſinem apitis huius tam in ſcripto illo quo uſi ſumus, quàm in Louaniēſi exemplari, eandē planē eſſe

Dd ij lectionē,

*Cornelii  
taciti  
laus*



lectionē, quā in his nostris. Verū enim uero si qd in me inest iudicij, si qd domino mutari fas est, ausim contendere, uerba hæc: si tibi uerò uisum fuerit: reducere, ac proinde expungenda esse. Quod num recte an seais ita uisum sit mihi, seais expendat lector.

¶ In tradēdis artibus, primū refellēdas eē sentētiās eorū, qd cōtrā quām nos senserit. Deīde à generalioribus semp ad specāliora progrediēdū. Ca. VIII.

Quis ordo  
seruandus in  
tradendis ar-  
tibus.



IN tradendis artibus quæ maxime conueniat dispositio, u-nus ex omnibus Aristoteles libris suis exactissime uidet̃ effinxisse, uir cū omni ingenij aude multum, tum nescio an ordine rerū plurimū admirādus. Quoniam autem hoc est propo-sitū cuiusq; docentis, ut ex notiorum cōtemplatione, ignotiora scruta-tetur, (qui solus est ordo nobis discendi) horūq; & aliorū ad alia colla-tione constantem quandā faciat de rebus fidem: nequit aut̃ fides ulla de re fieri, nisi si qua contraria sit accepta mentibus persuasio, ea prius euellatur: primū est ergo, ut si quis dixerit aliquid ea de re quam tra-ctamus aliter atq; nobis uidetur, illius expugnemus sententiā, si mō is sit, cuius mentio iure habeatur. Nam temeraria cuiusq; assertione permoueri, ineptū est. Ut aut̃ securitatis hoc est, contēnere leuiora: ita modestiæ prebet speciem, dissimulasse eos, quorum usu est opini-oneq; cunctorum recepta autoritas: aut quibus alioqui debetur ea ue-neratio, ut cōtradictione illoꝝ magis firmus irritaturū audientū ani-mos, q̃ nobis adiuncturi. Sed hæc iudicij sunt magis. Quod ordinis est, hoc sufficet dixisse, maxime naturale esse, ut antequam nostra cō-firmemus, amoliamur aduersa. Deinde cū nostra explicauimus, a generalioribus, quoniam notiora sunt, semper ducendus erit ordo. Deinde per species eundem. Et hæc ipsæ species rursus fortasse, si tam late pateant, genera fient, inq; alias erunt species diducendæ. Sin-gula ergo, ut primum quodq; sumimus, sic erunt deinde tractanda:

ut

ut dicatur, quæ sit substantia eorum, quod definiēdo fit: si tamē eius-modi res sit, ut sit definienda: notiores enim sunt nonnunquam, q̃ ut hac indigeant cura. Tū quæ partes sint rei, dicendum: si sint ea natu-ra, ut possint aliqua earum fieri partes. Hinc ea, quæ proprie natu-ræ cuiusq; adiacent, dicentur, hoc est, uis illa, qua agit & patitur, & ea ipsa quæ agit quæq; patitur, & quæ reliqua substantiam rei circum-stant. Illud tamen meminerimus, solum de re quæq; dicendū, id quod eo loco, quo de re dicimus, intra complexū rei ueniet, ea ratio-ne, qua ipsam tractamus. Nā qui de tuenda sanitate hominis, doctri-nam instituet, dicit ille quidem de homine, non tamē utiq; dicēda si-bi sumet omnia, quæ tractari de homine possunt, nec qd sit mens ho-minis, nec quæ sint officia uitæ ad uirtutem ducentia, nec quo pacto parē homini eloquentia. Pertinent hæc qdem ad hominem omnia, sed non ea ratione, qua sibi hic eū assumpsit, id est, qua sanitatem tu-eri potest. Adeoq; fortasse non defuerit Aristoteli, qui cauilletur, qd in libris quos de physico auditu inscripsit, de loco dixerit & uacuo. Quoniam his libris de eo quod mouetur in commune disseruerit, ad cuius tractatum, locū & uacuum non uideri pertinere: sed his pot; us libris debuisse de eo dici, qbus de eo quod ad locum mouet̃ disse-rit, qd de cælo & mūdo uocantur. Sed datur fere iusta libertas hæc ma-gnis ingenijs, ut quæadmodū locupletes præsambulas in domibus su-is aliqd licētius citra rephēsiōne instituit, ita et doctissimi uiri indulgel-ant qndocq; animis suis, satiscq; rationis sit, illis ita placuisse.

SCHOLIA IN CAPVT VIII.

A Deoq; fortasse nō defuerit Aristoteli, qui cauilletur. Recte illud, cauilletur. Nam Aristoteles huius ordinis ac disputationis suæ causam non planē sine-ntem affert initio tertij libro physicorū. ¶ Satisq; rationis sit, illis ita placuisse. Quæadmodum diare solebant auditores Pythagore, ἀντὸς ἕφα, ipse dixit.

D d iij ¶ Quis

Contra  
aristote-  
le.

C.



¶ Quis ordo seruandus ijs, qui res uarias multiplicescq; nec ulla arua ratione coherentes describunt. Caput. IX.

Dispositio in  
rebus multi-  
pliabus.

**A**T cum uariæ multiplicescq; res in unum quoddam iungen-  
tur corpus, quale est, qui historiam animalium, aut planta-  
rum, aut totius etiam rerum naturæ (quemadmodum Pli-  
nius) complexi sunt, quale qui facta dictaue clarorum uirorum me-  
morabilia, quale qui multiplicem & non unius corporis rerum com-  
memorationem contexunt; his aut per species rerum dispositio insti-  
tuitur, redduntq; cuncta suis generibus, quemadmodū Plinio a cœlo  
ordienti, deinde descendenti in terras, eiusq; naturam in commune  
reddenti, tum per partes regionescq; omnes prosequenti, deinde ani-  
mantia & inanima omnia per suas diuisa differentias explicanti. Sic  
Valerius Maximus, res memorabiles, per uirtutum officiorumq;  
humanorum genera dispartiuit. Hoc pacto medici, morborum faci-  
unt ordinem, ex partibus humani corporis, & a capite ad pedes de-  
ducunt. ¶ Est etiam in quibusdam, nō liberum modo uidere, & (quē  
arbitrariū diximus) ordinem, sed ad res plane solutū, & oīs prius or-  
dinis expertem. Ut apud Ouidium in metamorphosi: q; in summa q-  
dem rerum deductione, temporum quandam seruat imaginē: uerū  
in fabularum ordine, quoniam diuersissimæ sunt, nec facile in ordinē  
redigi possunt, libertate illa, & (ut ita dicam) poetico lusu figurarum  
omnium utitur, quibuscunq; transitio ad connectendas res fieri po-  
test, quo commissuram quandam rerum nequaquam inter se coha-  
rentiū assequatur. Dispositionis itaq; loco in istis, est rerū cōtextus,  
nexaq; eas & quidem diligentissime, ordinatas autem dicere nō pos-  
sis. Similiter Cornelius Tacitus in descriptiōe morū Germaniæ, cū  
dixisset non esse Germanis aurum & argentū, tandē subiecit, ne fer-  
rum

rum quidem superest, sicut ex genere telorū colligitur. Ex cuius uer-  
bi, hoc est telorum mentione, ad arma institutionemq; rei militaris  
quæ apud Germanos est delabitur. Deinde cū in foeminarum men-  
tionem, quod hæ spectatrices etiā testescq; pugnantibus adhibeant,  
postq; dicat uenerationē haberi plariscq; earum, non adulatione, nec  
tanquam faciant deas, hinc cōtinuo subdit, deorum maxime Mercu-  
rium colunt, moremque religionum hinc sumpta occasione, prosequi-  
tur. Abrumpit tñ nonnunquā hanc texturam, ne nimia & proinde  
leuior affectatio deprehendi possit. Est qdē hoc ordinis genus accō-  
modatissimum historiæ, cuius narrationem uolubilē & nusquā infi-  
stentem esse conuenit, qd non efficeret, si certis finibus distincta con-  
cisq; esset, & singulae partes suis essent discretæ spacijs. nūc adeo sunt  
nexa omnia, ut semel propemodum incipere, semel desinere uideat.  
Quod si eadem hæ tractentur, nō ab historico, sed a laudatore, uel  
qui alias quōlibet disputantis præ se speciem ferat, is ea distinguat, di-  
geratq; per species, dicatq; primum, quæ natura regiōis, quæ forma  
hominum, deinde, quæ cultus erga diuina, quales bello, quales pace,  
cū publice tum priuatim, frugalitate uitæ, seueritate matrimoniorū,  
cultu liberorū, qua erga principes ueneratione, erga populares æqua-  
bilitate, erga hospites beneuolentia, erga omnes fide, reliquaq; uel ad  
hunc modum uel alium quemlibet, dum tamen appareat ordinē cer-  
tum sequi eū, dicereq; unāquancq; rem nō eo loco quo sit oblata, sed  
quo sit ab initio disposita atq; destinata. Libera tamen & hæ ipsa di-  
sponendi ratio est, uel propter hoc, qd ad nullam unā ordinis legem  
potest alligari. Quiscq; enim ordinem qui sibi uisus est instituit, nec  
rerum naturam, sed animum suum sequitur.



Qui historiam animalium.) Vt Aristoteles. ¶ Aut plantarum.) Vt Theophrastus. ¶ Qui facta dictaue clarorum uirorū.) Vt Valerius Maximus, & in apophthegmatis Plutarchus.

¶ Quam dispositionē esse conueniat in expositione oratoria. Cap. X.

Dispositio  
expositioni  
oratoriae.

**L**ibera fere est etiā oratoria expositio ea, quam diximus aliterius rei docendae gratia parari solere; haec tamen libera, ut ordo eius non ex dicentis uoluptate, sed causae utilitate nascatur. Quoties tamen res ipsa non obstabit, temporis ordo fuerit aptissimus. Quod si primae narrationis partes asperiores fuerint, fauorabiliore reliquae, non ab re fortasse sit, eis, quae benignius accipiuntur, occupare animos, & ad priora deinde figura aliqua reuertenti. Aut si forte festinabit auditor, quo languenti adhuc animo eius morem geramus, optimū fuerit ab eis incipere, quibus notitia causae continetur. At ubi excitatus fuerit, incaluerintque aures eius oratione, tum si qua fuerint altius repetenda, ut saepe solent, praecedunt enim pleraque causam longius, quibus praecipuus fauor, maximaque eius continentur momenta, ea cum quaestiones explicabimus, quibus aptissime iungi poterunt, tum erunt inferenda. Quam quidem rem utile esse, facilius est ratione colligere, quam autorum exemplis, quoniam rectus ille melior utique est ordo, quam iste necessitate detortus. Qui mandat autem literis actionem, quae sunt optima, ea scribendo maxime cupit exprimere, ne si aliter faciat, non auditoris importunitas, quae ex scriptis cognosci non potest, defendenda in ea, sed sua ipsius incitiam culpanda uideatur. Iam uero partimur interim narrationem, & id quod alio loco utilius dici poterit, reseruamus. ut in declamatione, quae gemini languentes inscribitur, Quintilianus facit. Cum enim ordo mortis quo alter ex geminis in alterius salutem occisus dicitur, plurimum inuidiae reo mouere potuisset, ad epilogum maluit deferre eum, quae uehementiori affectui

ctui hic aptior esset locus. Cicero item pro Cluentio, cum prioris causae narrationi, quae iudicij corrupti erat, continuo mortem Oppianiaci, & quaestiones de eo habitas subiungere potuisset, maluit deferre eam ad proprium causae suae tractatum, quae ea de re peragebatur. Contra uero matris odium, quod propriū illius erat causae, cuique nihil negocij cum causa corrupti iudicij erat, id tamen primū putauit narrandum. Eratque alioqui temporis ordine primū: quod quanquam non fuisset primum, tamen narrandum fuisse contenderim: quoniam matris, qua tota causa maxime premebatur, detrahenda ante omnia fuit autoritas. Itaque quanquam pars narrationis uideri potest, quemadmodum & est utique narratio, usum tamen & affectum propemodum eius partis exordij prebet, qua aduersarioz odio, nobis beneuolentiam conciliamus. Eiusdem etiam prudentiae consilijque est, quod non nudum res ordinem continua narratione complectitur, sed subinde erupit in affectus: & quibusdam, uelut digressionis aut indignationis causa, uentis conturbat. Cuiusmodi est a principio statim: Nam Sallia mater huius Habiti (mater enim a me nominis causa, tamen in huius hostili odio et crudelitate est, mater inquam appellabitur) & quae sequuntur. Deinde non ita multo post: O mulieris scelus incredibile, et reliqua item. Tum in fine huius partis effusius, Iam initium quod huic cum matre fuerit simultatis audistis. Sic & in Oppianiaci criminibus recensendis, post nuptias Salliae & Oppianiaci: Sertio, inquit, iudices uos pro uestra humanitate his tantis sceleribus breuiter a me demonstratis uehementer esse commotos. Et paulo post iterum de Auria fratris uxore pregnante sublata. Rursus maiore copia post Scamandri Fabricijque condensationem de ratione iudicij corrupti, cum uelut aditum aperit, ut id non a Cluentio sed ab Oppianiaco doceat esse corruptum. Videmus itaque

De Mor  
ratioe  
oratoriae

Ee hac



hac narrandi diligentia artificioq; sic faci ab eo fundamēta causae, ut si etiam nullas deinde subiiceret probationes, nihil tamen fere plus iudex desideraturus uideretur. Quod autē ordinis est, temporū rectus hac tota narratiōe seruatus est decursus. qd autē artis hic est in disponēdo, id in eo est, qm̄ subinde cōtextus eius interrumpitur: qd qdem saepius, q̄ ut temporum ordo turbetur, in hoc genere narrandi contingere solet.

## SCHOLIA IN CAPVT X.

**N**ihil inest in hoc capite, quo explicato sit opus, praeterq̄ quae ex Quintilianiani Geminis languentibus, & Ciceronis pro Cluentio oratione afferuntur. Verum ea eiusmodi sunt, ut nisi omnibus ferme illorum uerbis ascriptis, hoc loco satis explicari non queant. Quod cum nimis quā longum foret, & libri illorum uulgo in manibus habeantur, rectius qui uolet inde petierit. Inuit praeterea Rodolphus, orationes oratorum aliter nonnunquam scriptas esse quā dictas. Cuius rei quodam in loco facit mentionem & Fabius. Et Aconius Pedianus Ciceronem id pro Milone fecisse testatur.

Oratiōes rhetoricorū aliter nonnunquā scribitur quā dicta.

## DE DISPOSITIONE EIVS ORATIONIS QVAE ARGUMENTATIONE CONSTAT.

**C**obiter quomodo disponēda sint ipse orationis partes, quae sunt exordium, narratio, confirmatio, epilogus. Caput. XI.

**A**liam diximus rationē esse disponēda orationis eius, quae constat argumentatione, quales sunt scholasticae cōtentiōes, ciuiliūmq; rerū controuersiae, & quaecūq; demum repugnanti auditori sunt approbandae. In quibus uidendū erit, quis sit ordo quaestionū inter se, quis item in singulis quaestionibus argumentationum, tum quis partium argumentationis cuiusq;.

**E**rit fortasse, qui partium orationis disponendarum oblitum me putet, credatq; hanc ante alia explicandam fuisse rationem. Nec id sane me latebat, nec praeterissem, si ulla huius rei crederem tradenda esse

Partes orationis quo ordine collocandae.

esse praecipua, aut esset alius ordo earū, q̄ quo numerari solent, quicq; ex usu earū colligitur, & quem ipsis pene praefereunt nominibus. hoc est, ut primū sit prooemium, hinc narratio, tum confirmatio, postremus epilogus. Nam quoties id est orationis genus, ut aliqua partium istarum sint ei superuacuae, tum cum desint, nihil est quod de earū ordine dicaī. **I**llud uero necessitatis potius q̄ praecipi fuerit, quoties uel occupatio auditoris uel temporis angustia cogit nos, ut specie festinationis, fastidium audientis fallamus, incipiamusq; a narratione: tum uelut digressionem quadā, quae fueramus ante narrationē dicturi, dicamus ante confirmationem, subiiciamusq; narratiōi prooemium. **U**t tamen non inutiliter huius loci tractatum attigerimus, illud interim admoneamus, nō solū in initio dictiōis, prooemij usum uenire, sed in medio quoq; oratiōis decursu, sicubi uel noua quaestio tractetur uel locus asperior, solere praemuniri ea, & aliquando quod prooemij uicem habeat, aures placari. quēadmodum in oratiōe pro Cluentio, cuius modo sum usus exēplis, Cicero de censoria nota dicturus: & paulo post, cum Cluentium lege defendere uellet, & ostendere lege corrupti iudicij tantum iudicem, non etiā eum qui ad corrumpendum coisset, teneri. Sic pro Murena Catoni respōsurus, plurimis uerbis contendit a iudicibus, ut Catonis auctoritatem aduersus reum pro prauidicio ne accipiant. Scio istud a rhetoribus tum  $\omega\sigma\theta\alpha$   $\lambda\alpha\psi\mu$ , id est, praesumptionē, tū praemunionē uocari, numerariq; a quibusdā inter figuras sententiarū. Quod siue hoc siue prooemij nomine uocetur, nō magni referre crediderim, dummodo cōstet tamē eundem esse usum eius, ex eisdem duci rebus, ex quibus prooemium petitur. Quod tamen cur non ita uocent, nō uideo quid sit causa. Nā cum & narratiōe praecedere argumentatio possit, cuiusmodi sunt

Quandoq; in media oratione utendum esse prooemio

Et ij quaestiones



quæstiones quæ pro Milone tractantur ante narrationem. & epilogus in mediâ dictiōe fiat, ut in Verrē de Philodami supplicio, & de Nauarchorum item, Ciceronem uidemus fecisse; cur nō etiā et pro cœmiū & nouū quoddā principiū mediæ inferatur dictiōi, si præsertim noua tractetur quæstio, uel locus aliquis qui curam eam postulet, & in quo magna causæ momenta uersentur? Id autē quod so-

Quo sensu cōfirmationē se- per præcedat uarratio.

let de narratione præcipi, ut ea cōfirmationē præcedat, sic accipiendum est, ut eius quæstiois cuius narratio est, præcedat cōfirmationē. Quod si quæstionem eam, alias necesse sit quæstiones præcedere, nimirū necesse erit priores quæq; cōfirmationes earū explicari. Quæ ad modū eo in loco de quo iam diximus pro Milone factum uidemus. Cū enim narratio quæstiois eius esset propria, qua insidias struxisse Clodium probare uoluit, quid attinebat narrari, nisi probatū ante foret, insidiatorem & latronem iuste occidi, & nihil neq; a senatu, neq; a Cn. Pompeio contra Milonē esse præiudicatū? Similit̄ pro Cluentio in quæstione ueneficij, nullo usu ea quæ ad exitum pertinebāt Oppianici, superiori narrationi subnectebantur, quanq̄ rerum continuus esset ordo, ergo ad propriū quæstiois suæ tractatū illam referuauit orator. Quin etiā in hac ipsa quæstione, cum ex priore orationis parte nota iam essent Oppianici crimina, argumentationes quæ ex causis psonisq; ducebantur præposuit narrationi. At cū ex re ipsa & tormentorū ratione, quibus aduersarij cōtra Cluentiū utebantur, confutandi essent: tū demū, qm̄ ea continebantur narratione, subiecit illam, simulq; iudicū consuluit tædio, qui longā iā orationē audiēdo defessi, si rursus narrare fuisset orsus, qm̄ lōgius adhuc dicturū credere poterāt, offensiores fuissent. At cū in mediâ re; uelut spacia, ipsos argumentādo rapuisset, quanquā tū narraret, apparebat tñ eū

rē

rē paucis, id quod fecit, esse absoluturū. Sed de partibus orōnis hæc obiter admonuisse sufficiat, nunc ergo quod instituiamus prosequamur.

## SCHOLIA IN CAPVT XI.

**C**laro de Censoria nota dicitur. Cn. Lentulus & L. Gellius censes, nota erant Cluentium, quasi is iudicium illud corrupisset, quo damnatus fuerat Oppianicus. Quæ de re uerba facturum Ciceronem, primum aures placat, ac uelut adiutum sibi munit ad aures iudicium. ut uidere est in ipsa pro Cluentio oratione. **C**um Cluentiū lege defendere uellet. Lex erat, primū dicta Semproniana, deinde Cornelia de sicarijs & ueneficijs, quæ lex præter alia multa, & de eius capite quæri iubebat, qui cum aut senator esset, aut magistratum gessisset, aut tribunus militū legionibus quatuor primus fuisset, tamen coisset, conuenisset, consensisset, falsum ueritimonium dixisset, ut quis iudicio publico damnaretur. Hac ergo lege Ciceronem defendens equitē Romanū Cluentium, quasi is ea lege non teneretur, mira quadam arte inuidiam huius defensionis, primū a Cluentio, deinde a se etiā ipse repellit. Cuius rei ansam ei prebuerat T. Actus accusator: qui inter accusandū delatus huc erat, ut diceret iniquissime acturum Ciceronem, si legis præsidio Cluentiū defenderet: quando æquissimū foret, omnes ipsæ teneri legibus: quod illius axioma, manibus (quod autē) pedibusq; rejat Ciceronem. Quod autē addit Rodolphus, lege corrupti iudicij solū teneri iudicē, nō etiā eū qui ad corrupendū coisset: ei dicto planè refragatur ipsa legis uerba, id quod facile aduertet is, quisq; ipsam legerit Ciceronis pro Cluentio orationē, cuius disputatio huc spectat, legē hanc Sempronianā pertinere ad magistratus, senatores, & ad eos qui primis quatuor legionibus fuissent tribuni militum: at Cluentiū nihil horū omnium esse, sed tantū Romanū equitē: proinde hac lege postulari illū non posse. Plura qui uolet, legat iureconsultos pandectorū libro duodequingagesimo, ad legē Corneliam de sicarijs & ueneficijs. Quorū uerba alii quot ascripsimus libri superioris capite 10. **S**ic pro Murena Catoni responsurus. Murenæ consulē designatum, lege Calpurnia de ambitu reū fearant Seruius Sulpicius & M. Cato, is qui uticē ipse sibi mortem consciauit. Hunc ergo Murenæ defensurus Ciceronem, posteaq; Seruio respondisset, deinde responsurus Catoni, Venio nūc, inquit, ad M. Catonē, quod est firmamentū ac robur totius accusationis: qui tamen ita grauis est accusator & uehemens, ut multo magis eius auctoritatem quàm criminationē pertimescam. in quo ego accusatore, iudicis, primū illud de prætoribus, ne quid L. Murenæ dignitas illius, ne quid expectatio tribunatus, ne quid totius uitæ splendor et grauitas noceat, deniq; ne ea soli huic obsint bona M. Catonis, quæ ille adeptus est, ut multis prodesse posset. Bis consul fuerat P. Africanus, & duos terrores huius imperij Carthaginē Numantiāmq; deleuerat, cū accusauit L. Cottam. Erat in eo summa eloquentia, summa fides, summa integritas: auctoritas

Lex Semproniana seu Cornelia de sicarijs & ueneficijs.

Murenæ consul.



tanta, quanta in imperio populi Romani, quod illius opera tenebatur. Sæpe hoc maiores natu dicere audiui, hanc accusatoris eximiam dignitatem plurimū L. Cotta profuisse. Noluerunt sapientissimi homines, qui tum rem illam iudicabant, ita quenquam cadere in iudicium, ut nimis aduersarij uiribus abiectus uideretur. Quid Sergium Galbam? nam traditum memoriæ est: nonne pro aui tuo fortissimo atq; florentissimo uiro M. Catoni, incubenti ad eius perniciem, populus Romanus eripuit? Semper in hac ciuitate nimis magnis accusatorum opibus, & populus uniuersus, & sapientes ac multum in posterum prospicientes iudicis resisterunt. Nolo accusator in iudicium potentiam afferat, non uim maiori aliquam, non auctoritatem excellētem, non nimiam gratiam. Valeant hæc omnia ad salutē innocentiū, ad opem impotentū, ad auxiliū calamitosorū. In periculo uerò et in perniciē auiū repudiētur. Nam si quis hoc forte dicat, Catonem descensurum ad accusandum non fuisse, nisi prius de causa iudicasset, iniquam legem iudicis & miseram conditionē instituet pericialis hominū: si existimabit iudicium accusatoris in reum, pro aliquo præiudicium

uolare oportere. ¶ Sicut istud à rhetoribus tu *πρόληψις*. i. præsumptionē. ¶ Quætilianus libro nono: Mire uerò in causis, inquit, ualet præsumptio, quæ *πρόληψις* dicitur: cum id quod obijā potest, occupamus. Id neq; in alijs partibus rarū est, & præcipue pro cæmio conuenit. Sed quanq̄ generis unius, diuersas tamen species habet. Est enim quedam præuinitio, qualis est Ciceronis cōtra Q. Cæciliū, q̄ ad accusandum defendat, qui semper defenderat. Quedam confessio: ut pro Rabinio Posthumo, quem sua quoq; sententiæ reprehendendum fatetur, q̄ peccatiam rege crediderit. Quedam prædictio: ut, Dicam enim, non augendi criminis gratia.

¶ Quedam emendatio, ut, Rogo ignoscatis mihi, si longus sum euectus. Frequentissima præparatio: cum pluribus uerbis, uel quare facturi quid simus, uel quare fecerimus, diā solet. ¶ Cuiusmodi sunt quæstiones, quæ pro Milone tractantur ante narrationem. ¶ Tres sunt quæstiones, quas disautit Cicerō in oratione Miloniana anteq̄ narrat. Prima, ecquid ei fas sit intueri lucem, qui hominem quoquo modo à se occisum fatetur. Altera, de præiudicio facto à senatu. Tertia, de Pompeij præiudicio.

¶ Et in Verrem de Philodami supplicio. ¶ Hic Philodamus auius Lampisæanus fuit, cuius filiā quomō per uim cōtenderit uiolare Verres, & quo deinde mō patrem ipsum unā cum filio, iniquissimo iudicio dammandum occidendūq; curaret, tertiā in Verrem actione explicat Cicerō. ¶ Et de nauarchorū item. ¶ De horū longe miserrimo casu supplicioq; multa Cicerō in Verrem actione septima.

¶ Similiter pro Cluentio. ¶ Hanc causam iam semel iterūq; attingimus. estq; hic locus eiusmodi, ut intelligi plene non queat, nisi perlecta oratione tota.

¶ Quam etiam in hac ipsa quæstione, cum ex priore orationis parte nota iam essent Oppiani crimina, argumentationes quæ ex causis personiq; ducebantur, præposuit narrationi. ¶ Sic quidem nobis legendum uidetur, etiā si exemplaria habe

bant ad hunc modum. Quam etiam in hac ipsa quæstione, cum ex primæ orationis parte, nota iam essent Oppiani duæ utiq; personæ, &c. Quæ lectio si cui magis probabitur, liberum ei per me quidem erit sequi quod uolet. Scripto exemplari, quæ obrem hac utiq; parte minus esset habendum fidei, illud cū primis mihi uidebatur esse facta cause, q̄ qui hanc partem descriperat, neq; enim ab Rodolpho scripta erat, is hoc loco aliquantū spacij reliquerat uacuum, cui post ab alio quopiā quædam ex his uerbis quæ recensimus erant inserta. Accedebat huc, q̄ ubi prior ille librarius, quisquis tandem is fuit, non ex primæ (quæ admodum certis indicijs poterat deprehendi) sed ex priore orationis parte, scriptū reliquerat: ibi hic posterior, pauca literis immutatis, priore illud in primæ transformarat. Ut tacitā interrim, & alia quedam hoc loco in eo exemplari deprauata sic esse, ut omnino dissimulari nō queant. Quod genus est, q̄ prope calam capitis legitur oportebat, ubi ab Rodolpho, nō oportebat, sed apparebat scriptum fuisse, negari haud potest.

¶ Quo ordine in oratione ea, quæ argumentatione constat, ipse inter se disponende sint quæstiones Caput XII



¶ Quæstiones quæ ueniunt in orationem (quoniā de earū dispositione primum dicere ordo propositus nos admonet) eæ quandoq; sunt profus diuersæ, neq; ab aliquo capite descendunt. Ut omnia in Verrem repetundarum crimina. Singula enim suam capiunt quæstionem: quæ suis tabulis, testimonijs, decretis, argumentis confirmantur. Nec redigitur alia ad aliam; quandoq; unaquæuis per se, repetundarum crimen, in quo summa iudicij uerfatur, continet. Tale est cum queritur a philosophis, an materia distinguatur a quantitate, & habeat sine illa partem discretam a parte. Vtrumuis enim horū per se queri potest, ut alterq; de altero negetur aut affirmetur. Alia sunt quæstiones, multe quidem, sed ab una descendentes origine, quemadmodum secūdo libro demonstrauimus multas ab una deduci quæstiones, diximusq; nasci alias ex uerbis ipsius quæstionis, alias in uerbis inclusas esse, alias ex conditione quadā accipi. Quæ omnia cuiusmodi sunt, illic explicata sunt a nobis,

¶ Quoties

¶ Quæstionū, alias profus esse diuersas, alias ex una aliqua generali quæstione descendere.



*Non referre  
quo ordine ex-  
plicetur quæ-  
stiones eas, quas  
rū altera ni-  
hil faciāt ad  
explicandam  
alteram.*

Quoties igitur uenient in orationem diuersæ quæstiones, ipsiſq; (ut diximus) fontibus discreta, siquidē nihil alteri explicandæ ab altera afferet, liberè erit utiq; de qua uolemus primū differere. Nisi sit grauior aliqua, q̄ plus ad explicandū poscat laboris, & reliquæ uel ad dicendū tenuiores sint, uel ad approbandū faciliores, tū recenti adhuc & nulla audiēdi molestia fatigato auditori, rectissime obijciēt ea, cuius difficultas alacres reqrat aures; maxime, q̄ minoribus postea & uelut appēdieibus, uel fessus etiā benignius intēdet. Deinde q̄ pronior erit in ista fides, cum dicentis autoritas maioribus approbandis fuerit confirmata. Cum fuerit em̄ animis accepta ex oratione priore persuasio, incipiemus deinde non dictiōi modo credere, sed homini.

*Inter quæstio-  
nes quarū alte-  
ra alteri inni-  
titur, eas esse  
primāpio ex-  
plicandas, è  
quibus cæteræ  
dependent.*

At cū quæstionis alterius fides alteri quæstioi innixa quomodo libet est, de ea quæ astruendæ alterius in se continet momenta, prius est dicēdum. Ut si quærat a prisca philosophia, an sit animus humanus immortalis, sitq; summū hominis bonum uirtus: ei quidem qui ueteris Academiae uoluisset esse, id quod prius est, prius explicandū fuisset, immortalem esse animum; deinde, quod iam hinc probari aliqua ex parte potest, uirtutē esse summū bonum: quoniā manētibus post mortē animis, multum uideat nostra interesse, recte secus uitam peregisse. Contra uero cū dixisset Epicureus, non uirtutē sed uoluptatem summum esse bonū, permagno ad id sibi fuisset adiuuēto, docere cum corporibus interire animos. Ideo em̄ stultissimum uideretur, splendida uirtutum nomina sectari: cunctq; mors supra ceruicem immineret, ultro nos præmori, & exiguis his uitæ bonis fraudare nosmetipſos in uita. Huic ergo idem fuisset ordo seruandus. At Stoico, qui cum uirtutem non summum modo bonum, sed solum putaret, attamen credebat interire animam, quandoq; quidē simul

cum

cum corpore, quādoq; ut post corpus maneret, tandem & dissipari tamen atq; emori, libera fuisset ei ratio, utrā harum quæstionum præponere maluisset, aut si quis eligendus ordo, prius de uirtute dixisset, tum de interitu animi, ne de illo prædixisset, sequentis de uirtute orationis detraheret fidei. Hinc & in ciuilibus causis uidemus quæstiones eas, quæ magis ad inuidiam reorū q̄ ad summam iudicij pertinebant, quia ab eis firmari causa, non eæ firmari a causa uidebantur, & ab accusatoribus præpositas esse, & a patrono prius esse confutatas. Ut in Murenæ causa, solutius eū in Asia præfatū esse saltasseq;. Pauciora quidem hæc. At in Coelium tam multa, ut longe maxima pars patrociniij sit de criminibus, quæ sunt extra causam. Ergo cum sint adiuuēta causa ista, prius a Cicerone deliniuntur: Pro Cluentio cōtra, quoniā crimina, defensa corrupti iudicij causa, liquide poterāt uideri ab accusatorum odio profecta, ista autem confutata nihil iudicij corrupti causam adiuuissent, idcirco Cicero in finē ea cōiecit orōnis.

Cum uero ab una prima quæstione, multas deducimus alias quæstiones, quod pleriq; diuisionem rhetorum uocarunt (quam uilem quidem ante omnia neruis atq; ossibus controuersia inuenientis Quintilianus rectissime simul & eruditissime dixit) tum hæc obseruanda dispositionis erit ratio, ut primas eas ponamus quæstiones, quæ ex ipsis nascuntur uerbis. Proximas, quæ inclusæ sunt in uerbis. Postremas, quæ ex conditionibus accedunt. Quod ita est accipiendum, si rerum de quibus quæritur sit ea natura, ut possint ex eis omnia hæc quæstionū genera deduci. Quod si res ipsæ aliquod horum generum non admittēt, in eis tamen quæ suscipient, præscriptus ordo sequendus erit. primūq; quæstiones eas quæ nascunt ex uerbis, quæcūq; demū erunt, rectissime excutiemus, anteq̄ sequentium gene-

*Quæ primum  
ponēda inter  
quæstiones eas,  
quæ ex eadem  
generali quæ-  
stione descēdūt*

Ff rū



rū attingamus quæstiones. Hæ sunt enim quæstiones, quibus an sit aliqd, quærit: quas ueluti in præsumpto necesse est esse, priusquam quicquā ulla de re quærere possimus. Deinde per singula uerba quæ continentur quæstione, ducimus ordinem quæstionum. Primū qui dē earū, quæ uerbis inclusæ sunt, ut quæq; maxime generalis est, sic primam facimus. Post sequuntur quæ minus late patent, sic, ut postrema sit, quæ contractissima. Tum conditionales subduntur, quas & ipsas quoq; per generales specialesq; diuidimus singulatim. Conditionalium uero inter se non facile est dare certam ullā dispositionis legē, nisi sit in eis quæstio, quæ possit aliq; quæstioni firmamēti aliqd afferre, quemadmodū prædiximus, ea semp; prius erit tractāda. Quod si nō sit, tum primam facimus quæstionem aliquam, q̄ maiore uimētem auditoris occupet: postremam uero, quæ ad probandum plurimū possit; in medium, quod solet in agmine fieri, debiliores recipiuntur. ¶ Sumamus exemplū paulo liberius, quo facilius possimus hæc omnia una quæstione cōplecti. Quæramus sit ne inter laudes Achillis numerandum, quod Penthesileam ad Troiam occiderit. Primū est, fuerit ne Achilles, fuerit ne Troia, fuerit ne Penthesilea. Nam quæ de Amazonibus Troiaq; dicuntur, non defuerunt autores, quæ tustatis hæc cōmēta potius, q̄ ueritatis monumēta putauerint: utq; nō oīno, maxia tñ ex parte scriptorū libertate cōstare. Deinde iā est, an occiderit Achilles Penthesileā, an occiderit ad Troiā. Hic seq̄t iā id q̄d q̄sitū est initio, an sit inter laudes ei ducendū. Certū est, aduersarijs nō posse de hoc ullo pacto cōuenire, nisi cōtulerit prius de illis quæ priora sunt. Ergo si qd illorū est qd in dubiū uocare uelimus, necesse est p̄cedat id tractatū huius quæstionis de q̄ summa cōtentionis est. Et hæc q̄dē quæstiones in uerbis sunt, Post hæc inclusas ꝑbis tractamus

mus, in quibus fere obseruatū est apud autores, ut ex ordine p̄inde unūquodq; uerbū, ut primum est, per omnes quæstiones explicent; generales primū, deinde conditionales. Mihi rectissime ordo ex occidendi uerbo incipere uidebitur: ut, an fuerit cuiusquam offendere aliquem; deinde, an occidere: post, an occidere Penthesileam. Quā per cōditiones iam diuidimus, an occidere mulierem, an mulierem armis conspicuam, an nobilitate memorabilem, an auxiliū iure ferentē patriæ, amico, regi, afflictæ fortunæ. Iā an ne fuerint hæc Achilles, cuius generalē quæstionē p̄posuimus, cū diximus, an fuerit cuiusquā. Ergo & ipsum per cōditiones diuidemus: an occidere hanc foeminam fuerit uiri fortis, an Græci, an præstantissimi inter eos, an his maioribus orti, an hoc pacto instituti. Postremo iam sequitur (quā multum interest excuses tantū aliquod factum, an laudem ex factio iudices) an sit propter ista laudandus. ¶ Nec hæc eo pertinent, q̄ credam has omnes quæstiones, uel & alias multo plures, quæ ex quæstione ista possunt deduci, excutiendas esse dicēti: sed ut in eis quas uisum fuerit, qualesq; expediet explicare differentem, ostēdamus uerius in hac copia, q̄s faciendus sit ordo. ¶ Nō est quod putemus, solū principio quæstionum, quæ ex diuisione nascuntur, habendam disponendi rationem, quin etiā & singulæ quæstiones rursus diuisione disponunt. In declamatione quæ Mathematicus inscribitur apud Quintilianum, quoniam tota prope controuersia ex eo pendet, qd fingit in themate, mathematicum prædixisse, uirum fortem, deinde parricidam fore, qui nasceretur: quæstio cōditionalis est, an satis magna causa uolūtariæ mortis sit prædictio mathematici. Quod si doceatur uerū dixisse, satis utiq; magna erit causa, hocq; est in qd probaturus incubit. Præmittit tamē quæstionem, an etiam si falsum dixerit, ipsa



tamen denunciatio tanti sceleris debeat satis esse causae consciscendae mortis. Post hanc iam sequitur, an uerz dixerit. Id autem obtineri non potest, nisi ante probetur, arte esse mathematicam. Quod ex duabus pendet quaestionibus: an fides; motu res humanae regantur; et, an possit is humano deprehendi ingenio. Quae cum utraque docuisset, tum colligit, & hunc mathematicum uerz dixisse; idque multis argumentationibus peruenit. Cicero similiter in secunda Philippica, cum respondet Antonio obiicenti sibi ingratitude, necesse erat, si debebat convinci ingratitude, ut accepisset aliquid ab Antonio. Deinde, ut quod accepisset, beneficium esset. Postremum, illum gratiam non habuisse Antonio. Huc itaque ordinem sequitur. At beneficio (inquit) sum usus tuo. Quo? Negat scilicet. Dicit tamen id semper praese tulisse. Subiicit deinde, Sed quo beneficio; quod me Brundisij non occideris? Docet id, quod accepit, beneficium non esse. Postremo, sed sit beneficium, quandoquidem maius a latrone accipi nullum potuit, in quo potes me dicere ingratum? Sic etiam continuo post de literis suis, cum eas recitasse reprehendit, primum coarguit inhumanitatem eius, qui literas ulla recitandas putet. Deinde, quas si suas esse neget Cicero, probare nequeat illius esse. Demum, ut agnoscat eas, sicuti facit, nihil esse in eis quod accusare possit Antonius. Quisquis uiderit ista, diligenterque perspexerit, facile cognoscet, quo modo cuncta haec uelut gradibus quibusdam ducantur; utque pertineri ad sequentia nisi per priora non possit, si modo ea quae priora sunt, dicenda credamus. Adeoque prioribus adiuuatur sequentia, ut quae priora forte satis constanter teneri non possint, sequentium tamen integra plerumque maneat fides. Mutatur tamen hic ordo quaestionum, ut eiusdem generis quaestionum alia alijs in causis sit dispositio. Vt pro Murena, de criminibus quae extra causam erant, primum

primum dixit Cicero, quoniam leuia et inania nulliusque momenti erant, ut subleuatis illis atque contemptis, totius accusationis autoritatem pondusque primo aditu uideretur subleuasse. Vnde tanquam ex illa fiducia erupit, ut diceret, Bene habet, iacta sunt fundamenta defensionis. Pro Plancio, quoniam in dignitatis comparatione praecipua causa illius uis ex accusatoris opinione nixa erat, inque eam uehementissime (quod ex Ciceronis defensione perspicere licet) incubuerat, tractat ergo Cicero primam hanc partem: a qua cum deiecisset eum, quod difficile non erat, a tota deiecit causa uideretur. Ante omnia enim curandum est, ut initio firmum aliquid & quod bene sperare auditorum de tota causa faciat, ponatur. Credendumque, non sine ratione iactari ab omnibus, principium cuiusque rei potissimum esse partem. Euitatur interim perspicuus ille & nimium diligens ordo, quo ars magis in occulto sit, minusque suspecta sit auditori dictio, quae non ex dicentis astu, sed ex re nata uideatur. Non quod non optimus sit ad rem quantum dicenda ordo exactissimus, quando & decor etiam praecipuus orationi quemadmodum rebus omnibus ex ordine accedit. Sed sicut in uita, qui animorum: sic in oratione, qui atrium gratiam cupit, non quae rectissima sequitur, sed quae persuasioni alienae accommodatissima.

## SCHOLIA IN CAPVT XII.

**V**T omnia in Verrem repetundarum crimina. ) *Lege repetundarum qui teneretur, explicauimus prius. Quod ad hunc attinet locum, cum C. Saeros praetor in Sicilia fuisset, successit ei in praetura Ca. Verres, qui cum proximam eam Verres misisset, obtinisset triennium, & multa ibi libidinosae, auarae, crudelitatis egisset, tandem aliquando succedente ei Metello, Romam reuersus, repetundarum a Sicilia postulatus est. qui omnes praeter Syracusanos & Mamertinos, M. Tullium illo tempore florentem defensionibus amicorum, ad accusandum Verrem defendere compulerunt, propterea quod hunc iam pridem necessitudine quadam sibi deumctum haberent, ut qui questor praetoris Sex. Reduani in insula ea fuisset, & cum inde discederet, multa*  
*Es iij eis*



eis oratione ea, quam Lelybæi habuerat, benigne esset polliatus. Hac ergo Siculo rum causa suscepta, multis criminibus accusavit Verrem Cicerò, quorum pleræq; tam diuersa separataq; fuerunt, ut nulli alteri probando accommodari posset, sed suis singula essent questionibus explicanda. ¶ Quomodo admodum secundo libro demonstra uimus. Capite duodecimo. ¶ Ut si queratur à prisca philosophia. A prisca philo

Animus an im  
mortalis.

sophis. ¶ Sit ne animus humanus immortalis. De animi immortalitate uaria fuerunt philosophorum sententia. Plato immortalē facit. Epicuri statim ut à corpore se paratur, interire eum confirmant. Stoici, manere quidem aliquandiu, uerū post tamen dissipari atq; in nihilū redigi. Frequens est in huius rei mentione Cicerò, q; ubiqueq; sese offert occasio, Platonis sententiæ libens subscribit. ¶ Qui ueteris

Academia.

Academia. Academia locus erat iuxta Athenas, ubi disputare ac docere solebat Plato. Vnde dicti sunt Academia, quorum etsi nomen unum, tamen duplex sententia fuit. unde duplex facta est Academia, una uetus, altera noua, quemadmodum explicatum à nobis est libro secundo. ¶ Virtutē esse summum bonum. Quam sententiam Stoicorum diximus iam asseri à Cicerone Tusculana quinta, in paradoxo, et expendi etiam in libris de finibus. ¶ Voluptatē summum bonū esse. Ea sententia Epicuri fuit, quam apud Ciceronem primo libro de finibus defendit Torquatus

¶ Ut in Murenæ causa, solutus eum in Asia uersatum esse, saltaſſeq;. Obicere enim Cato et Sulpitiu Murenæ Asiam, et præterea saltatorē eum Cato appellat: quæ duo crimina diluit Cicerò, priusquam ad reliquas duas accusationis partes progrediatur. ¶ At in M. Coelium tam multa. Nam cum auri à Clodia accepti et ueneficij esset accusatus Coelius, tam multa præter hæc obiecta illi fuere, ut uel minimam Ciceronianæ orationis partem occupent ea, de quibus erat constitutum iudicium.

¶ Quam utilem quidem ante omnia neruis atq; osibus controuersis inueniendis Quintilianus rectissime simul et eruditissime dixit. Libro septimo. ¶ Quæ ex ipsis nascuntur uerbis. Quæ questiones ex uerbis ipsis nascuntur, quæ ex ipsis quæ uerbis inclusa sunt, de his lege libri secundi apud unde amum.

Penthesilea  
Hippolyte.

¶ Quod Penthesilea ad Troiam occiderit. Hæc Penthesilea regina Amazonū fuit, consanguinea earundem reginæ Hippolytes, quam superius diximus occisam fuisse ab Hercule. Quæ perempta, Penthesilea exul cum suis, Priamo contra Græcos auxilio uenit, in eoque bello ab Achille occisa est. Sic ferè Diodorus. ¶ In declamatione quæ Mathematicus inscribitur. Eius declamationis argumentū est eiusmodi: Vir fortis optet præmiū quod uolet. Qui causas uoluntariæ mortis in senatu non reddiderit, in sepultus abijciatur. Quidam de partu uxoris mathematicū consuluit. Is respondit, uirum fortem futurum qui nasceretur, deinde parriadam. Cum adoleuisset qui erat natus, bello patriæ fortiter fecit, reddidit causas uoluntariæ mortis, pater contradiat. ¶ Cicerò similiter in secunda philippica. Verba Ciceronis habent ad hunc modū. At beneficiū sum usus tuo. Quo? Quam illud ipsum quod

comme-

commemoras, semp præ me tuli. Malui me tibi debere confiteri, quam cuiquam minus prudenti non satis gratus uideri. Sed quo beneficiū? Quod me Brundisij non occideris? Quem ipse uictor, qui tibi, ut tute gloriari solebas, detulerat ex latronibus suis primatum, saluum esse uoluisset, in Italiam ire iussisset, eum tu occideres? Fac potuisse. Quod est aliud P. C. beneficiū Latronum, nisi ut comemorare possint, ijs se uitam dedisse quibus non ademerint? Quod si esset beneficiū, nunq; ij qui illum interfecerunt, à quo erant seruari, tantā essent gloriā consecuti. Quale autem beneficiū est, quod te abstineris à nefario scelere? Quia in re non tam iuandum uideri mihi debuit, non interfectum à te: quam miserum, id te impune facere potuisse. Sed sit beneficiū, quandoquidem maius à latrone accipi uolum potuit: in quo me potes dicere ingratum? An de interitu rei pub. queri non debui, ne in te ingratus uiderer? Et sic etiam continuo post de literis suis. At etiam literas, inquit, quas me sibi misisse diceret, reuertit homo, et humanitatis exasper, et uitæ communis ignarus. Quis enim unquam, qui paulum modo bonorum consuetudinem nosset, literas ad se ab amico missas, offensione aliqua interposita, in medium protulit, palamq; reuertit? Quid hoc est aliud, quam tollere e uitæ, uitæ soætatē? tollere amicorum colloquia absentium? Quam multa loca solent esse in epistolis, quæ prolata si sine, inepta esse uideantur. Quam multa seria, neq; tamen ullo modo diuisibilia. Sit hoc inhumanitatis tuæ, stultitiæ incredibilem uidet. Quid habes quod mihi opponas homo disertus, ut Mustela Thamisto et Teroni Numisto uideris? Qui cum hoc ipso tempore stent cum gladijs in cōspectu senatus, ego quoq; te disertū putabo, si ostēderis, quo modo sis eos interficiarios deſensurus. Sed quid oppones tandem? Si negem me unq; istas literas ad te misisse, quo me teste conuincas? An chirographo, in quo habes factā quæstuosam? Qui possis? sunt enim librarij manu. Iam inuideo magistro tuo, qui te tanta mercede, quantam iam proferam, nihil sapere docuit. Quid est minus, nō dico oratoris, sed hominis, q; obijcere aduersario, quod ille si uerbo negarit, longius progredi nō possit qui obtearit? At ego non nego, tēq; in isto ipso conuincō, non inhumanitatis solū, sed etiā auentia. Quod enim uerbum in istis literis est non plenum humanitatis, officij, beneuolentiæ? Et quæ sequuntur. Porro de Murenæ et Plancij causa non est cur hoc loco quicquam dicamus, cum ante a de utraq; dixerimus.

¶ Argumentationū, quibus singulæ quæstiones confirmantur, quæ debeat esse dispositio. Caput, XIII.



Argumentationum dispositio in eis, quæ ἐπιθετικὰ Græci, Cicero demonstratiua uocauit: quæ uidelicet ad ostentationem tantum uoluptatemque audientium differunt.

cur



*En genere de- monstratio non ita magni esse, que prædant ar- gumentatiões et que sequan- tur.*

tur, ex arbitrio fere pendet eius, qui dicit, abundeque satis fecit, si deco- rem, cuius solius est cura sibi, dispositione consequitur. Huiusmodi sunt laudationes, uituperationes, & panegyricorum plerique, qui ex laudatione in suadendi quandam imaginem nonnunquam descendunt. Quonia autem laudantur bona, uituperantur contraria; in homine quidem laudamus animi bona, ut scientias, ut uirtutes. Corporis uero & fortunæ bona laudamus dupliciter, uel quia bonorum animi sunt indicia; ut uires, quia continentia signum sunt; opes, quia frugalitatis, uel quia bene sit usus, ut opibus ad liberalitatem, uiribus ad fortitudinem. Contraria quoque interpretatione uituperamus hæc ipsa, & horum contraria. Per se enim, nec bona sunt nec mala; sed ex eius qui habet ingenio accipiunt nomen. In reliquis rebus laudamus utilitatem, quam præbent nobis; & ea præcipue parte bona censemus, qua profunt. Sic deum, patrem, rectorem rerum nostrarum, custodem, protectorem, datorum uitæ, prosperitatis, gratias, omniumque quæ felicium expectantur uotis, fontem originemque laudamus. Deinde similitudine laudum nostrarum: fortunæ quidem, quod nulli obnoxius sit; corporis, quod malorum omnium quæ in nos incurrunt sit expers; animi humanarumque uirtutum, unde iustum eum, demetrem, longanimum, propitium, sapientem dicimus. Eadem ratione in equis, ex usu nostro, gestandi arandique comoda narrantur: quantum bello, quantum pace nobis præstent. Tum quod alacritate ad pericula, fide aduersus ueteres dominos, patientia laborum, mansuetudine, obsequioque uirtutes nostras referunt. Ita in corporis bonis, robur, uelocitas, decor. Ita in fortunæ, sunt ornamenta, phalera, frena, cultus, & a maxima quoque fortuna maxima cura eis adhibita. Similiter, non apes modo, sicut copiosissime Vergilius; nec psitaci, ut Ouidius, ut Statius; sed inanima quoque, sicut urbes, portus,

tus, regiones, arbores, planta, lapidesque laudantur. Sic Plinius terram laudat, quod propter eximia merita cognomen indidimus ei maternæ uenerationis. Utilitas hæc eius est. Iam mitem, benignam, indulgentem, & usus mortalium semper ancillam uocat. Iam uenena nostri misertam instituisse putat. imitatio quædam est hæc humanæ probitatis. Nec ego sum nescius, ista figurate dici (proprie enim qui possent) Ideo & imitationem dicimus. Hoc tamen constat, quod initio proposui, similitudine quadam uirtutis ista laudari, cum sint reuera longissime ab ea remota. Sed de laude, quantum non nostri negotij nunc ea sit, hæc uelut in transcurso non inutile fuerit attigisse. Late patet enim laus, & omnium civilium questionum ratio prope ex eo fonte descendit. In iudicijs enim, quid æquum, quid iniquum sit; in consilijs, quid expediat aut noceat, quæ cuncta utilitatis honestatisque sine metimur. Quis autem non uideat hæc omnia cum laudatione esse coniuncta; sed tamen laudatio ex dicentis destinatione in aliud transit nomen. Laudatione uero tunc proprie signamus hoc nomine, cum laudamus rem nullam aliam in usum nisi ut laudemus. In hoc itaque orationis genere, quonia præcipue uoluptatem admirationemque sectamur audientium, quæ non contingit nisi magnis quibusdam recedendis, quæ per sæpe cum fidei etiam periculo petunt, aut minoribus in eum modum extollendis, ut magna uideantur: sic ergo nonnunquam instituitur dispositio, ut argumentationibus alia super aliam incrementibus uelut gradibus quibusdam augeat oratio. Qualis est apud Ciceronem laus clementiæ Cæsaris, M. Marcellum restituentis. Et ad Quirites item laus beneficii P. R. quo ipse est ab exilio reductus. Quæ quomodo fiant, superius diximus. At in earum rerum laudibus recensendis, quarum ipsa sibi sufficit magnitudo: ut in Pompeij laudatione pro lege Manilia, in uituperatione M. Anto-



nij, L. Pisonis, caeterorūq; nihil est necesse seruare hanc extruendae argumētationū legem. Sed aut dispartimus bona per sua genera, sic, ut de fortunae bonis, de corporis, tum de uirtutibus dicamus, singulasq; similiter prosequimur, ut quicquid fecit ad unāquāq; uirtutū pertinens, id ad eam redigamus. aut uitam totā, ut natus, ut educatus est, ut si se gessit, per temporū ordinē digerimus. aut ipsi nobis distributionem quandam effingimus, quod pro lege Manilia in laudando Pompeio Cicero fecit. Quod fuit quidem faciendū sibi, quoniā pura laus non fuit eo loco proposita, sed in suasionem uertebatur laudatio, nec Pompeium bonum uirū tunc probare uoluit, sed utilissimum imperatorē, in quo dixit quatuor illa esse oportere, sciētiam rei militaris, uirtutē, autoritatē, felicitatē. Aut si multa sint argumēta laudis, quorū magna alia, alia leuiora sint, ne uel leuiora in unum congesta locum exilitate sua uim orationis infringant, uel eam maiora supra modum tollant, ordinem quem arbitrarium supra uocauimus sequimur. Itaq; ut maiorum robore, leuiorū fulciatur debilitas; et rursus tenuitate leuiorū, impetus maiorum temperetur, miscemus ea, iungimusq; incredibilia probabilibus, splendida obscuris, insignia ignotis, propria cum his quae sunt aliorum communia: ut hac mixtura, concinnatio quaedam & aequabilitas accedat orationi.

In eis uero generibus, quae fidem solam quaerunt: fidei quoq; est ante omnia accommodanda dispositio, id est, quemadmodū de quaestibus diximus, si sint argumētationes, quae nō solum prodesse causae possint: sed ex quae assueratione reliqs argumētationibus aliqua parte ueniat fides, ut eas alijs praepōnamus. Sic Cicero pro Milone in ea quaestione cuius sepe iam meminimus, qua disputat, an possit ullus ab altero occidi iure: primum opponit aduersarijs M. Horatium,

qui

Quis argu-  
mētationū or-  
dō in genere  
deliberatiuo  
& iudiciali.

qui sororem occidit, absolutusq; est P. R. sententia. In quo uelut nascentis rei Romanae exemplo, legesq; & testimonium ex fabulis quaesitum, innixa sunt. Similiter Quintilianus in Mathematico, cum probare uult, mathematicum dixisse uerum, postquam probauit fideribus regi res humanas, & eorum uim posse ab hominibus comprehendī, primum argumentum ponit ipsam mathematici constantiam in respondendo: qui cum ea, quibus merito credere consulens eum pater non debuerit, tamen nihil texerit, sed omnia sine dissimulatione protulerit, pendet utique praecipue quaestionis istius fides ex mathematico. Quemadmodum in futurorum omnium praedictione, nulla re magis credimus, q̄ eius scientia fideque, qui praedicit. Recte ergo hoc argumentum tanquam firmamentum primum fecit. ¶ Prater haec, si non sit haec in argumentis ordinis causa, tamen proxima ratio erit, ut aliquid quod apud audientium animos multum habiturum sit uirium, hoc primū locemus: deinde debiliora in medium recipiamus; postremum faciamus id, quod arctissime auditorē teneat: quoniam eorum, ut proxima, sic est efficacissima memoria. Quintilianus itaq; in Milite Mariano, in prima quaestione, quam fecit, an licuerit eum qui uim inferret occidere, primā confessionē causae aduersario extorsit. Non (inquit) me hercule possum tenere, quo minus in accusatorem dolor meus prorumpat. Quid dicis? Tu si tribunus eēs, hoc fecisses: si miles, hoc tulisses? Nihil fere potuit efficacius dici pro causa, q̄ quo uel impudentissimus etiam aduersarius cogereur secundum reum pronūciare. In fine uero quaestionis id posuit, quod quamuis non ad firmandum fidē causae, tamen quod maius est, apud iudicis animum, potentissimū esse debuit. Itaq; cum inuasisset luxuriā nobilitatis, q̄ maxime studebat se-

Gg ij ueritate



ueritate uirtutibusq; premere C. Marius, subiecit in fine, Dij profectio magnitudinem tuam curant imperator ac dirigunt, qui tibi super ceteras laudes attulerunt tam honestae sententiae occasione. Quod miles fortiter fecit, si absoluis, tuum exemplum est. ¶ In affectibus (quod & ante diximus) crescere semper debet oratio, et quemadmodum inter argumentationes ea que affectus est capacissima, sic in ipso affectu quod potentissimum, recte ponet postremum. Cum enim sua sponte citissime arefcent lachrymae, turpe est eas dicentis frigore ficari. Quod ut lachrymis, sic in omni affectu necesse est euenire. quotiens is qui dicit, propositis efficacioribus & acrius in animum penetrantibus, ad leuiora deinde uelut destituta omnibus oratione deflectit.

## SCHOLIA IN CAPVT XIII.

Ordo argumentationum in mouendis affectibus.

¶ **Q**UAE ΕΠΙΔΕΙΚΤΙΚΑΕ GRÆCÆ, Cicerō demonstratiua uocantur. Tria, quemadmodum & supra attigimus, causarum sunt genera, demonstratiuum, deliberatiuum, iudiciale. Demonstratiuum uocant, quod in laudando uituperandoq; uersatur. Deliberatiuum, quod in suadendo aut dissuadendo, hortando dehortandoque consistit. Iudiciale, quo accusamus aut defendimus, petimus aut abnuimus. Ergo quod ad hunc attinet locum, id quod Latini, Ciceronē in rhetoricis secuti, uocant genus demonstratiuum, Græcis ΕΠΙΔΕΙΚΤΙΚΟΝ dicitur. De quo hunc in modum Quintilianus libro tertio: Est igitur (inquit) ut dixi, unum genus, quo laus & uituperatio continetur: sed est appellatum à meliore parte laudatiuum. Idem alij demonstratiuum uocant. Vtrumq; nomen ex græco creditur fluxisse, nam & ΕΥΧΩΜΙΛΕΣΙΚΟΝ & ΕΠΙΔΕΙΚΤΙΚΟΝ dicunt. Sed mihi ΕΠΙΔΕΙΚΤΙΚΟΝ non tam demonstrationis uim habere, quam ostentationis uidetur, & multum ab illo encomiastico differre. Nam ut continet laudatiuum in se genus, ita non intra hoc solum consistit. An quisquam negauerit, panegyricos ΕΠΙΔΕΙΚΤΙΚΟΥΣ esse? Atqui formā suadendi habent, & pleurūq; de utilitatibus Græcæ loquuntur: ut causarum genera tria sint, sed ea tum in negotijs, tum in ostentatione posita. Nisi forte non ex græco mutuantes demonstratiuum uocant: uerū id sequuntur, quod laus & uituperatio quale sit quicq; demonstrant. ¶ Et panegyricorum plerūq;. ΠΑΝΗΓΥΡΙΚΕ, laudem, festum, meratum, conuentum significat. Hinc Λόγοι πανηγυρικοί, hoc est, orationes, que in laudē aususpiam, aut alioqui in conuentu populi, non tam utilitatis, quam demulcandarum aurium uoluptatisq; gratia apud Græcos diu solebant. Etiam si nonnunquam (ut iam

ex

ex Quintiliano ostendimus) et suadendi habebant formam, & de utilitatibus Græcæ loquebantur, id quod nec Rodolphus dissimulat. ¶ Quoniam autem laudatur bona. (De his Fabius Quintilianus libro tertio capite nono. & M. Cicerō cum multis alijs in locis, tum etiam in partitionibus. ¶ Tum quod alacritate ad pericula, si de aduersus uictres dominos.) De hac equorum laude & amore aduersum dominos multa legere est apud Plinium libro octauo, capite uigesimoquarto. ¶ Non apes modo sicut copiosissime Vergilius. ¶ Quarto Georgico. ¶ Nec psittaxa, ut Ouidius, ut Statius) Ouidius secundo libro elegiarum deplorat simul ac laudat psittacum mortuum. Idem facit Statius ad Meliorem libro secundo Syluarum. ¶ Sic Plinius terram laudat. Libri secundi capite sexagesimoquinto. ¶ Qualis est apud Ciceronem laus clementiae. De hoc supra, huius libri capite tertio. ¶ Et ad Quirites. ¶ In oratione qua gratias egit Populo Romano, quod se ab exilio reuocassent. ¶ Que quomodo fiant, superioris diximus. Huius libri capite tertio. ¶ Ut in Pompeij laudatione pro lege Manilia. ¶ Manilius tribunus plebis legem rogat, qua Cn. Pompeio decerneretur bellum Mithridaticum. Eam legem dissuadere summum uiri ac primæpales ciuitatis Catulus ac Hortensius, suscit Cicerō: & quidem ita suscit, ut bonam totius orationis partem deservit recedendis laudibus Pompeij, cuius laudationis mentionem hic facit Rodolphus ¶ In uituperatione M. Antonij. ¶ In quæ plenis, quod aiunt, uelis inuehitur Cicerō philippicæ secunda. ¶ Et L. Pisonis. ¶ Hic est ille L. Piso, qui cum Gabinio cōsul erat id tēporis, quo in exilium actus est Cicerō. qui cum postea senatus auctoritate, ac populi iussu, esset restitutus in patriam: orationem habuit in senatu de provincijs consularibus: idq; ea oratione effecit, ut ambo C. C. Piso in quæ & Gabinius à provincijs reuocarentur. Quare uehementer offensus Piso, de insectatione Ciceronis questus est in senatu, grauitatq; in illum inuectus, maxime fiducia Cesaris generi sui, qui tum Gallias obtinebat. Ergo huic responsurus Cicerō, ita eum retaliat, ut grauisima ei in senatu obijciat crimina, omniq; eum genere uituperationis profcindat. Atq; hæc est uituperatio illa Pisonis, cuius meminit hoc loco Agricola. ¶ In eis uero generibus, quæ fidem solam querunt. ¶ Quorum hic est finis, ut uera credatur esse que dicuntur, ut est genus deliberatiuum & iudiciale. ¶ Quemadmodum de questionibus diximus. ¶ Capite proximo. ¶ Opponit aduersarijs M. Horatium. ¶ Hic qua arte amissis duobus fratribus, tres illos Curianos, deinde et sororem ipse sua occiderit, narrat T. Liuius libro primo ab urbe condita. ¶ Legesq;. ¶ Duodecim uelidiat tabularum: que si uerem nocturnum quoquo modo, diurnum aut si se telo defendisset, impune sinebant interfici. ¶ Et testimonium ex fabulis questum. ¶ Ait enim, non sine causa fictis fabulis doctissimos homines memoriae prodidisse, eum Orestem, qui patris sui Agamemnonis ulciscendi causa, matrem Clytemnestram nequisset, uariatis hominum sententijs, sapientissima deæ Palladis sententia liberatum. ¶ Præter hæc, si non hæc sit in argumentis ordinis causa. ¶ Hoc ipsum Fabius libro

Lex Manilia.

L. Piso.

Orestis fabula

Tria causarum genera.

Genus demonstratiuum.

Panegyris. Panegyria.



quinto, capite de usu argumentorum, & Cicerō item non uno in loco docet, nempe firmissima argumenta in principio & sine locanda esse, debilitiora uelut in medium agmen reapienda. ¶ In milite Mariano.) Cuius declamationis iam semel iterumq; meminimus. ¶ In affectibus, quod & ante diximus.) Libri huius capite

Lachrymas a tertio. ¶ Cum enim sua sponte arescant lachrymæ.) Sic Quintilianus libro 6. to arescere.

Nunquam tamen debet longa esse miseratio, nec sine causa dictum est, nihil faalius quam lachrymas in arescere. Nam cum etiam ueros dolores mitiget tempus, citius euanescat necesse est illa, quam dicendo effinximus, imago: in qua si moramur, fatigatur lachrymis auditor, & requiescat, & ab illo quem expectat impetu ad rationem redit. Non patiamur igitur frigescere hoc opus, & affectum cum ad summum perduxerimus relinquamus. neq; speremus fore, ut aliena quisquam diu ploret. Et in partibus Cicerō, Cito enim (inquit) exarescat lachryma, praesertim in alienis malis.

¶ Tametsi naturalis quidem partium argumentationis ordo is sit, ut propositiones semper praecedant, sequatur conclusio: & in rationatione, primus locus cedat maiori, secundus minori, tertius conclusioni, tamen ordinem hunc adeo anxie obseruandum non esse, quin interdum mutetur: ne dum nimis theologiae pro & contra uolumus arguere, in meras inaudamus ineptias. Caput. XIII.

Naturalis ordo partium argumentationis.

**P**artes argumentationum quam capiant dispositionem, non est certis ullis comprehendere praeceptis. Quae sint autem partes argumentationis, proximo libro satis multis executi sumus. Et naturalis quidem ordo est earum, ut praecedant propositiones, deinde sequatur id, quod ex eis efficitur. In rationatione quoque, prima sit maior propositio, proxima sit minor, postrema conclusio. Sic in inductione, priores sunt species aut partes, quae genus aut totum quod colligitur ex eis. Velle tamen hanc legem usquequaque obseruare, frigidae prorsus est & friuolae cuiusdam nescio an curae dicam an cauillationis, certe infantiae & fastidij. Infantiae quidem, quod nihil potest aut minus disertum aut magis puerile uideri, quam omnia uelut puerum a magistro dictata ad unam certam legem formamque dicere. Fastidij quoque, quod necesse est sequi eos, qui aures nulla unquam uarietate delicatissimam nostri partem tentant reficere, Varietas enim, sicut rerum omnium, sic orationis praecipue leuat

dium. Multarum adeo rerum nobis gratia, non ex se, sed uel ex meliorum etiam satietate uenit. Iam etiam pluraque sunt argumentationes, quarum tota uis aut duabus propositionibus citra conclusionem explicatur, aut altera propositionum pro tota ponitur rationatione. Quae qualia sint, suo loco demonstrauimus. Feras tamen utcumque leuiores in rebus hanc ludicram uerborum iaculationem, in quibus solum os instruitur, & inanes inter disputandum circulatorum clamores petuntur. At in eis rebus, quae non ideo tantum dicuntur, ut dicantur, sed ut animos nostros subintrent et emendent, quaeque uitium eradendis ex intimis mentium nostrarum sedibus adhibentur, id est, quae moralis philosophiae uocamus, si hac leuitate intra primas subsistant aures, inania profecto, inania tantum irritaque uerba fundent. Maioribus ergo uiribus instructam orationem, & plenioribus eam ferri uelis oportet. Auertendus enim est ab eis quae placet, quaeque multo tempore probauit animus, & ipse sibi (ut ita dicam) est auferendus. Nec tam docendus, ut sciat meliora: quam cogendus, ut uelit. A qua facilitate, quantum absit contracta illa & spinosa argumentandi ratio, non est certiore signo colligere, quam quod ea posteaquam philosophorum scholas ingressa est, moralis ista quam uere philosophiam dicimus, e scholis prorsus excessit. Veterum certe neminem nisi stoicorum horridissimum quemque, sic differuisse inuenias, nec id ubique tamen. Et si quis paulo latiore fuit ingenio, huius etiam sectae uicium est dignitate, & splendidius aliquid dicere concupiuit. Aristoteles certe, Plato, & quorum interea in philosophia paribus laudibus eloquentia eruditioque celebratur, rarissime putauerunt utendum sibi nudis illis & expressis rationationibus, quod ex libris eorum facile perspectum est. At nostri saeculi philosophis, si quaeritur & arguitur primo & secundo

Hec legat si licentia ista, quibus nihil placet nisi arguitur & repleatur.



Quibus flosculis lasciuant philosophi et tatis nostrae. do, & notandū quarto aut quinto, et consequentia tenet in baroco, et reliquas id genus ineptias demas, destitutos prorsus et nihil quod dicant habituros uidebis. Nec haec eo dico, quod ea putem esse contemnenda. Disci enim illa ab incipientibus in scholis, & quidem exactissima cura, uelim, & exerceri quoque, sed adeo, ut intra scholam manent. A grauiorum uero rerum tractatu, doctiorumque uirorum disputatiōe; ante omnia, cum posteritati erudiendae res literis mandantur, crediderim maxime hanc leuē ineptamque dicendi scrupulositatē remotam esse debere. Nunc autem cum sint omnia in leuissimas etiam digesta quaestiones, & cuiuslibet quaestioni, uelut statutus lege quadam argumentationum & notandorum debeatur numerus, implent ingentia uolumina librorum, & totis paginis dicuntur, quae singulis interdum uersibus poterant absolui. Equidem argumentationem in oratione controuersa censeo necessariam esse, tanquam neruos sine quibus ea subsistere non possit. Sed quemadmodum deforme non modo fit corpus, sed nec speciem quidem habeat corporis, in quo soli sint omnique carne nudati nerui, sic nec orationis aut faciem aut nomen iure habebunt horridae istae & una perpetua specie compositae argumentationes. Apud Graecos quidem in prouerbio fuit, ut dicerent, egregia de lente, quoties minor res maiorē in modum tolleretur. Quanto nunc rectius hi notabunt, cum puerilibus etiam nugis diuina pertractent? Vertendae sunt igitur formae argumentationum, & partes earum uaria collocatione disponendae. Nec tamen adeo uitandus ordo rectus, ut credamus non interdum ratiocinationem totam proferendam, quod & Quintilianus fecit in ea declamatiōe, quae inscribitur Ignominiosus contra tres rogationes. Ergo (inquit) si Ignominiosum uult esse eum, quater contradixerit nec tenuerit, et hic contradixit

ter

ter nec tenuit, quomodo non sit ignominiosus, iuuenire profecto non poterit. Sic & Cicero cum multis in locis, tum pro M. Caelio: Si qua non nupta mulier (inquit) domum patefaceret omnium cupiditati, & reliqua multa, quae subiicit in eam sententiam, quorum omnium haec uis est: Nemo poterit dici adulter, qui cum muliere omnium cupiditati exposita coire consuevit. Hoc apertum est maiorē propositionem esse ratiocinationis. Addere deinde debeat minorē: Clodia autem talis mulier est. Variauit id dicendi figura, & in eius locum interrogat eam, fateaturne talem esse se, an neget. Post ad utramque partem concludit, si neget se talem esse, ne debere quidem uideri a M. Caelio petulantius quicquam cum ea factum: sin fateatur, non id uideri ex praecedentium propositionum probatione adulterium. At in eadem oratione paulo ante conuertit prorsus totum ratiocinationis ordinem Cicero, primamque conclusionem ponit: In M. Caelio nulla luxuries reperitur, nulli sumptus, nullum aenum, nulla conuiuio: & iustorum libido, quaeque sequuntur. Hoc est enim, quod probandum est. Deinde cum subdit: Audistis antea cum accusaret; minorem propositionem facit, quae est, Caesium summa eloquentiae studiorumque cura teneri. Postremo maiorem addit: Atque scitote iudices, eas cupiditates quae obijciuntur Caelio, atque haec studia de quibus disputo, non facile in eodem homine esse posse. Ut fit ratiocinatio: Non possunt in eo in quo est summus studio: amor, esse & prauae cupiditates: in Caelio est summus studio: amor, non possunt ergo in eo esse prauae cupiditates. Interim proponit altera ex propositionibus tantum. Vel maior, ut Quintilia, in Mathematico: Ei (inquit) tantum debet mors negari, de quo non sufficit hoc poene genus, ut se ipse potius occidat. Haec propositionem probat. Deinde quod assumpturus, & hoc uidelicet quod ex eis conclusurus: ego uero talis non

Hh sum,



sum, non ergo debet mihi mors negari: ca uelut in propositione illa satis intellecta praetermisit. Interim proponitur minor, ut in eadem declamatione: Quid q me futurū dixit parricidā? Ratiocinatio q dē talis sit oportet. Quisq p̄dictus parricida ē, debet mori: ego p̄dictus sum parricida, debeo ergo mori. Est ergo qd p̄ponit minor p̄positio: quod seq̄, est cōfirmatio maioris, debere mori eū q̄sq parricida p̄dictus ē. Qd̄ quāq̄ posset uniuersalit̄ p̄nunciari, orator singularit̄ et tāq̄ de hoc uno p̄nūciat. Qm̄ (ut priore libro dixi) uniuersales p̄positiones remotiores eē, et minns arctē p̄mere rē p̄sentē uidēt̄.

SCHOLIA IN CAPVT XIII.

*Varietas quam placet auribus.* **P**roximo libro satis multis executi sumus. Libri secūdi capite 14. ¶ Qui aures nulla unq̄ uarietate, delicatissimā nostri partem, tentant reficere. ¶ Quis enim, inquit ille, est auribus usq; adeo patientibus, ut uel paulisper ferat orationē ubiq; sui similit̄? Tantā ubiq; uim habet uarietas, ut nihil oīno tam nitidū sit, quod nō squalere uideatur ātra huius cōmendationē. Gaudet ipsa natura uel ī primis uarietate, quae in tam imensa rerū turba nihil usquam reliquit, quod non admirabili quodā uarietatis artificio depinxerit. Et sicut oali diuersarum aspectu rerū magis detinentur, ita semper animus arcūspectat, in quod se uelut nouū intendat. Cui si aucta sui similia occurrāt undiq; tēdio protinus auertitur. Et Quintilianus: Ars porro, inquit, uariandi, cum gratiam prebet ac renouat aures, tum diantem ipsum laboris mutatione refiat: ut standi, ambulandi, sedendi, iacendi, uices sunt, nihilq; eorum pati unum diu possumus. ¶ Quae qualia sint, suo loco demonstrauimus. ¶ Libri secūdi capite decimo nono. ¶ In quibus solum os instruitur. ¶ In quibus id agitur solum, ut dicendi usum paremus. ¶ Et inanes inter disputandum auctororum clamores petuntur. ¶ Vbi hoc unum queritur, ut qui nos disputantes uideat, de qua q; arant, ij nobis applaudant, & placeat sibi ea quae dicuntur a nobis, plausu ipso ac clamore testentur. ¶ Et ipse sibi, ut ita dicam, est asferendus. ¶ Ita, inquit, affidendus animus est, ut non is sibi esse uideatur qui adhuc fuit: ut q; probet ea quae auersatus est hactenus: & auersetur, quae hucusq; probauit. ¶ Egrege de lente. ¶ Eundem propemodū sensum habet cum eo, quod legitur apud Gellium, τὸ ἐν φωνῇ μῦθος, in lente unguentum. ¶ Quom̄ am ut priore libro dixi. ¶ Libri secūdi capite decimo quarto.

¶ De cautionibus aliquot inter argumentandum obseruandis ei, qui aduersarium uelit conuincere. caput. XV.

Possent

**P**ossent ista extendi, multiplexq; horū forma proferri ex auctoribus. Sed longū id est: et nisi alioqui multa cura q̄s, legendis, explicandis, perspicendiq; scriptoribus ista cognouerit, frustra docebitur. Nam neq; dici oia possunt: & ex eorū quae diximus collatione, facile quis reliqua cognoscat. Illud tamen adieciſſe uelim. Quod si qua sit propositio, uel aliquid propositionis simile, in quo maius quaestionis momentum sit positum, reſuſſime aliquando antequam id aggredimur quod eo conficere uolumus, in antecessum apud auditores est deponendum, & tanquā aliud agamus explicandum. Minus enim suspectum tunc erit, cum quare dicatur non apparebit: credeturq; facilius, & securos animos blandius subibit. Sicut minus timentur arma, quorum non intelligitur usus. Inde cum possederit mentem paratam semel, fidem tunc quoq; perferet, cum utendum erit eo. Fauet enim quisq; persuasiōi suae, nemoq; uel sibi ipse libenter errorem suum fatetur. Credimusq; multa, non quia uera uideantur, sed quia credimus. Huiusmodi est apud Ciceronem illa expositionis matris Cluentij inuidia, quae quamquam praecipue ueneficij crimini defendendo conueniat, tamen si, cū illud defendendum erat, primum poneretur, poterat tam dubia sicut crimen uideri. Huc pertinent altius repetitae narrationum praeparationes. Et in altercationibus quidē praecipuus est obseruationis istius usus. Ideoq; si qua sunt, quae plus sint allatura confirmandae intentioni nostrae, non sunt utiq; protinus cum eo constringenda. Tergiuerſabit enim & effugia quaret aduersarius, inuitusq; se in laqueum quem prospexerit dabit. Ergo dimouenda sunt haec ab eo quod efficere uolumus, & altius repetenda, & multitudine similibum propositionum, quas sibi periculo daturus sit aduersarius, obruenda.

Cautio obseruanda argumentanti.

Hh ij Quae



Quæ cuiusmodi sint, ex Platonis dialogis nō ē difficile p̄spicere. Sed nos interim aliq̄ exemplo quod dicimus indicemus. Demus Academicū probare uolentē Epicureo: quisquis sine uirtute sit, eū esse infelicē. Non sumet ille tantūmodo uirtutē esse summū bonum; id enim nihilo probabilius est, q̄ id quod intendebatur: nec id etiam unde istud deducitur, uirtutis curā maxime naturalē esse homini. Altius igitur ordietur. Quæret ecquid fateatur animam corpore meliorē esse: Sed hoc quoq̄ muniendum est Socratica inductione. Quærendū est, an aurigam curru, & naue gubernatorē, & dominum domo, et principē popularibus, et in uniuersum quod imperet præstantius esse putet eo q̄d paret, an & animi imperio putet corpus regi. Quæ si concedat, necesse erit concedat, animum corpore potiorē esse. Qd̄ ubi constare coepit, sequatur hinc, propria animi bona proprijs corporis bonis esse potiora. Quod si docuerimus hinc, propriam animi uirtutem, propriam corporis uoluptatem esse: constabit uirtutem esse meliorem uoluptate. Quod ipsum erit fortasse querendum. Ex longinquo rogabit itaq̄, putet ne eisdē gaudere corpus & animum: q̄d nimis negabit. Nā & multa poscit corpus, quæ nec indulgenda illi credit Epicurus. Ergo horum aduersis animus, qui negat ea corpori, gaudet. Sic & aīo multa placent, quæ corpus auersatur. Cum gaudeant autem diuersis, uoluptas corporis erit: quod autē uoluptati contrariū sit, nō inuenimus, nisi uirtutē. Ea pertinebit igit̄ ad animum. Hæc ergo bona utriusq̄ erūt. Quod si est proprium animi bonū uirtus, erit & summū bonū: cum demonstratū sit ante, meliora esse quæ ad aīum, q̄q̄ ad corpus ptineant. Cū enim nō sint alia, ppria hominis, q̄ quæ sunt animi & corporis bona, (Nā fortunæ bona solū dicūt, q̄a istis deseruiunt) ergo animi bona, q̄m meliora sunt, summa sint

sint oportet. Et iā hæc quidē cū sint uirtutes, necesse est qui sine eis sit, esse cū summo malo, q̄d uitiū erit. Atqui quisq̄s cū summo malo est, infelix est, ergo iā efficitur quod intendimus, quisq̄s est sine uirtute, infelix est. Qd̄ si a proximis coepissemus, & inde degrederemur ad longius posita, insolētior aduersarius negaret oīa, neq̄ puenire nos ad aliqd̄ fineret unq̄, quod ipse cōfiteretur. At cum ea pponimus, quæ distāt multū, neq̄ fere quicquā negocij uidentur habere cū eo q̄d pponimus, facilius dat aduersarius tāq̄ nihil ad se ptinēs. Vnde dat̄ cōfessum nobis aliqd̄ arripe, in q̄ pedē (q̄d dici solet) figamus, ad q̄d si alio pueniremus ordie, negaret id ipsum aduersarius, ne uinculis argumētationū uinceret, & aliqd̄ cōfiteretur, ex quo cōtra ipsum regredi possemus. ¶ Sed quemadmodū a summo quodā cacumie petito iitio, ad id postremū, quod pbare destinamus delabimur: sic libet ecōtrario, & hoc ipsum quod intendimus primū facere, & id adhibita argumētatiōe cōfirmare, hancq̄ ipsam argumētationē rursus alia astruere, donec ueniamus ad aliqd̄ tan dē, quod inficiari aduersarius non possit. ¶ Similiter etiā poterimus, cū negauerit intentionē aduersarius, pponere aliqd̄, quod etiā diuersum uideat̄ a pposito, q̄d det aduersarius. Id cū fecerit, tū ductu eo quē obliquū priore libro diximus, ex cōtradictōe intentionis, cōtradicens eius q̄d aduersarius dedit, colligere. Qd̄ quō fiat, suo loco nobis est dictū. ¶ Huius tamē admonitū altercatorē uelim, ut sciat quā potissimū ex istis disponēdi rationē sequat̄, duas fere in alēcatiōe figuras eē oratiōis. Aut em̄ introgātes, & aduersarij sentētias p̄cōtādo eliciētes, differimus: aut asseueramus, & nr̄az argumētationū cōstantia, in nostrā sententiam eum transire cogimus. Primum genus est, ut cū querimus, sit ne uirtus proprium animi opus. Quod si dederit aduersarius, rursus queri



mus, est ne opus cuiusq; bonū ipsius: Deinde si id quoq; deī, tū quaeritur, sit ne animus optima pars nostri: Post haec, sit ne optimum qđ optimo bonū est: Haec etiā cū data fuerit, tū relinquet, utiq; optimū, id est, summū bonū esse uirtutem. Secūdū genus est, cū dicimus. Virtus est summum bonū, idq; pbamus, est em̄ bonū animi nostri, qui ē praestantissimū quod in nobis est. Quod sit autē animi bonū uirtus, id rursus docemus, quoniam proprium opus est ipsius: reliquaq; ad hunc modū asseueramus, donec ueniamus ad postremū aliquid, qđ probatione nō habet opus. Cū possit autē duci ordo ille, ppositionū, aut a primis atq; confessis ad intentionem, aut ab intentione ad prima & confessa, per utramq; figurā: apta tamen est interrogatio priorī ordini, estq; genus ipsum dīlserendi tutius atq; modestius, & plurimum laqueorum aduersus aduersariū capax. Nam si interroganti aliquid non det aduersarius, potest inde sine dedecore referre pedē, qđ asseueranti turpe fuisset, repulsum se & frustra conatum fatenti. Asseueratio uero grauior est atq; instantior, & ordini ab intentione ad confessa ducendo aptior. Urget enim aduersariū, & non illius consensu, sed uiribus quae uoluit extorquet. Sed rem subesse oportet eiusmodi, quam ab inuito nos aduersario confidamus exprimere posse. Quae si nō sit, satius erit interrogatiōes experiri, Socrates itaq; apud Platonem, ut qui nihil scire se affirmaret, nihilq; habere, quod tanq; pro sua sententia diceret: interrogatiōe semper est usus, omnemq; omnibus in locis disputationē ex aduersariorum dictis instituit. Et sicut maximorū omnis aui uirorum in philosophia cōsensu, primae tribuuntur Platoni, sic omnem altercationum rationē artemq; summo ingenio pariq; cura & acumine in dialogis expressit. Quanquā non destiterit cum Aristoteles incessere, tāquam copia effusum, no-

uitatis

*Cum inter  
roget a  
pud pla  
tonē sō  
cratē*

*Platonis laus.*

uitatis cupidum, eloquendo tumidum, orationis ostentatorem. Fama tamen pro Platone stetit, & sicut multorum fauore Aristoteles aequauit primum: sic maximorum iudicio Plato hunc proximum quidē, sed infra se tamen, sicut omnes, reliquit. Quintilianus autē, sicut declamationum, sic altercationū quoq; proprium cōdidit uolumentum, quod in nostras peruenit manus, egregium quidem, sicut sunt illius uiri omnia. Plato tamē, quamuis sint etiam insignes uirorum utriusq; linguae dialogi, in quāuis uarios usus mihi sufficere uidetur exemplo. ¶ Vt ergo quae ad dispositionem pertinent, in summā quandam redigamus, opus est in primis, quisquis bene disponere uolet: ut totam inuentionis suae syluam, hoc est, omnia quaecunq; diciturus est, uelut conspectui suo subiiciat. Tum quid in animo auditoris efficere uelit, diligenter expendat. Deinde res ipsas, rerumq; partes, & uim naturamq; singularum, omnia & inter se cōferat, & cum praecipis omnia. Tum non difficulter uidebit, ubi temporum sequenda ratio, ubi per species res digerenda, & quibusdam uelut limitibus singula discernenda: ubi aliud ex alio, ut qđq; proximū aptissimū ue fuerit, ducēdū. Tū qđ tribuendū uoluptati, quō uictoriae certaminisq; seruiēdum, qđ questionū ordo, qđ argumentationum, qđ ppositionum seruādas. ¶ Est autē diligētī multaq; cura tractāda dispositio, qñ uerā haec pars ingenij laudē merec.

*Dispositionis  
laus.*

Sicut em̄ opes fortunae munere imprudentibus per saepe cōtingunt, recte autem ministrare eas, circumspecti cōsultiq; uiri est proprium: sic inuentionis copia indomitae, ppe nonnunquā & infanis datur ingenijs, decor dispositionis & ordo arte iudicioq; formatur. Quorū ut illud naturae felicioris, sic hoc cultioris doctrinae signum ē. pparanda qđ utraq; istud tamen iustius laudes:.

Scholia

*Quintiliani  
liber altera =  
tionum*

*Summa dictorum  
de dispositōe.*



## SCHOLIA IN CAPVT XV.

**F** Auet enim quisq; persuasioni suae. Suum, inquit, cuiq; pulchrum, sumusq; φιλοντοί adeo καὶ φιλόνομοι omnes, ut nonnunquam in manifestis etiam erratis nobis blandiamur, ac ne à nobis quidē ipsi uinā uelimus. Quis autē nescit, hodie multa etiam apud magnos quosdam theologos, maximis uoaserationibus icarco defendi, non q; sint uera, sed q; aut nobis, aut ijs quorum doctrinam profitemur, aliquando talia uisa sint. ¶ Nemoq; uel sibi ipse libenter errorem suū fateatur. ¶ Tantum abest, inquit, ut apud alios libenter fateamur errorem nostram, ut nobis etiam ipsis aegre eum fateri soleamus. ¶ In quo pedem quod diā solet figamus. ¶ Ductum uideri potest à bobus aut equis curram ararūm uel traben-  
tibus. Nam ut illis firmiori opus est solo, quo pedem firmen: ita disputatē, solidum firmūmq; aliquid habere oportet, quo cui sulamento ac basi tota disputatio nitatur. Notum uel pueris est prouerbiū illud Hieronymianum, Bos lassus fortius pedem figit. Verum id alienius est ab hoc loco. ¶ Quem obliquum priore libro diximus. ¶ Libri superioris capite deāmo quarto. ¶ Et sicut maximorū omnis eui uirorum in philosophia consensu primae tribuuntur Platoni. Id uel ex Cicerōe cōstare potest, qui Aristotelem ita primāpē philosophorum appellare solet, ut Platonē tamen semper exāpiat. Vt prima Tusculana: Aristoteles, inquit, lōge omnibus (Platonem semper exāpio) prestans et ingenio et diligentia, cum quatuor illa nota generae esse complexus. ¶ Plato hunc proximum quidē. Verbis magis quam sensu, his simile est illud Cicerōis in Bruto: Duobus igitur summis Crasso et Antonio, L. Philippus proximus aere debat, sed lōge interuallo, proximus tamē. Et hunc emulatus Vergilius: Longo, sed proximus, interuallo. ¶ Quintilianus autem, sicut declamationum, sic alterationum quoq; proprium uolumen reliquit, quod in nostras peruenit manus. ¶ Demiror ego, cum nihil fermē tam obrutum fuerit haec tenus, quin id nostra hac tempestate in lucem prodeat, qui fiat, ut hoc Fabij alterationum opus nondum usquam excusum sit. Nam extare ipsum adhuc, id uel inde colligi potest, q; Rodolphus sibi id uisum testatur, neque uerisimile est, intra tantillum temporis interadere potuisse. Quod autem ad uolumen attinet declamationum, hoc an Quintiliani sit, uideo uerti in dubium. Sunt enim qui aiunt, sunt qui negent. uerum nihil ad hunc loam. ¶ Ut totam inuentionis suae syluam. Materiam rudem, impolitāmq; et adhuc indigestam. ¶ Et quibusdam uelut limitibus. ¶ Ductum à discretione, disteminationeq; agrorū. Porro quae hoc capite ab Rodolpho tractatur, eadē ferē cū alijs quibusdā praecipit Aristoteles, 8. topicorū. ¶ Parum utilitatis allatur esse haec tenus tradita pracepta, nisi usus qui in omni re plurimū potest accedat. Deinde cur legēdi autores, et quomodo imitandi. Postremo, quibus rebus liceat consequi illud, ut expedite, copiose, atq; ex tempore etiam quauis de re proposita dicere possimus. Cap. XVI.

Quintiliani  
libri altera  
nonum.

uellem



Ellem equidem, ut quaecunq; de dispositione haec tenus dixi, adeo et quaecunq; de tota inuentione, cui disponēdi subiecimus partes, tam aperte potuissent dici a nobis, ut nihil fuisset praeterea requirēdum. Fecissem, ut quēadmodum nunc fides nostra candido fortasse lectori excusata erit, sic tum fuisset facultas laudata. Iam uero, praeterq; q; ingenij nobis perq; tenuis utiq; uena est, et apte dicendi aperteq; uires exiguae, rē fortasse natura obstat, quo minus sola praecēptōe et artis ratiōe demōstranda, possint ista plene pfecteq; tradi. Qd' qdem in omnibus, quae usus actionisq; causa docentur, euenire uidemus: ut nisi fuerint longa consuetudine, et exercitatione multa firmata, futuri potius tps in agēdis rebus spem, q; in p̄sentia subsidium praestēt. Ita et pictor quauis multa uel legerit uel audierit de figurarū ratione: et quo linearū ductu eminētia, quo reducta, quo directā in aspectū, et ab oculis subsidētia, ipsaq; uelut in se delitescētia: quoq; trāsuerfa itē et totā ostēdētia magnitudinē suā exprimēda sint: quae luminū, quae umbrarū uis, quāta oculorū uarietas, materia, mixtura: q; multiplex in corporibus partiū diuersitas, q; forma, q; color cuiusq;, quae oim inter se conuētio (si audebimus latine sic dicere, quod graeci συμμετρίαν uocāt) quis earū ordo, nō modo ut nihil a natura distortū sit, sed ut dispositio earū motū quendā corporū animorūq; representet. Cūcta haec q; uis a p̄ceptore p̄cepit, nisi tñ ipse admouerit tabulae manū, et multa tētauerit, multā operā spe pfectus p̄diderit, multaq; suis fecerit improbāda, ne faciet qdem unq; q; debeāt aliqñ p̄bari. Hoc idē in musicis cōtingit. Nihil p̄fuerit multa illa, q; de cōficiendis musicorū praecipiant instrumentis, quibus p̄por tionibus singulae nascant: nihil quae de uocū interuallis, quae de cōsonantibus et dissonantibus, et quae quibus consonantia recte aut secus sub-

Usum oī in re  
plurimū posse

Pictor.

Musici.

Ii neclantur



nectantur, quæ temporum spacia sint obseruanda, qui modi: si non omnia diligens meditatio assuefecerit, firmauerit, indiderit, & prope in naturam uerterit. Hoc in rebus rusticis, hoc in bellis gerendis, in rep. administranda, in uniuscuiusq; uita rite recteq; formâda euenit, ut superuacua sit præceptio, quam nō fuerit industria discantis se quita. Quæcunq; enim discuntur operis gratia, præcipue discuntur etiam ex opere. Nec ulla res efficacius recte nos docet facere, q̄ ut fape faciamus. Quod si contingit in apertioribus istis et prope manuarijs artibus, ut difficiliore, & proinde ad percipiendū obscuriores, sed & inutiles uideant, nisi usus accesserit: quanto minus erit mirandum, in hac reconditiore arte, primam eius frontem tractantibus, quædā obscuriora uideri, quæ tamen aperiet profereq; in lucem creber & diligens rerum tractatus. Quam ob causam nos etiam omnia fusius diximus, q̄ solent, qui ista præcipiunt. Exemplis deinde oīa non impleuimus modo, sed onerauimus etiam, ut quocunq; possemus modo, cuncta quantum in nobis erat, ueluti in plano cōspicuoq; poneremus. Et hæc ipsa tamen qualiacunq; & his quantūuis meliora, contenderim nō magnopere profutura, nisi de arte fiat usus, & in opus uerba uertantur. Vsum duabus his in rebus fore accipio: scriptis autorum cuiusq; generis expendendis, & nostris deinde ad illorū exemplum quantum datur effingendis. Quorū illud est ad artis perceptionem commodius, istud ad efficiendi facultatem efficacius. Sunt autem reuoluendi autores, non in hoc solum, ut inuentionis acumen, dispositionis decorem, in omni rerum orationisq; genere noscamus: sed communis reꝝ humanarum sensus peritiacq; accipitur, & copia quædā orationis ad oēm usum paratur, unde semp uelut ex thesauro, vꝑ pferamus ea quæ disposuimus, vꝑ eorū silia effingamus.

¶ *usus qbus cōstet.*

*Cur euoluendi autores.*

Præter

Præter hæc quoq; exēpla, sententiæ, diuerbia, & generalis quædam rerum omnium degustatio sumitur, & ad omnem orationis usum apta quædam suppellex. Quibus sit, ut iucunda, faceta, grauis, erudita dicatur, oratio. Vnde apud Platonē, Aristotelē, Ciceronē, Quintilianū, reliquosq; quorum in illustri nomen est, omnium artium oīsq; humanitatis peritiā elucet. Quam quidē eis qui in populo maioreq; ciuiliū negociorum turba uersantur, usus utcunq; & crebra audiendi experiendiq; cōsuetudo suppeditat. Qui uero tecto & umbra gaudentes, intra studiorum secreta se condiderūt, nisi ab eis q in literas ista miserunt depromperint, nō uideo unde ea consequi possint. Legendum est ergo autorum omne genus, cū propter hæc q diximus, tum propter ea quæ propria nostri sunt negocij, ut collatis cū illorū obseruatione præceptis, & ista explicatius intelligamus, & illorum uirtutibus ex præceptionis ratione cognitis, incipiamus & nos ducibus illis proferre pedē, eorū q; sequi uestigia, quos quātūlibet de longinq; posse sequi, in hac sæculi nostri desidia, vꝑ præcipuā arbitror laudem. Initio itaq; satis habebit, tractatas ab alijs quos imitari uolet quæstiones etiā ipse tractare, eademq; ferme dicet quæ illi. Interim tamen ne nihil agat, ordinē mutabit (si poterit) quæstionū, argumentationū, partiumq; argumentationis cuiusq;, uel omnīū horū, uel quatenus res permittet: ita tamē, ut speciē ordinis aliquā & ipse assequatur. Tū uidebit, si qua quæstio aut argumentatio possit a se adijci eis, quas ille, cuius ductū sequitur, sibi sumpsit. Hinc paucis collectam argumentationem pluribus explicet. Quæ strictim breuiterq; dicta sunt ab alio, ipse copiose: quæ ubertim alius, ipse angustius dicat, non quæ sua meliora putet, sed ut hoc pacto, sicut pueri solēt, pximis qbusq; apprehēsis, ponere gradum discat. Post hæc quæstionē aliquam q̄-

*Quomodo autem torū sequi debemus uestigia.*

Li ij simillimam



simillimam propositae accipiat, inq; ea omnem inuentionis dispositi-  
onisc; rationē quam obseruatā in exēplo uolet, quatenus potest, cō-  
sequatur. Hinc eis quae dicta sunt ab alijs, cōtradīcere incipiet, aduer-  
sariq; tueri partes. Quod quidē liberius iam est. Multū tamē iuuu-  
bitur inuentione partis diuersae, cum propositis illius argumentis,  
facilius admonebit, quid & ipse pro se dicere debeat. Liberrimū id  
& consummati roboris, cum relicto (ut dicitur) nido uolare suo arbi-  
tratu coeperit: & quacunq; libuit, arripit iter: ipse suo ductu inuenit,  
quae dicenda sunt, disponitq; inuēta: species iam suo iure, suo exēplo  
facit. Quod ubi quatenus potest contigerit, tum danda uētis uela,  
& nō solū id ut bene, sed ut celeriter & sine cunctatiōe ista faciamus,  
conandum. Id assequemur, si primū locos omnes & omnia praece-  
pta firmi affixa memoriae habeamus, ut quotiescūq; libuerit, cūcta  
uelut uno intuitu sine cunctatiōe pspicere possimus. Deinde, si mul-  
to usu assuefecerimus aīm, intentos semp & apertos (ut sic dixerim)  
habere oculos, ut statim possit ex rebus per locor; ordinē descriptis,  
cōsentientia discrepantiar; eruere. Quibus rebus, si ullis aliog, cōse-  
quemur, ut expedite, copiose, subito, de omni re, pposita dicere possi-  
mus. Difficile id qdem & arduū, nō tamē maius q̄ ut fieri possit. In-  
gēs enī, immēsa, incredibilis est uis mētis humanae, & cui nihil, ppe-  
modū difficile sit, nisi q̄d nō uult. Qua in re ut miracula transeā, quae  
uidi, surdū a primis uitae annis, & q̄d cōsequēs est) mutū, didicisse tū,  
ut quēcūq; scriberet aliq; intelligeret, et ipse quoq; tanq̄ loquisciret,  
oīa mētis suae cogitata perscribere posset: cacos itē per ingētia urbū  
spacia, nō modo uicor; oīm flexus ambagelq; sed domuū singularē  
aditus & ostia sine errore permeare solitos: ea potius quae quotidie  
fiunt uidcamus, e qbus unū hoc suffecerit e multis, q̄d in eis qui mu-  
ficis

Quomodo nō  
mō bene, sed  
& celeriter  
quais de re  
dicere possi-  
mus.

Quanta uis  
humani inge-  
nij.

ficis organis canūt, tū potest animi uis praestare, ut manus pedesq;  
mēbra rationis expertia, & sequētia alieni imperij nutū, non uisos  
antea canēdi modos ppositos ex tpe psallāt, & cū suū quodq;, & ab  
alterius partis diuersum officiū motūq; faciat, omnia tamē in unum  
iungant concentū: cū interea ipsa mens praeter hāc libro intēta sit, in  
q̄ qd canit scriptū est, unde ministris illis mēbris, q̄d sequi debeāt, de-  
promit. Q̄ si potuit aius istud obsequium alia docere membra, repu-  
gnātia etiā et nō nisi lōgo usu domāda: quāto facilius erit ei suū agere  
opus, & huius rei facultatē nō modo imperare sibi, cū sit ei conatus  
expeditior, sed et pficere quāto est uis sua corpis mēbroꝝ efficacior.

## SCHOLIA IN CAPVT XVI.

**Q**UAE Graea συμμετρία uocant. μετρησι gr. eas mēsurā ac modū esse norūt  
uel pueri: Hinc fit συμμετρία, quā uulgus hodie cōmēsurationē, Rodol-  
phus cōuentionē interpretatur. Budeus i plaatis philosophorū, τὰς ἀ-  
ριθμητικὰς συμμετρίδας, interpretatur accommodat as numerorū proportiōes. Nisi  
si tamen et ipse admoerit tabulae manum. Nisi & ipse pingere coeperit. Præ-  
ter hęc quoq; exempla. Exemplum diximus supra esse rem gestam aut perinde ut  
gestam, quae ad suadendum aliquid aut dissuadendū, ad laudandū uita perandū  
ue adhibetur. Sententia. Sententia est oratio ad mores & communem hominū  
uitā pertinens, ostēdensq; quid aut fiat in ea plerūq;, aut fieri oporteat. Ut, Prin-  
ceps q̄ uult oīa scire, necesse habet multa ignoscere, Necesse est multos timeat, quem  
multū timēt, Feras nō ad pes, quod mutari nō pōt. Diuerbia. parocmia, prouer-  
bia, adagia. Est autē parocmia, quae admodū eā finit Erasmus, celebre dictum, sata  
qua piā nouitate insigne. Ut, Ego i portu nauigo. Quid ani cū balneo? ignē gladio  
ne fecis. Qui uerō tecto et umbra gaudēt. Qui in foro & in hoim frequētia  
nō uersantur, sed in eis delitescūt loās, quae strepitu carēt, ac proinde aptiora sunt  
studijs. Cū relicto, ut dicitur, nido. Ductū hoc est ab auibus, quae postea q̄ diu sa-  
tis a parētibus i nido alite sunt, et uolādi, ut sic dixerī, artē seu modū edocēt, tan-  
dē aliquādo nido relicto, suis ipse alis nitūt. Tū dāda uētis uela. Ductū à na-  
uigātib; . Ingēs enī, imēsa, i credibilis est uis ingenij humani, & cū nihil pro-  
pemo dū difficile sit, nisi quod nō uult. Sic M. Cicero ad Brutū: Magnū, inq;, opus  
oīno, et arduū Brute conamur, sed nihil difficile amātū puto. Quod arsi q̄ facultatē  
hāc differēdi ceu difficile ac arduā nimis perhorrescēt ac desperabunt, hi primū (ut  
Quintilianū uerbis dicā) renūciēt sibi, quātā sit hoī generis uis, q̄ potens efficiēdi q̄  
uelit: cū maria trāsire, siderū arsus numerosq; cognoscere, mundū ipsū penē di-

Sententia.

Diuerbium.  
Parocmia.



metiri, minores sed diffialiores artes potuerint. Nil mortaliibus arduū est: & diu diū factū, iqt idē autor, q̄ cepit habet. Nihil tā est diffiale, qui id labore ac industria uia queat: nihil rursus tā faale, cui nō succūbat iertia. Plura Quī. li. 12. arca finē.

## PERORATIO.



Sta fere sunt, quae de parte illa dialectices (quā inueniēdi uocāt) arbitror potuisse dici. Nec me latet, haec oīa, ut in breuē admodū p̄ceptorū summā arctarent, p̄facile fuisse. Sed ego (si qd poterūt ista p̄desse) malui spaciosius ea dicere, et legentū etiā utilitati cōsulere (si q̄ erūt, q̄ legēdis istis fructū aliquē consecuturos se credant) q̄ p̄ capita tm̄ rerū irē, uidererq̄ doctos potius qd didicissent admonere: q̄ docēdis differere, qd & q̄ uia deberēt p̄scribere. Rectius itaq̄ credidi, cū possem qdē breuiora dicere, breuiore ducere itinere, sed eo aspo difficilīq̄ & impedito, lōgo potius flexu, sed laeto magis & molliore, minusq̄ spinis obsito circūire. Nec ista dico, q̄a laudē huius meae ratiōis captē, quā qdē cū ex oī ingenio meo, tū ex hoc p̄fertim labore minime ausim sperare: sed q̄ mihi lectoris æquanimitatē cōciliē, si sciuerit nō mei facti hac in re, sed utilitatis p̄fectusq̄ sui sequutū eē ratiōnē. Quā si cōsegmur, boni cōsultū erit: sin minus, uoluimus tm̄, conatūq̄ p̄stitimus, q̄ sicut plerisq̄ i rebus v̄l̄o lus laudī sufficit, ita mihi eū nō arrogāt ad ueniā speraueri suffecturū.

## IN PERORATIONEM.

**B**reuere ducere itinere.) Sumptum ab imperatoribus ac duabus exeratū. Qui sicut plerisq̄ in rebus uel solus laudi suffiat.) Sic Ouidius: Vt de sint iures, tamen est laudanda uoluntas. Et alius poeta: In magnis & uoluisse sat est. Ac uolui ego quoq̄ studiosi hīc luabratum calis nostris quo ad possem p̄desse. quod si aliquis ex parte sum consecutus, satisfactum est uoto meo: sin aut minus, tamen uolui arte, atq̄ conatum p̄stitit, qui laudari à bonis solet, etiā cum non optimus est rei euentus.

FINIS.

Academia

## INDEX

<b>A</b> cademia	Pagina 398	Affectus qui maximā laudē attulerint	
Academia duplex	pag. 187	oratoribus	342
Academia negant quicq̄ sari posse	3.4	Affectus quid	340
Acatalepsia	4. 187	Affectus quō minuēdi ac etiā tollēdi.	352
Accidens	87	Affectus uehementis esse oportet	347
Accidentia	83	Affectuum ortus	340
Accidentium genera quinq̄	ibidem	Affectuū tractādorū ratio triplex.	343
Accusatores an scribis & anibus similes	115	¶ Ἀποδοκίμοι	360
Accusatorum mos	9.4	¶ Ἀκαταλυσία Academicorū	4.187
Accusatorum potentia nimia, reis nōnunquam saluti fuit	389.390	¶ Ἀκόλαστοι	360
Acta quō scribi consueuerint	184	¶ ἀρετῆς	ibidem
Actio proprie dicta semper finem aliquem respiciat	55	¶ Alexander	47
Actionis questio	217	¶ Amazones	233
Actus quid	53	Ambitus	224
Actuum diuisiones quatuor	53.54	Amphictyones	233
Actuum genus poematis	168	Amplificatio	165
¶ Ad aliquid	121	¶ An sit aliquid rectum	232
Adiacentia	47	Anacharsis In epistola p̄ambulari	
Adiacentia natiua	52	Anaxagoras	242
Adiacentia quae accidunt	ibidem	Anima	98
Adiacentiū diuersitas	47.48	Animi partes	56
Adiuncta	88	Animus an immortalis	398
Adiuncta an ad solū pertineāt oratorē.	72	Annibal capere Romam nequit	82.95
Adiuncta quae dicuntur à Ciaronē	73	Annus	77
¶ Aequalitas	82	Anseres custodes Capitolij	115
Aequalitas an sit de numero cōnexorū.	81	Anteædens	88
Aeschini in Demosthenē uerbū.	113.114	Anteædentiū, cōsequentū et adiunctorū nominiibus quō utatur Rodolphus	86
¶ Affectiones triplices	52	Ante inuentā dialecticam quanq̄ disputatū sit, nō tamen icarō ipsa inuutilis.	176
Affectus	297	Antichthones	9
Affectus duplex	341	Antigemidas	153
Affectus interim ex personis, interim ex rebus, interim ex utrisq̄ ducuntur.	346	Antipodes an sint	9
Affectus omnis duo exigit	340	Antonius Musa	210
Affectus paulatim augendi	347	¶ ἀποφασισ	60
Affectus qua ratione augeatur	ibidem	Appietas	201
		Appliata	71
		¶ Archimedes	150

Archimeda



INDEX

1. The first part of the book is devoted to a general history of the country, and a description of its natural resources. It contains a list of the principal towns, and a description of the climate, soil, and productions of the country.

2. The second part of the book is devoted to a description of the principal towns, and a description of the climate, soil, and productions of the country. It contains a list of the principal towns, and a description of the climate, soil, and productions of the country.

3. The third part of the book is devoted to a description of the principal towns, and a description of the climate, soil, and productions of the country. It contains a list of the principal towns, and a description of the climate, soil, and productions of the country.

4. The fourth part of the book is devoted to a description of the principal towns, and a description of the climate, soil, and productions of the country. It contains a list of the principal towns, and a description of the climate, soil, and productions of the country.

5. The fifth part of the book is devoted to a description of the principal towns, and a description of the climate, soil, and productions of the country. It contains a list of the principal towns, and a description of the climate, soil, and productions of the country.

6. The sixth part of the book is devoted to a description of the principal towns, and a description of the climate, soil, and productions of the country. It contains a list of the principal towns, and a description of the climate, soil, and productions of the country.

7. The seventh part of the book is devoted to a description of the principal towns, and a description of the climate, soil, and productions of the country. It contains a list of the principal towns, and a description of the climate, soil, and productions of the country.

8. The eighth part of the book is devoted to a description of the principal towns, and a description of the climate, soil, and productions of the country. It contains a list of the principal towns, and a description of the climate, soil, and productions of the country.

9. The ninth part of the book is devoted to a description of the principal towns, and a description of the climate, soil, and productions of the country. It contains a list of the principal towns, and a description of the climate, soil, and productions of the country.





INDEX

Arethusa	74	Aristoteli nō per omnia adherendū. 12
Argumentandi ductus duplex	257	Aristotelis ad Alexandrū epistola 16
Argumentandi due formæ perfectæ	250	Aristotelis sententia de utilitate & ma-
Argumentandi formæ due imperfectæ.	252	teria dialecticæ 174. 181
(263)		Aristotelis sententia refellitur 178. 185
Argumentandi formæ perfectæ & imper-		Aristotelis topica cur non usquequaq; sa-
fectæ quo distent 261. 263. 253. 255		tiffaam studiosis 12
Argumentandi formæ tam pfectæ q̄ im-		Ars ærtior quàm natura 183
perfectæ communiter & ad rhetoricam		Ars Lulli 146
& ad dialecticū pertinent 254		Ars quid sit 154. 157
Argumentandi formis imperfectis quādo utē		Artes nō sunt inutiles, etiāsi q̄ id qd̄ ars
dū, & quādo rursum pfectis 156. 161		doct̄, atr̄ artē fecere 176. 177. 182
(263. 274)		Artes paulatim inuentæ 183
Argumentatio 2. 238. 246. 249. 262		Artes quomodo inuentæ 177
Argumentatio an in eam ueniat orationē		Artis dissimulatio 322
quæ affectus mouemus 162		Asdrubal 95
Argumentatio & cōfirmatio idē 298		Affertor 312
Argumentatio & expositio miscetur. 239		Assumptio 252. 262
Argumentationes quomodo disponēde		Attæ Scytharum regis uerbum 4
inter se 399. & 400		Athenienses reprehensi à Demosthene
Argumentationis cuiusq; partes quo or-		(149)
dine collocandæ 406		Attributa personarū & rerū 305. 307
Argumentationum solutio duplex 275		Augendi seu amplificandi ratio du-
Argumentum 2. 261		plex 348
Argumentū de quo dubites, uertū in que-		Autores cur euoluendi et quomodo imi-
sitionem 229		tandi 418. 419
Argumentum καὶ ὑποθέσει 207. 212		Axioma 60. 193
Argumentum idem ad diuersos potest		αὐτοὶ ἔφα
referri locos 316		381
Aristides rhetor 225		<b>B</b>
Aristippus 186		<b>B</b> ellum peloponnesiacum 223
Aristoteles aliter docuit ac scripsit 11		Bene, inquit, bene, sed quō istud tuum
Aristoteles in ore omnium 11. 16		tam bene? 9
Aristoteles obscuritatis amans 11		Boetius de loās 15
Aristoteles quas enumerat quæstiones,		Boetius quomodo discreuerit dialecticam
cas non tā quæstiones, quàm prolecta-		à rhetorica 307
menta quæstionum esse 195		Boetius reprehenditur 84. 89. 90. 188
Aristoteles quō finiuerit syllogismū. 269		Bonæ deæ sacra 77
		Bona duplicia 65
		Breuitas

INDEX

Breuitas in oratione quō parād. 365	Cimmerij 241
Breuitate magis precatur q̄ copia 372	Cirali 150
<b>C</b>	Circumstantiæ 209
Cæsar's commentarij 297	Ciuitas quid 26
C. Gracchus 360	Clades Cannensis 328
Cambyfes 47	Cluentij causa 259
Canes capitolij custodes 135	Codex 96
Carneades 187	Cognata 61
Cassander 233	Cognitionis questio 217
Casus 43. 46	Coitus, paruus morbus comitalis 360
Catalepsis 273	Color orationis 345
Cato philosophus stioias 211	Comœdia sedatiores habet affectus 343
Cato quo argumento persuaferit delen-	Commentarij Cæsaris 297
dam Carthaginem 211	Cōparatio quō plura i uno cōiungat. 105
Cato uxore suā tradidit Hortensio 211	Comparatio seu cōparatorum locus. 104
Catonis de Cicerone uerbum 352. 354	Cōparatiōe amplificamus dupliciter. 348
Causa 241	Comperendinatio 225
Causa quid 61	Complexio quoddam argumentandi ge-
Causæ unius inus per se effectus 69	nus 335
Causarum genera 61	Complexio syllogismi 262
Causarum genera tria 216	Comprehensiones stoicorum 187
Causarum loas copiosus 69	Conditionalia pronunāata 202
Cauere exordendum 286	Confirmatio 297
Cerberus ab inferis extrahere 10	Coniugata 43. 45
Cerberus extractus ab inferis 16	Coniugatorū usus nō ita creber. 44. 46
Ciceronis epilogi 168	Connexa 79
Ciceronis epilogus pro Milone 163	Cōnexa quo distēt ab adiacētibus. 80. 82
Ciceronis i stoicorū paradoxa sales. 212	Connexorum diuisio 80
Ciceronis in Verrem ioā 98	Connexorū pronunāatorū ueritas 203
Cicero lapsus memoria 87	Consentanea 6
Ciceronis laus ex Iuuenale 11	Consequens 88
Ciceronis opinio de adiūctis, anteaden-	Constans asseueratio interim pro argu-
tibus, consequentibus 83. 86	mento est 14. 17
Ciceronis quod fuerit institutū in Tusca-	Consultatio 205
lanis quæstionibus 231	Contingentia 91
Cicero reprehenditur 190. 193. 217	Contradientia 122
Ciceronis topica 15. 18	Contraria Ibidem
Ciceronis uita reprehensa 5	Contraria que uoet Cicero 127
	Kk Controuersia



INDEX

Cōtrouersia	205	Dialecticæ instrumentū oratio	235
Cōtrouersia oī tāta subest cōditio	208	Dialecticæ materia questio	175
Copia orationis quō paranda	361	Dialecticæ nomē latinum	154.157
Copulata pronūciata a dicenda sine hy-		Dialecticæ nomē bisariā capitur	185
pothetica	202	Dialecticæ officiū an sit definire, diu-	
Copulaturū pronūciatorum ueritas	203	dere &c.	176.182
Chrysogonus	98	Dialecticæ partes duæ, una inueniendi,	
chrysippus	187	altera iudicandi.	7.89.143
Curij paupertas	46	Dialecticæ professores inepti.	144.145
Cyrus	Ibidem	Dialecticæ usus indicandus ijs qui docē-	
		antur	151
<b>D</b>		Dialecticæ usus pauas notus	Ibidem
De asini umbra certatur	352	Dialecticæ necessariā formandis arti-	
Definiendi leges generales	26	bis.	177.183
Definiendi lex unia	29	Dialecticæ nō inutilis, quanq̄ quidā sine	
Definitio an semper constituenda ex ge-		ea non pessime disputarunt	176.182
nerere & differentia	27	Dialecticæ post alias artes inuenta	312
Definitio quid Ciceroni	Ibidem	Dialecticæ pugna similit, rhetoricæ ma-	
Definitio quid sit	23	nui expliat	236.240
Definitionis inueniendæ præcepta	25	Dialecticæ quatenus sibi subijāat omnia	
Delectare	161.359	(173.175. & .176	
Delectandi ratio duplex	355	Dialecticæ quid sit	157
Delectatio & ipsa duplex	Ibidem	Dialecticæ quomodo docat	159
Delectatio nūquā est finis oratiōis.	165	Dialecticæ quomodo fallat	155
Deliberatiua causa	215	Dialecticæ ad quæ utilem esse putauit	
Demōstratiuū causarū genus	216.404	rit Aristoteles	174.181
Demosthenes ante præceptore usus	116	Dialecticæ an sit explicare quid defini-	
Demosthenis dictū in Aeschinē.	113.114	tio, quid genus &c.	176
Demosthenis & Cicerōis cōparatio.	372	Dialecticæ ætatis nostræ proxime acc-	
Demosthenis fabula	352	dūt ad stultitiā Atheniensiu &c.	142.
Demosthenis uita reprehensa	4.5	(149	
Descriptio	24.28.	Dialecticorū canones aliquot	256.274
Descriptionis utilitas	333	Dictata in scholis decantare	14.18
Destinata	68.70	Dies	77
Detectæ in iudicijs atricæ	353	Differentia	112
Dialecticæ an sit ars	154	Differentia quando proprie hoc nomine	
Dialecticæ et rhetoricæ discriminē	186	uocatur	35
Dialecticæ finis qui sit	158.160	Differentia quid	23
		Differentiū	

INDEX

Differentium diuisio	123	Doæmur rebus & uerbis	161
Differentiarum quanta laboremus pe-		Doændi ratio duplex	2
nuria	23	Doære proprium munus orationis	1
Digrediendi ratio	356	Doære quid sit	161
Digressiōe quomodo elabi cōtingat.	278	Doalitas in exordio	294
Dij boni quam ridialum habemus con-		Domini seruis monosyllabi	370
sulem	352	Ductus argumentandi duplex	263
Dilemma	335	Ductus rectus	257
Diogenis in Aristippum uerbū	186	Ductus obliquus	Ibidem
Diogenis in Platonem iocus	36	Ductus rectus ab obliquo quo distet	(260.263
Dionisij regia plena arcolis mathema-			
ticorum	150	<b>E</b>	
Disiunctorum pronūciatorū ueritas.	203	Adem genere, specie, numero	131
Disiunctis pronūciatis tāta subest con-		Echphrasis	323.328
ditio	202.209	Efecta	68.70
Dispositio an possit ullis comprehendi		Efficiens	62
præceptis	374	Efficientium causarū diuersitas	62.64
Dispositio in argumentatione	386	Ego te consulem putē, cū tu me non pu-	
Dispositio in rebus multipliabus	382	tes consularem?	104
Dispositio historicorum et poetarum.		Egregia de lentæ	410
(377.378		Εἰκότα	93.95
Dispositio quæ seruanda in tradendis ar-		Εἰσφορισ	323.328
tibus	380	Elabendi ratio	276
Dispositio quid sit	376	Eleuandi ratio	278
Dispositionis laus	415	Eloquentiæ laus	308
Disputatura	157	Eludere	322
Dissertura	Ibidem	Εὐαγγελια	353
Dissimilitudo	82.112	Enarratiuum poema	168
Diuersa genere, specie, numero	131	Εὐσελέχεια	55.57
Diues quis secundum Stoicos	279	Εὐεγγεια	353
Diuerbium	421	Εὐταυτης	182
Diuidendi ratio multiplex	32	Enthymema	252.263
Diuidendi utilitas	30	Enthymema quid Aristoteli	253.272
Diuidendum ne semper per differentias		Enthymema qd proprie ap̄ rhetores	253
oppositas	31	Enthymemati num semper altera pro-	
Diuisio & partitio quo distent	41	positionum desit	272
Diuisio quid	31	Enthymematis nomen quid proprie si-	
Diuisio uoas in significata	35	gnificat	Ibidem



INDEX

Entitas	201	Fides que sit argumentando, aut à sensibus, aut à mète proficiatur	250
Enumeratio in peroratione	295. 297	Figura syllogismorum tres	273
Enumeratio que & inductio	250. 263	Figura syllogismorum tertia superuacua esse putatur	263. 273
Enumeratio quid sit	33	Finis	62
Epilogus pro Milone	169	Finis agentis non continuo finis est actus	62
Epilogus seu peroratio	297	onis	54
Ἐπιμνηστικὸς	192	Finium diuersitas	65
Essentia	59. 60	Fines plures in re eadem	66
Etymologia	96	Forma & finis quandoq; idem	71
Euenta	68. 70	Forma quid	40. 42
Exadere. In epistola Rodolphi præambulari		Forme seu species	42
Exemplum non omne imperfecta inductio est	252. 271	Forme seu species quo distent à partibus	(Ibidem)
Exemplum quid	105. 252. 262. 271	Francisâ Philelphi elogium de Quintiliano	201
Ἐξῆς. i. habitus aut consuetudo	50. 52	Fundus factus populus q; dicitur	312
Exordium caute	286	Furem quatenus liceat occidere	405
Exordio que facienda	294		
Exordium quid	297		
Exordium seu principium quo distet à peroratione	295		
Expositio	2. 238		
Expositio, que & propositio maior	(251. 262)		
Expositio quomodo fiat probabilis & rei accommodata	283. 284		
Expositioni qua fidem facere uelimus, necessaria duo	282		
Expositionis principium quale	285		
Expositionum genera tria	280		
Extremum maius	252. 262		
Extremum minus	Ibidem		
<b>F</b> actio	157	<b>H</b> æmatites	52
Fames non docenda	226	ἡμίμας	Ibidem
Fauet quisq; persuasioni suæ	416	Helotæ	167
Fides orationi duobus contingit modis	243	Heracitus σκωτικὸς dictus	16
		Herodotus	290
		Hippocratis	

INDEX

Hippocratis sententia de coitu	360	tiones	267
Hippolyte	298	Inductio duplex, perfecta & imperfecta	266
Hippolytus	98	Inductioni an inferenda hæc particula, & sic de singulis &c.	269
Hispanitas	201	Inductionis quatuor modi	265
Historie lex	290	Inequalitas	82
Historiographis qui seruandus ordo	376. (377. 378)	In lente unguentum	410
Hoc est patrem colere &c.	96	In pultem emungere qui fuerint soliti, ut alij abstinentibus, soli sese ipsi ingurgitent	117
Hoc modo modulari oportet, illo non oportet, Verbum Ismenie	167	Ismenias thebanus quo docuerit	167
Hoc scio, q; nihil scio, Verbum Socratis.	4	Iudiciale causarum genus	216
Homo describitur per locos omnes	325	Iureconsultorum finitiones ac diuisiones quedam parum apte	177. 184
Homonyma	98	Iureconsultorum scripta actorum similia	Ibidem
Homo unde dictus	328	Iureconsultis utilis dialectica	Ibidem
Hora	77	Iuris auilis cognitio non tam difficilis q; putatur	183
Horatius ridentis præ se fert species.	345	Iuris diuisio	177. 185
Humani ingenij quanta uis	420. 421	Ius quid sit	25
Humanitas	99	Ius quomodo finiatur à Celso	177. 185
Hypotheses num omnes & solæ pte neant ad rhetorem	209	Iustitia	177. 185
Hypothesis est id ipsum quod questio conditionalis	210	Καταλιπέεις	273
Hypothetica pronuntiata que proprie dicantur	202	καταγορέω	299
<b>I</b> dem diuersa ratione & causa et effectus diu potest	68		
Inartificiales ne probationes sint, que ex pronuntiatis, testimonijs, aut autoritate dicantur	99	<b>L</b> acedæmonij qua ratione iuuenibus exosam searint ebrietatem	167
India	95	Lachrimæ facile arestant	406
Indis quibusdam sol mane ardentissimus	74	Laurentij Vallæ de inductione sententia	267
Indiuiduum	29	Lentilitas	201
Inductio	250. 265. 271	Leges apud Romanos innouate, ac proinde etiam diuersa sortite nomina	225
Inductio an ex partialibus probare possit uniuersale	269	Lex agraria	360
Inductio an necessario habeat interrogantiones		Lex Calphurnia de ambitu	224
		Lex Cornelia de scarijs	Ibidem
			Kk 3 Lex Ma



## INDEX

Lex Manilia	405	Martia à Catone Hortensio tradita.	231
Lex rependarum	225	Mathematicorum mos	350
Lex semproniana seu Cornelia de starijs		Materia	41
& uenefias	389	Materia artium duplex	172
Liber	96	Materia quid	40
Liternum	371	Maximæ an addendæ loais	141
Loa communes	255. 273	Medæe fuga	115
Loa dialectica nihil differunt à loais rhetoricis	299. & deinceps	Medium syllogismi	252. 262
Locorum dialecticorum distinctio unde sumenda	91. 92	Me mea te delectant tua	171
Locorum dialecticorum diuisio	18	Mendacium difficulter tegitur	246
Locorum dialecticorum notitia duobus constat	316	Mensis	77
Locorum dialecticorum origo	2	Mentem quæ res delectent	356
Locorum dialecticorum utilitas	2	Mibi ane & musis	153
Locorum dialecticorum usus	314	Misericordia quomodo mouenda	163
Locorum explicatio ad rhetorem non pertinet	300. 307	Mixtum poema	168
Locorum uarietas	75	Modaliu pronũdatorũ moi quatuor.	208
Loas dialecticas quid	8. 9	Modi pronũdatorũ modalium	213
Loas quid Aristoteli, & quid eo nomine intelligat Rodolphus	74. 76	Modus optimus	372
Logice artes	214. 216	Mouemur rebus et uerbis	161
λογικῶν	216	Mouere	Ibidem
Luailij poetæ uerbum. In epistola Rodolphi præambulari		Multi uiuunt ut edant &c.	360
L. Piso	405	Murene causa	389
Luano	323		
Lullus	146	<b>N</b>	
Lysias	322	Narratio	297
<b>M</b>		Narratio & expositio idem	294. 298
Mædonum interrogatio, ecquid uolare possent Romani	75	Narratio quo intellectu semper præcedat confirmationem	388
Manium apparitiones	231. 233	Necessitas perspicax est	225
Manumissio. In epistola Rodolphi præambulari		Nemo artifex tantũ remedia nouit	155
M. Marcelli mors	354	Nero uera proles Aeneæ	97
		Nihil hoc ad ius, ad Ciceronẽ inquit Gallus noster	74
		Nili ortus	Ibidem
		Nomen rei	96
		Nomina quomodo rebus indita dixerit Anaxagoras	242
		Non es mihi Philippe consul	107
		Notatio	96
			NONUS

## INDEX

Novus homo	372	Partitio quo differat à diuisione	41
<b>O</b>		Partium diuisio triplex	39
Oblectamur duobus, rebus & uerbis		Partium & specierũ discrimen	38. 42
Obuiatio & obuiare	161	Partium orationis inter se ordo	386
Oasis	78. 79	Passionis per se nullus est finis	54
Omnes φιλαυτοι sionus	416	Patauinitas	201
Omnium studiorũ cõtaminatio	143	Patris potestas in filiũ. In epistola Rodolphi præambulari: &	128
Opposita	121	Pedem figere	416
Opposita quomodo finierit Boetius	128	Peloponessus	223
Oraculorum ambiguitas	16	Penthesilea	398
Oratio libera uel expressa	103	Perdere an possi rogas seruare potui	127
Oratio pfecta docet, mouet, delectat	1	Pericles	226. 299
Oratio quõ ipsa per se delectet	358	Perillus	274
Oratio tam perpetua quàm conasa ad dilectam pertinet	236	Peripateticorum laus	17
Orationis partes	293. 297	Perorandi ratio	297
Orationis propriũ munus est docere	1	Perorationis munera tria	294
Orationis quanta uis	353	Perspicuitas orationis duplex	159
Orationum alia cõasa, alia continens seu perpetua	236	Perspicuitas rerum duplex	Ibidem
Orationũ alia expositio, alia argumentatio	237	Phalaris	274
Orator & rhetor idem	308	φιλαυθωπία	99
Orator qui dicendus	Ibidem	Philodamus	390
Orator subinde ab affectu ad causam respiciat	165	Philosophus p suos locos explicatur	329
Ordo triplex, naturalis, arbitrarius, artificialis	374	Philoxeni dictum de carnibus & piscibus	117
Orestis fabula	405	Philoxenus Eryxidis filius	Ibidem
Οτι ἐσι	197. 200	Pictura poema tacens	168
Ονομα	59. 60	Pirata ad sapientem ueniunt	371
<b>P</b>		Piso	405
Pædia	99	Piscæ an spirent sub aqua	9
Panegyris	404	Pisistratus	274
Panegyria	Ibidem	Plato quomodo dixerit hominem esse animal implume	38
Paræmia	421	Platonis primæ descruuntur inter philosophos	416
Partitio	39	Platonis laus	414
		Platonitas	201
		Plinius iureconsultus. In epistola Rodolphi	



INDEX

Rodolphi praeambulari	Pronūatū compositum	202
Plinius quid scriptori faciendum censu- erit	Pronūatum simplex	Ibidem
218.224	Pronūatū uerum aut falsum	Ibidem
Plumbeo iugulare gladio	Propositio	174.192
360	Propositio maior quae & expositio	251
Plumbeo pede ad rem accedere	Propositio minor	Ibidem
Ibidem	Propositio non omnis dialectica	174
Plumbeus pugio	Propositio pars syllogismi prima	262
Ibidem	Propositiones syllogismi	251
Poema pictura loquens	Propositum	205.207
167.168	Proprij nomine num cōprehendatur & differentia	35.37
Poematum genera tria	Propriū 35 Propriū quadruplex	36
168	ᾠροτάσις	174.192
Poetis qui ordo conueniat	Prudentia	157
377	Punica bella tria	328
Positis apud Aristotē in finitione syl- logismi quid significet	Pythagoricorū sententia de prinā pijs rerum	16
270	Pyrrhus	47
Possibile	Qualitatis nomen qd significet, cū diatur esse quoddam genus quae- stionum, quod dicatur quale est.	198
213	Quam sit utile, traditas ab autoribus ar- gumētatiōes i suos locos resolvere	314
Præcepta utilitati cædunt	Quae laudāda & quae uituperāda	400
373	Quae quibus probādis conueniāt	5.6
Predicamēta 60. Predicatū	Quærendi duo modi	204
252	Quærendi duo alij modi.	208
Præstat sua uirtute florere quā maiorū opinionē nitī	Quæstio actionis aut cognitionis	217
372	Quæstio an est & quid est, nū in forum ueniant	190.193
Prætorium 96. Pragmatia . 311	Quæstio categorica	204
122	Quæstio cōposita duplex, copulata, dis- iuncta	198
Priuatō	Quæstio generis, finitionis, proprii, acci- dentis	197
Prius diatur aliqd quatuor modis	Quæstio hypothetica	204
375	Quæstio modalis	209.210
Probabile quid	Quæstio oīs aut simplex aut cōposita	196
156.158	Quæstio	
Problema		
174		
Procerū et i mediā orationē adit.		
174		
ᾠροτάσις		
387.390		
Proloquium		
60		
Pronūata cōditionalia duplia		
206		
Pronūata modalia		
213		
Pronūata pura		
212		
Pronūata uniuersalia à rhetoribus in particularia aut indefinita quare uer- tantur		
255		
Pronūatorū cōpositorū species tres, co- pulatū, disiunctū, connexum quod & conditionale		
202		
Pronūatorum genera duo		
Ibidem		
Pronūatorum locus		
99		
Pronūatorum seu testimoniōrū siue au- toritatum diuersitas		
101		
Pronūatum		
60:193.202		

INDEX

Quæstio pura	208	Radijs	150
Quæstio quemadmodum inueniēda.	219	Rectum an sit	232
Quæstio quid	188.192.207.233.261	Regerendi ratio duplex	277
Quæstio una quō diducēda i plures.	226	Regula Lesbia	7.9
Quæstionem aliquam tractant, quicūq; de re quauis dicant aut scribunt	218	Regulus	46
Quæstiones plures in eadem causa	220	Relatiua seu ad aliquid	121
Quæstionum diuersitas trifariam sumi- tur	188	Repugnantia	86.90.120
Quæstionū genera duo, cognitionis unū, alterum actionis	217	Repugnantium genera duo	120
Quæstionū genera quatuor ex sententia Aristotelis	189.193.	Repugnantium locus	119
Quæstionum genera tria	17	Rerum publicarum formæ tres	9
Quæstionum inter se ordo	391	Rhetor & orator idem	308
Quæstionū simpliū tria genera	196	Rhetor quatenus omnes res sibi subie- ctas habeat	309
Qui populus dicatur fundus factus.	312	Rhetorē quē uocarit M. Antonius. Ibidē	
Quibus breuitas, quibus rursus copia conueniat	369	Rhetores aut tam multa de loās præce- pint, cū ad eos horū tractatus non per- tineret	303
Quibus de rebus et apud quos breuiter aut copiose dicendum	369	Rhetori quā multa subiecerint Ciaro & Quintilianus	309
Quid dicas iudeo, quid uelis dicere non iudeo	5	Rhetori solā eloquendi rationē proprie subiectam esse	301
Quiditas	197.201	Rhetoris nomen quibus tributum	310
Quintiliani uolumen alterationum.	415	Rhetoris officium	300
(416		Rhetoricæ nomē bifariā capitur.	185.306
Quintilianus quatenus de loās egerit.	15	Rhetoricæ unde nomen habeat	311
Quirinus unde	98	Rodolphi loā aliquot quæ adhuc li- ma indigere uideantur	148.291.296
Quis in scribendo longus	224	(319.323.354.371	
Quis modus seruandus inter breuitatem & copiam	367	Rodolphi loā quo distent à loās cæte- rorum	133. & deinceps
Quis neget Aeneæ magna de stirpe Ne- ronem &c.	99	Rodolphi locus nō satis integer.	362.391
Quod tu igitur facturus non sis, id ego se- d &c.	116	Rodolphus Boetij uerba perperam ac- tit	90.119
Quō ex loās parāda dicēdi copia	314	Rodolphus Boetium reprehēdit sine cau- sa	89.90
Quorsum hæc?	6.9	Rodolphus lapsus memoria	87.104
R		(130.192.345	
		Roma à Gothis capta	82
		Rk 5	Romulus







